Zachariæ Pasqualigi *ſ. vero nomine* Theophili Raynaud S. J. *Eunuchi nati facti myſtici, ex ſacra & humana natura illuſtrati* Divione 1655. 4. d'Etr.

H.M.L.D.M. (Honoratus Maria Lauthier) Prof. Aquenſis. Ej. eſt Helmon-

TII *apologia adverſus doctrinæ novitatem prætendentes* Lion 1655. 8. *. Non debere omnia damnari, quæ nova ſint. De fetu retento vide *B. Anat.*

SEBASTIANI SCARABICII Patavini, in patria profeſſoris, *de ortu ignis febrifici hiſtoria phyſico medica ad* AVICENNÆ *ordinem* Patav. 1655. 4. *. Commentarius in Avicennam fuſiſſimus, ex Arabum & Græcorum theoriis, ad univerſam febrium hiſtoriam pertinens.

EJ. *de lapidis concretione in homine* Patav. 1678. 12. *. editio II. Non totus l. inanis eſt. Calculi varietates colores; Roboris truncus in lapidem converſus, Venetiis viſus. Canis figura in calculo renali, cordis in veſicali. Ad avertendum calculum utilis terebinthina: corticis medii avellanarum pulvis ad drachmam cum decocto viciarum, PREVOTII medicamentum.

EJ. *hiſtoria cerebri bovini in lapidem mutati* Patav. 1655. 12. 1678. 12. *. Bos ſaginantus uſque macilentus manſerat. Effracta calva cerebrum repertum ſuis cum gyris lapideum, in igne invictum. Vidit S. & demonſtravit. Nihil impedire, quo minus & in homine cerebrum petrefiat. Mammam marmoreæ duritatis vidit.

Vitam habet PATINUS in *Lycæo.*

JOHANNES FRANCISCUS de FRANCISCO medicus Taurinenſis, *de venæſectione contra Empiricos* Neapoli 1655. 12. Fr. Lipſ. 1685. 8. *. Se ex vulgari more venam in febribus ſecuiſſe, deinde, cum in conſtitutione epidemica infeliciſſime hæc curatio eveniret, abſque ea fauſtiori omine medicinam feciſſe. Contra GALENISTARUM argumenta, & contra plethoram. Denique, ſi Diis placet, GALENUM pro ſua ſententia citat.

THOMÆ STANLEII *hiſtory of philoſophy* Lond. 1655. fol. Pariſ. 1660. fol. Amſterd. 1690. 8. Lipſiæ recuſa & aucta a J. GODOFREDO OLEARIO. Inter philoſophos paſſim etiam veteres medicos græcos recenſet.

J. CONRADI DIETERICH *narthecium medicinæ veteris & novæ juxta ductum aphoriſmorum Hippocratis* Gieſſ. 1655. 4. L. Ulm. 1661. 4.

EJUSD. HIPPOCRATIS *aphoriſmi illuſtrati* Gieſſ. 1656. 4. Ulm. 1665. 4. L.

THEODORI BEZÆ; ANDR. RIVETI, GISBERTI VOETII, J. HOORNBECK *tractatus de peſte* Leid. 1655. 12. FALC.

HENRICI WENDLAND *catalogus Procancellariorum &c. Gryphiswaldenſ.* Greifswald. 1655. CONR.

§. DCLXXI. VARII.

ROBERTI BAYFIELD *enchiridion medicum containing the cauſes, ſignes and cures of all diſeaſes. Acc. Tract. de facultatibus medicamentorum compoſitorum & doſibus* Lond. 1655. 8. RICHT. EJ. etiam ſunt *diſeaſes of the head* Lond. 1663. 8. OSB.

Chymical medical and chirurgical adreſſes made to SAMUEL HARTLIB *Eſq.* Lond. 1655.

1655. 8. *. Num ſingulis morbis ſua ſpecifica ſint remedia; eſſe. Philaretus Empiricus. Male arcana utilia damnari.

FRANCISCUS MORETO ROMA, archiater JOHANNIS IV. *Obſervagao do Achaques que ſua Mageſtad tuve en Salvatierra* Lisboa. 1655. 4.

EJ. *de la medecina pratica* ib. 1664. 4. 167.. 4. 1726. C. de V.

DOMINICI AUDA LANTOSCAN *breve compendio di maraviglioſi ſecreti* Rom. 1655. 1660. 8. Venez. 1663. 12. ASTR. 1669. 12. 1676. 12.*. 1686. 12. 1692. 12. 1716. 12. MAZUCHELLI. Taurin. 1665. Milan. 1666. 12. Monachus, peregrinator, diſcipulus HIPPOLYTI MANCINI botanici, quem etiam in herbis conquirendis comitatus eſt, denique Romæ pharmacopœæ in Noſodochio S. Spiritus præfectus. Arcana aperit omnis generis, ea magnis laudibus effert. Arcanum auxilium, quo morientes aliquamdius ſuſtentet. Aliud antimoniale, quo lienis ſcirrhi ſuperentur. Notæ in verſiculos Salernitanos. Auctarium novum medicamentorum.

EJ. *pratica de ſpeziali* Venet. ..... 1736. 8.

J. J. (J. JOURDIN) *le parfait cavalier, ou la connoiſſance du cheval, de ſes maladies & remedes* Paris 1655. f.

ROBERT de SALNOVE, *la Vénerie Royale* Paris 1655. 4. RAST.

L. de BAUFORT *de la peſte* Leid. 1655. 12. CARLSON.

Lettre de M. GAUDIN *à M.* MERLET *au ſujet de l'émétique* Paris 1655. d'ETR.

RAINERIO PEUCA *apologia de medici* Milan. 1655. 8. d'ETR.

Des Fürſtenthums Hennebergs revidirte Ordnung u. Tax der Apothcken Arnſtatt 1655. 4.

Erneuerte Ordnung der Apotheken zu Heilbrunn Heilbrunn 1655. 4. TR.

MART. BOEHMENS *neu Buch bewährter Roßarzneyen* Berlin 1655. 8. B. LEHM. Lipſ. 1659. 8.

ELIAS BEYNON *barmherziger Samariter* Heilbrunn 1665. 12. TR. Lipſ. 1686. 12. Nürnb. 1700. 1752. 12. 2. vol. & alias; medicamentorum collectio.

... HYGRÆUS *van de medicyne en chirurgie* Amſterd. 1655. 4. RUFFORTH.

§. DCLXXII. DISPUTATIONES.

J. STRAUCH *de tympanitide* Lipſ. 1655. 4. RIV.

CORN. SCHAGEN HOOGHLANDT *de hepatide* Leid. 1655. 4. PL.

HENR. HILDERS *de generatione ſpiritus animalis ejuſque operationibus & nonnullis capitis adfectibus* Leid. 1655. 4.

PHIL.

PHIL. TUYNSLUIPER *de pleuritide* Leid. 1655. 4. PL.

SAM. EGGEBERT *de angina* ib. 1655. 4. PL.

J. LUBBERTUS *de lue venerea adjuncto dolore podagrico* ib. 1655. 4. PL.

GERH. WORST *de morbo regio* ib. 1655. 4. PL.

BONAVENTURÆ COEGELEN a DORTMONT *de colica paſſione* Utrecht 1651. 4.

CHRISTOPH LIPSTORP *de morbis mulierum* Jen. 1655. 4. p.

J. ANDR. FROMMANN *de jure furioſorum hypotheſes* Tubing. 1655. 4. Juriſconſulti.

CAR. LOMBARDIUS *de febre in genere* Marpurg. 1655. 4. HE.

MARTINUS LIPENIUS *de affectibus in genere* Witteb. 1655. 4.

EJ. *Bibliotheca realis medica* Francof. 1679. f. *. ſecundum titulos materiarum cenſus titulorum librorum.

J. KLEIN *artis medicæ elogium* Tubing. 1655. 4.

HENRICI SCHMIDT *medicina Danica* Hafn. 1655. 8.

JACOB ABEL *de phthiſi* Baſil. 1655. 4. HE.

J. RUD. DINKEL *de chylificatione & ventriculi coctione, ejuſdemque concoctionis læſa actione* Argent. 1655. 4. *.

CONRADI KLEIN *de morbi gallici natura, differentia, cauſis & ſignis* Argent. 16 . ASTRUC. putat ante a. 1656. poni debere.

DIONYSIUS GUERIN & ABR. THEVART *E. melancholici brevioris vitæ* Pariſ. 1655.

DION. ALLAIN & CAR. PATIN *E. fuſcæ nutricis lac ſalubrius* ib. 1655.

PETR. *de* BEAURAINS & PH. CHARTIER *E. oleum butyro ſalubrius* ib. 1655.

DION. *le* SOUBS & PHIL. DOUTE' *E. Borealium edacitas non inſalubris* ib. 1655.

BARTH. BARALIS & FR. *de la* CHAMBRE *E. carnes piſcibus ſalubriores* ib. 1655.

ALANI LAMY & PHIL. DU VAL *Non E. anginæ repellentia* ib. 1655.

NIC. *le* LETIER & ABR. TAEVART *E. febris quartana longiſſima & ſecuriſſima* ib. 1655.

CL. QUARTIER & CAR. PATIN, *Non E. peſtilentiæ ſudorifera* ib. 1655.

FR. LANDRIEU & NIC. MORIN *E. pleuritidis initio purgatio* Pariſ. 1655. Non fuiſſe propugnatam lego.

PETRI RAINSSANT *quæſtio medica an cometa morborum prodromus* . . . . . 1655. 4. le TELLIER.

§. DCLXXIII.

§. DCLXXIII. Varii.

Christophori Bennet *tabidorum theatrum*, *ſ. phthiſeos*, *atrophiæ & hecticæ xenodochium* Londin. 1656. 8. *. 1720. 8. Francof. 1665. 12. Tr. Leid. 1714. 8. Pl. 1733. 8. 1742. 8. Lipſ. 1760. 8. Florent. 1751. 8. Primo loco *Veſtibulum*. Præcedunt varia experimenta, etiam phyſiologica cum ſanguine phthiſicorum facta, qui ſubniger, conquaſſatus eleganter rubeat, & calore addito ex rubro in flavedinem tranſeat. Deinde pathologica, quibus ad opus ipſum ſe præparat. Pectoris mala & aſthma levata per ichorem de tibia manantem, & per tuberculum tibiæ. Hæmorrhagia ægroto familiari ſuppreſſa, pene tabes ſucceſſiſſet, niſi ſponte ſublata fuiſſet; cum ſanguis denuo de nare manaret. Sanguinis in caput congeſtio apoplexiam minata ſero educto ſanata. Sic porro noſter theſin aliquam proponit, remque per experimenta & obſervationes ſubjectas confirmat, tamen ut dictionem obſcuram malles dilucidam, & minus aliquanto theoriæ præferres. A ſanguine de tibiis repulſo, quarum arteria arctior erat facta, magna in capite & pulmone mala nata. Venerei veneni in pectus refluxus. Signa fluxionis, ſ. congeſti in aliquam partem corporis ſanguinis. Sanguinem igne ſubjecto pus olere, & ſponte in pus verti. Viſcoſitatem venæ pulmonali in infante lethali eventu vidit adhærere. Sputi variæ ſpecies. Mucoſitatem in ſanguine increſcere, & vaſa obturare. Salina ſanguinis degeneratio & ſulfurea. Sputum in tabidis ſubdulce. Emplaſtra glutinantia, & balnea frigida hæmoptoën augere. Purulento infanti lac in duritiem fere tofaceam degenerabat. A nimio uſu dulcium cholera. Halituum & ſuffituum ſumma utilitas in vero pulmonis ulcere, inque aliis phthiſicis, cum pulmonis corruptela. Sic etiam in pervicacitate tenacis ſputi ſudorem moviſſe profecit.

Theatrum ipſum. Tabes: humores in ea alienati, ſanguis ſalſuginoſus; ſigna mali & prognoſis. Hæmoptoe critice ſuperveniens ſæpe innocua. Tabes abſque pulmonis vitio Anglis familiaris. A menſibus ſubpreſſis hæmoptoe peſſima. Curatio: tempora leniter purgantis medicamenti. Deterſiva deinde, quoad ſputum colore & conſiſtentia ſit meliori: illa ex abiete, pino & terebintho optime ſumi. Acria torpidis danda. Sudorifera matutinum & diuturnum ſudorem expedientia in principio mali optima ſunt, inveteratæ phthiſi non conveniunt. Suffitus in principio difficiles, progrediente deterſione meliores: Neque adhibendi, niſi poſtquam per aliquot hebdomades hæmoptoe conquieverit. Venæ ſectio, potius minor & repetita convenit. Formulæ, inter eas decoctum limacum. Victus ratio. Vapores varii. Balſami pectorales, adſtringentia, ſed etiam auripigmentum, cum inſtrumentis ad ſuffitum recipiendum aptis. Ferrata aliqua medicamenta. Alia ſparſa. Cervix veſiculæ felleæ calculo obturata, ſero plena, in albuminis ſpeciem coagulabili.

Bartholomæi Bausner Tranſſylvani, *de conſenſu partium corporis humani L. III.* Amſterd. 1656. 8. *. Singularum corporis partium cum omnibus aliis conſenſus phyſiologicus, pathologicus, therapeuticus.

JOHANNIS CHICOT Medici Regii, *Epiſtolæ & diſſertationes medicæ* Pariſ. 1656. 4. *. Satis doctus vir & latinus, neque undique inutilis, etſi ſæpe meris inmerſus theoriis. Libelli ſunt ſeptem vel octo. *Manuductio ad medicinam faciendam: de anno & anni tempeſtatibus diſſ: de purgandi ratione*; hic fuſe, cordate antimonialia medicamenta contra acerbos horum medicamentorum adverſarios tuetur; eorumque laudes in malignis febribus celebrat, ut poſt iteratam phlebotomen vomitus cieatur, in ipſo principio acutorum morborum. *De rheumatiſmo* ampliter; iterum ſtibium defendit, cum tamen Hippocraticum ſe eſſe glorietur. Thermas non valde probat. *De morbillorum & variolarum ortu & cauſis*; non eſſe ab aliquo ſanguine menſtruo matris, quæ in ſenibus ſæpe primum erumpant. Non metuendam eſſe in variolis venæ ſectionem; LUDOVICO XIV. annum degenti duodecimum quater ſanguinem feliciſſime miſſum eſſe. Illuviem primarum viarum omnino expurgandam, ALFONSO MARESCOTO, DURETO, S. PIETREO auctoribus. *De dolore* fuſe. *De ſomno & vigilia. De vi opii*; vulgare noſtrum, quod merum ſit meconium, ſe non probare. Ut ex ſativo papavere inciſis capitibus ipſe opium præparet, mitiorem cum ſucco limonum tincturam daturum, quam exhalando in extracti formam denſes. *De melancholia morbo*. Pro GALENO contra AVERRHOEM. Aqua lactis e ſero ſtillans cum ſuccis cichorii &c. igne ſubjecto ſenſim pulſa, admiſtis fructuum horæorum ſuccis, una fermentationi permiſſa, hoc auxilii genus noſter putat efficax eſſe. Scriptiones aliquæ medicamentorum ex ferro, ex antimonio ſumtorum. Venæ ſectio receſſaria. Recuſæ ſunt Pariſ. 1667. 8. ASTR.

EJ. *poſteriores cogitationes epiſtolæ & diſſertationes medicinales* ed. III. Pariſ. 1669. 8. TR. *Acc. epiſtola de cholera morbo, diatriba de aſthmate ſ. ſuſpirioſo anhelitu.*

HONORATI BICAISSE *Manuale medicorum, ſ. ſyntaxis aphoriſmorum ex* HIPPOCRATIS *operibus, Prænotionum & prædictionum ſecundum propriam morborum omnium nomenclaturam ordine alphabetico* Aix. 1655. 12. 1656. 12. BUR. LIND. Genev. 1660. 12. Jen. 1712. 12. Pariſ. edente HENRICO GUYOT 1739. 12. BUR.

BENEDICTI SYLVATICI Equitis, Patritii Patavini, P. ſuper ordinarii. *Conſiliorum & reſponſorum medicinalium Centuriæ IV. accedit methodus collegiandi* Patav. 1656. fol. *. Morbi a capite ad calcem, & ad unumquemque pluſcula exempla. Ipſius morbi brevis hiſtoria, deinde ratiocinatio, denique curatio Galenica; multa conſilia pro Polonis, Germanis, & in univerſum illuſtribus ægrotis. Multa ſeculo condones, curationes imbelles: etiam ignorata, quæ ſcire potuerat, ut modum conſolandi myopes, cujus mali cauſam, dudum tamen detectam, noſter ignoravit. Non tamen nulla ſunt utiliter ab auctore adnotata. Omne excretionis genus nonnunquam ſuas ſervare periodos. Sudorem quavis nocte redeuntem ſe vidiſſe, & alias ſemel in menſe, menſtruæ purgationis locum tenentem. Multi ægroti, quos noſter morbo gallico laborare aperte fatetur. In planitie (illa ab effuſis aquis inſalubri mare inter & Lucam) febris acuta epidemica. Plicam a.

1560 in Alſatia & Helvetia graſſatam eſſe, poſſe abſque periculo aut cruentitione capillos reſecari, quod ipſe fecerit poſt neceſſarias purgationes: neque tanta mala ut cæcitatem, gibbum ablatæ plicæ ſupervenire. In ulcere palati gallico decem grana mercurii dulcis in dies imperat cum conf. hamech ſumenda. Epilepſia a ventre adſcendens, quam flatus erumpentes levabant: aquam Tettuccianam dat, & hieram picram, lapidem etiam lazuli, ut arabiſtam adgnoſcas, multoque magis ridicula alia, hirundinum picarumque cum pæoniæ radice certo ſub ſigno effoſſa tincturam. In mania laudat cranii terebrationem, cauterium prope ſuturam coronalem inuſtum, cui globulus inmittitur, alia in capite cauteria, non antimonium, quod noxium ſit expertus. In melancholia balnea, galenicum auxilium; a D. POMME denuo commendatum. In ſemiparalyſi folia nicotianæ maſticanda. In catarrho ſalſo cum difficili ſpiritu aerem frigidum jubet inhalare. Nyctalopia, nempe cæcitas nocturna. Viſio duplicata diuturna, nullo apparente vitio, tum ſplendores ob oculis verſantes. Polypum narium mavult evelli, quod MARCHETTO bene ſucceſſerit. In phthiſi laudat carnem porcellorum, in pleuritide oleum amygdalorum; in empyemate ſpiritum vitrioli. Qui panem non poterat deglutere, eum is morbus ſuſtulit, cum omnis deglutitio abolita fuiſſet. Qui guſtum amiſerit. Morbus niger. Vomitus materiæ nigræ, acidæ, acerbiſſimæ. Pus per alvum & vomitum redditum, cum tamen in crure ulcus eſſet. Ex brachii abſceſſu pus in alvum decumbens, inteſtinum perforatum, tamen ſanatum. Iſchuria a caruncula. In veſtali virgine alvus per triginta menſes obſtructa; oleum amygdalorum dat aliaque lenientia. Poſt colicam pus per alvum & urinam. Funeſtus A. SPIGELII morbus; a compuncto indice tumor & dolor in brachio, inde bubo ſub axilla cum febre & acuto dolore, apertus ichorem demittens, tunc diurrhœa funeſta: abſceſſus erat in hepate ſecundum prognoſticon. Lien tumidus cum ſynocho tertianæ duplicis typum ſervante. Cylaminis radix in ictero. Cum alvo adſtricta & dolore circa umbilicum, pulſus per univerſum corpus. Diabetes in puero ſeptenni. Potulenta non mutata per urinam reddita. Calculi duo inſignes ex femina exciſi. Urinæ ſumma parcitas, ut decimo fere die lacteæ urinæ modicum redderetur, alvus una ſicca. Ex renis ulcere lotium lacteum. Calculoſus luna creſcente atrociter dolebat, nihil quidquam luna tabeſcente. Calculus felleus interno nucleo circumnatus. CAROLUS auſtriacus a calculo ut videtur peremtus, & frater LEOPOLDUS (imperator) in juventute de calculo ſuſpectus. Qui ſemen ex levi tentigine aut libidine reddebant. Frequentiſſimos ονειρογμος, inde impotentia ad levandum oculum. Cui in venere penis flaceſcebat. Hydrops uteri & ex utero aqua manans cum abortu: partus vivus, ſed artubus contortuplicatis editus. Quæ claudos pueros pariebat. Calculus ridicule poſitus, ut quinquemeſtris fetus vitalis eſſe poſſit, menſes faciendo lunares, & connumerando imperfectos. Mors a fungorum eſu, certe ut putebatur nimis enim fera ſymptomata ſe extulerunt; ſic alius a veneno exſtinctus. Aſphyxia cum multis aliis malis conjucta, quam noſter non metuebat.

LEONHARDI SIMON *Gelodachrya ſ. de naturali & præternaturali fletu & riſu* Meſſan. 1656. 4. MANGET.

SAMUEL STOCKHAUSEN *de lithargyri fumo noxio morbifico ejuſque metallico frequentiori morbo vulgo dicto die Huttenkaze oder Huttenrauch cum app. de Montano affectu aſthmatico metallicis familiari die Bergſucht* Goslar 1656. 8. *. Novum morbum deſcribit; primum quidem a plumbo natum, cum immenſo alvi dolore, eaque pertinaciſſime obſtructa, cum cardialgia, ſyncope, inflammatione inteſtinorum, urinæ ſuppreſſione, deinde cum membrorum paralyſi & convulſione, & univerſi corporis atrophia. Invadere potiſſimum Euro flante, fumo antrorſum pulſo: in plumbariis, non in ærariis officinis. Malum non ab arſenico eſſe, neque ab antimonio, a ſulfure, a cadmia, a vitriolo, ſed ab ipſo lithargyrio; illis enim infeſtum eſſe, qui plumbo argentum depurant, aut alioquin in lithargyrio occupantur. Ad curationem, *benedictam* laxativam ſæpe non poſſe alvi ſtricturam ſuperare. Clyſterum neceſſitas. Emetica in morbi principio: deinde ſcammonium, jalappa, anodyna, emollientia.

Alter morbus eſt moleſta tuſſis abſque febre, ſicca, anheloſa inque phthiſin degenerans. Cauſæ variæ, fumi metallici & pulveres, & fætores metallornm. Subjecta eſt opuſculi epitome Germanica. Nuper STOKHAUSII opus in Gallia prodiit, gallice verſum 1776. 12.

In THOMÆ WHARTON *adenographia*, paſſim varia ad rem clinicam faciunt. Prodiit Lond. 1656. 8. *. Weſel. 1664. 12. *. Scirrhi glandularum meſentericarum, & ingens in meſenterio a WHARTONO repertus tumor. Pancreatis ſcirrhi, abſceſſus. Bubones varii generis. Proſtatam non eſſe gonorrhœæ ſedem. Strumæ & ſcrofulæ, nam utrumque genus ſeparat, & deſcribit. Strumas evaneſcere, & noviter redire. Cum externis ſtrumis internas fere conjungi, potiſſimum meſenterii. Externas dari, etiam in ciliis. Sub cornubus caprarum & ovium naſcuntur vermes, qui per nares & palatum deſcendunt, & in muſcas carnivoras abeunt.

CAROLI VALESII *de* BOURGDIEU *Commentatio de peſte & exanthematibus ad* ALEXANDRUM *VII.* Rom. 1656. 4.

EJ. *aphoriſmi prognoſtici* HIPPOCRATIS *in febribus acutis, commentariis illuſtrati* Rom. 1659. fol. HEBENSTR.

J. *de* GORIS *diſſ. de pleuritide infera deſcendente vel hypochondriaca* Pariſ. 4. FALC.

. . . . EBERHART *medulla totius praxeos medicæ aphoriſtica ex emendatione* JOACH. SCHELII & VAL. ANDREÆ MOELLENBROKII Erford. 1656. 4.

FRANC. PIDOUX I. F. M. D. *de febre purpurea* Poitiers 1656. 4. BUR.

FRANC. CHOMEL *de tuſſi* Lion 1656.

GEORG. ROSCIUS SABINUS *de peſte* Rom. 1656. 8. CIN.

Manuale medicorum. Aquis ſextiis 1656. 4.

VINCENT

J. MULLER *miracula chymico medica* Amſterd. 1656. 8.

CHRISTIANI OSTENFELD *oratio in obitum* THOMÆ FINKII (avi BARTHOLINI) Hafn. 1656. 4.

EJ *prodomus exercitationum de medicinæ fundamentis* ib. 1656. 4. L.

J. BRAUN *de vita & morte J. Dueleri prof. Ingolſtad* Ingolſt. 1656. 8. GRIENWALD.

Pharmacia bipartita Francof. 1656. 4.

Pharmacopœa Ultrajectina Ultraj. 1656. 4.

Catalogus medicamentorum reipublicæ Tauberanæ Rotenburg 1656. 4.

§. DCLXXIV. VARII.

DAVID VALETTA medici Veneti, *liguleio aphoriſtico overo promtuario methodico di preſervazione e curazione contro la peſte* Venez. 1656. 4. *. Curationem ſe ſuperſtruxiſſe experientiæ in peſte factæ, quæ annis 1630 & 1631 in urbe Veneta ſæviit, cum auctor ſolus noſodochio Veneto præeſſet. Excuſes accuſatas eclipſes & malignas planetarum conjunctiones. Hiſtoria morbi. In *ghetto* (vico Judæorum) intra ædes cubiculum erat, in quod ægrotos includebant, ita malum non tranſiit ad reliquos ejuſdem domus incolas. Divites debere propriis in ædibus coerceri. Venæ ſectionem excludi a putredine, a petechiis. Febres malignas nunquam non venæ ſectionem poſcere, non ita peſtilentes: venam tali optime ſecari. Primi qui a peſte infecti fuerant, a venæ ſectione adjuti ſunt, non ita, qui malo jam incrementa nacto. Sudorem Ulyſſipone profuiſſe; eum noſter ſuadet ciere, quando malignitas putredine major eſt, & viciſſim. Decoctum D. Ambroſii. Signa majoris malignitatis. Putredinem malignitate majorem indicant petechiæ, quæ abſque bubonibus & anthracibus erumpunt. Veſicatoria ad bubones conveniunt; horum & carbonum cura. Venetiis tamen quinquaginta hominum millia perierunt.

FABRICII ARDIZZONI medici Genuenſis, *Ricordi intorno al preſervarſi e curarſi della peſte* Genov. 1656.

EJ. *ragionamento o ſia diſcorſo ſopra l'eſſenza, coſa, ed effetti dell' aqua minerale, li abuſi ed errori che ſi commettono &c.* Genova 1680. MANGET.

Conſulti de medici per preſervarſi de' mali correnti nella città di Napoli Rom. 1656. CINELL.

Breve compendio del contagio della citta di Napoli principiante Maggio Napoli 1656.

G. Andrea Lorenzini *Breve compendio del contaggio di Roma dell a.* 1656. In dictione Papali quinquaginta millia hominum periiſſe.

J. Franc. Capello Genoveſe, *epilogo da maraviglioſi ed eſperimentati antidoti contro la peſte* Genova 1656. 12. Cin.

Avertimenti contro la peſte racolti degli ſecretti da P. Ingrassia Genova 1656. 12.

And. Cirini *hiſtoria della cauſe ed effetti della peſte* Genova 1656. 4. Mongit.

Frediano Elici *arca novella di ſanità, trattato fiſico morale* Lucca 1656. 8. d'Etr.

La ſtimiomachia; ou le combat des médecins ſur l'antimoine Poeme par C. C. (Corneau Caupin) Pariſ. 1656. 8. Falc.

Bineteau *la ſaignée réformée, ſes abus, ſon mauvais & trop fréquent uſage corrigé par quantité de raiſons naturelles & d'autorités d'Hippocrate & de Galien* La Fleche 1656. 8. Bur.

Pierre *de* Lune *le nouveau cuiſinier* Pariſ. 1656. 8. 2 vol.

Tho *de* Grey *the compleat horſeman and expert farrier in* 2 *books* Lond. 1656. 4. B. Bodl.

Rich. Short *περι ψυχροποσιας of drinking water againſt our noveliſts, that preſcribed it in England, whereunto is added περι θερμοποσιας of warm drink* Lond. 1656. 8 Pl.

. . . . Irvine *medicina magnetica, or the art of curing by ſympathy* Lond. 1656. 8. an Idem qui Walaei opera edidit.

John. Smith *compleat practice of phyſik* ib. 1656. 8.

Jerem. Girnti *Peſtregiment oder kürzlicher Bericht wie ſich geſund u. kranke in der giftigen Seuche der Peſtilenz verhalten ſollen* Lipſ. 1656. 4.

Leichpredigt auf Andr. Rivinum ib. 1656. 4.

Et *Programma* 1656. 4.

Christ. Farner's *Ehrenrettung wider die Apologie* J. Rud. Glauberi *ſamt angehängter Verantwortung* Stutgard 1656. 8.

Ej. *podagriſcher Triumph* 8. Tr.

Martini Tseh *hovar orvoſſagos ſzép ujj köng watss kuji Leutſchau* 1656. 9. 1676. 8. ſ. de cura equorum Weszpremi.

§. DCLXXV.

§. DCLXXV. Disputationes.

Michael Lyser *de ſphacelo cerebri* Lipſ. 1656. 4. *. A capite adliſo apoplexia, ſanguis in altero latere ad picis modum niger.

Ej. *de maraſmo* ib. 1656. 4.

Ej. in *cultro anatomico* exſtant *obſervationes* a Bartholino editæ Hafn. 1665. 8. *. 1679. 8 *, quæ huc faciunt. Febris ardentis æſtum ut temperaret, in acervis graminis virentis ſe ſepeliit, ſub iis enixe ſudavit, & convaluit. In virgine artus partim æſtu urente, partim frigore infeſtati. Sudore critico curata febris quartana. Ab uva criſpa mota alvus.

In *Epiſtolis ad* Bartholinum II. n. 73. agit de vomica hepatis.

Sigismund Rupertus Sulzberger profeſſor Lipſienſis.

Ej. *diſp. de mola* Lipſ. 1656. 4. Pl.

Ej. *de ictero flavo* ib. 1665. 4. Id.

Ej. *de ſcorbuto* ib. 1666. 4. He.

Ej. & Michaelis Ettmuller *de morſu viperæ* ib. 1666. 4. *.

Ej. *de iliaca paſſione* ib. 1667. 4. Pl.

Ej. *de rachitide Anglorum* ib. 1668. 4. Riv.

Ej. *de abortu* ib. 1669. 4. He.

Programma in ejus funere Henrici Rapolt ib. 1675. 4. B. Bun.

Jac. Jodocus Raabens *caſus practicus de pleuritide* Jen. 1656. 4.

Ej. *de αἱμοπτυσι ſ. ſanguinis ſputo* Jen. 1656. 4. Menz.

J. Casp. Fausius *de peſte* Heidelb. 1656. 4. Pl.

Ej. *de venenis morbiſque venenoſis* ib. 1656. 4.

Ej. *de paſſione iliaca* ib. 1657. 4. Pl.

Ej. *de morbo nigro Hippocratis* ib. 1657. 4.

Ej. *de morbo Hungarico* ib. 1666. 4. He.

Jac. Israel *de phlebotomia & arteriotome* Heidelbergæ 1656. 4.

Ej. *de febribus in genere* ib. 1665. 4. *.

Ej. *de empyemate* ib. 1665. 4. He.

Ej. *de urinæ incontinentia* ib. 1673. 4. *.

Ger. Thilenius *de ictero* Gieſſ. 1656. 4. *.

Tobias

TOBIAS HEINSIUS *de aſcite* Baſil. 1656. 4. RIV.

CHRISTIAN KIESLING *de ſingultu* Argent. 1656. 4.

NIC. JUNTA *de vertigine* Argent. 1656. 4. PL.

BERN. BREDENBECK *de dolore* Leid. 1656. 4. PL.

FR. LANDRIEU & NIC. MORIN *E. pleuritidi inferæ in principio levior purgatio* Pariſ. 1656.

ANT. *de* SARTE & FR. *de la* CHAMBRE *E. aſthmati thermarum potus* ib. 1656.

DANIEL ARBINET & FR. BOUJONNIER *E. febribus intermittentibus inutilis chinæ chinæ pulvis* ib. 1656.

CHARL. BARALIS & NIC. LIENARD *E. gonorrhœæ virulentæ ſuperiorum venarum ſectio* ib. 1656.

ANT. BOURGAUD & ÆGID. *le* BEL *E. a pituita alba hydrops* Pariſ. 1656.

MICH. LANGLOIS & PHIL. CHARTIER *E. poteſt debilius pharmacum crebritate vel copia vires ſupplere fortioris* ib. 1656. Reſponſionem ignoro.

CAR. *le* CLERC & ABR. THEVART *E. conferunt curandis magnis morbis animi pathemata* ib. 1656.

J. BOURGEOIS & NIC. LIENARD *Non E. eclipſes portentoſæ* ib. 1656.

J. MERLET & CL. *de* FRADES *Non E. obſoniis condendis peregrina* ib. 1656.

JAC. PERREAU & ÆGIDIUS *le* BEL *E. piſces convaleſcentibus* 1656.

FRANC. LOPEL & CL. *de* FRADES *E. dyſenteriæ opium* ib. 1656.

CAROL. GUYOT *an ſit in arthriticis affectibus neceſſaria venæ ſectio* Angers 1655. 4. HE.

§. DCLXXVI. PAUL BARBETTE.

PAULUS BARBETTE medicus Amſtelodamenſis, clinicus, inciſor & chirurgus, auctor, aut certe propagator acus triquetræ, & medicamentorum nonnullorum, quæ etiam nunc uſu veniunt.

In *Chirurgia* Belgice Amſterd. 1657. 8. *. 1664. 8. latine a J. MUYS Amſterd. 1693. 12. Patav. 1689. 12. edita, & alibi, aliqui morbi interni tractantur, tum hirudinum & cauteriorum uſus, inflammatio, eryſipelas, oedema, vena Medinenſis, bubo, carbunculus, opthalmia, angina.

EJ. *anatome practica* Belgice, Latine Amſterd. 1659. 8. *. Cum partium corporis humani deſcriptione morbos conjungit, chirurgicos & internos. Ita hydrocephalus, & uvulæ vitia, ſtruma, pleuritis, empyema, inflammatio mediaſtini, vermes

vermes in pericardio, & hydrops aſcites. Calculi ſupra 200 per annum egeſti cum ægrotus medicamento alvum duceret. Uteri mala. Iſchias.

Ej. *praxis Barbettiana* Amſterd. 1665. 8. *. 1669. 12. L. Belgice vertente Jac. Lescuilie Roterdam 1665. 8. Amſterd. 1669. 8. Tr. & in *coll. oper.* Breve compendium cum longa ſerie auxiliorum ad quemcunque morbum. Interpoſitæ ſunt adnotationes auctoris. Epilepſia ſola venæ ſectione & medicamento purgante ſanata, tum in alio exemplo, venæ ſectione, laxante medicamento & ſapone cum lacte cocto. Sic in aliis morbis fere exempla felicis eventus. Alii tamen caſus minus ex voto evenerunt, ut angina, quæ ægrotum ſuffocavit, poſt repetitam venæ ſectionem. Scrofulæ ſupra mille a collo ad pubem numeratæ. Pleuritis poſt iteratam venæ ſectionem curata miſtura de taraxaco. Tabidi ſanati. Ab oleo vitrioli caſu deglutito ſingultus, ſucco ſempervivi ſanatus. Scorbutum ſpiritu ſalis ammoniaci feliciſſime ſuperavit. In dyſenterico poſt plurimum ſanguinem egeſtum, inteſtina tenuia ſphacelata, tunicæ eroſæ & perforatæ. Volvulus a ſphacelo coli inteſtini, & alius ab ileo ſepties convoluto.

Cum multis notis recuſam dedit Fridericus Decker Leid. 1669. 12 Amſterd. 1678. 12. *. 1702. 12. Patav. 1676. 12. Venet. 1732. 12. Germanice Francof. 1693. 8. Tr. Lubeck 1700. 1718. 8. Anglice. 1718. 8.

Ej. *beſchryving der peſt* Amſterd. 1662. 8. Lamberg 1663. 8. Tr. 1664. Trew. 1672. 8. *. Ipſe peſtem cominus vidit, & rariores eventus deſcripſit. Iſchuria cum maximo dolore, ſanguinis, deinde puris effluxu ſanata. Carbunculus, ut putat. Multi facit lapidem *del porco*, qui ſudorem cieat, cordi robur addat. Opio feliciſſime ſe uſum, potiſſimum cum vigiliæ urgerent. Emplaſtrum peſtilentiale, quod arſenicum recipit Bubo peſtilens facillime aufertur. Adjectæ obſervationes. Cum hæmorrhagia adeſſet, ſudorem Paulus aliquando non movit, nam cæterum ſudorem ſolebat urgere. Tota glandula bicipiti muſculo inhærens conſumta pars tendinis deceſſit, abſque malo. Bubo abſque ſuppuratione, & bono cum eventu diſcuſſus. Carbunculus abſque febre. Carbunculus in manu igne tentatus, ſed fruſtra. Peſtis recidiva, tamen ſanata. Mota ſternutatione pus de naribus ejectum, morte ſequente.

Hæc *opera conjuncta* prodierunt Leid. 1672. 12. *. & recudi fecit Jacobus Manget Genev. 1683. 4. *. 1688. 4. Trew. Germanice prodierunt Francof. 1673. 4, vertente Philippo Jacobo Waldschmidt, tum Hamb. 1677 8. Tr. Francof. 1683. 8. Lubeck 1692. 8. 1700. 8. Gallice Genev. 1675. 8. Italice Venet. 1693. 12. Tr.

§. DCLXXVII. F. M. v. Helmont.

Franciscus Mercurius van Helmont, J. Baptistæ filius, ipſe patre ſuo, ſingulari viro, etiam magis ſingularis, propriis ubique uſus cogitatis, & in omnia

paradoxa atque inaudita delapſus, peritia chemica inſignis, BOERHAAVIO in ſenectute notus, ad quam ſummam pervenit, magni viri benignum judicium expertus eſt.

EJ. *Alphabeti vere naturalis hebraici delineatio, quæ methodum ſuppeditat, juxta quam ſurdi nati ſic informari poſſunt, ut ad ſermonis uſum perveniant* Sulzbach 1657. 12. *, & Germanice ibid. eodem anno *. Mirus libellus, neque totus inanis. Etſi enim vix credas uvulam, quæ alioquin nihil ad loquelam confert, cum lingua literas hebraicas & earum figuram chaldaicam repræſentare, laudes tamen virum, qui primus modum expoſuit, quo ad quamque literam pronuntiandam os hominis & ejus organa adaptentur: ſurdum etiam loqui docuit, etſi non primus.

EJ. *orgatrice or phyſik refined* Lond. 1662. fol.

EJ. *the paradoxal diſcourſes concerning the macrocoſm and microcoſm* Lond. 1685. 8. *. Belgice Amſterd. 1693. 12 Hamburg. 1691. 8. Macrocoſmum omitto, alias de theoria viri dicturus. In microcoſmo multos ſe gibboſos curaſſe, quibus curandis paratam machinam deſcribit. Aquam emiſſuri, cum tympaniticos ægros ignari medici incidiſſent, cum aere vitam erupiſſe. Morbum equi *a brokenwindneſſ* curari inciſione facta inter anum & caudam, deinde alte in inteſtinum cauterio adacto, denique loco uſto anulo plumbeo confirmato. Ad morſum canis rabidi certiſſimum auxilium ferrum eſſe ignitum. Opio hydropem ſanari & quartanam febrem, cum aliis tamen miſto.

EJ. *ſpirit of diſeaſes* Lond. 1694. 8. FOLKES. *Obſervationes circa hominem & ejus morbos vertente* J. CONRADO AMMAN Amſterd. 1692. 8.

Lego etiam *Vindicias, ſ. de vita diu conſervanda;* Anglicum ſcriptum Lond. 1657. 8, ſed vereor, ne error ſubſit, & ne hic liber ſit GEORGII STARKEYI, chemici.

§. DCLXXVIII. VARII.

ATTILII BULGETII *Patavini de affectionibus cordis tr. in tres libros diviſus. Acc. de morbis venenatis veneniſque tractatus generalis* Patav. 1657. 4. *. Antiqua equidem ratione ſcripſit, & formulas numeroſiſſimas operi immiſcuit. Neque tamen non laudes, quod per experimenta vim pulſificam arteriarum refutaverit. Palpitatio cordis, ſyncope.

FRANC. OSWALDI GREMBS Archiatri Salisburgenſis, *Arbor integra & ruinoſa hominis* Monach. 1657. 4. 1671. 4. *. Phyſiologia, deinde pathologia viri HELMONTIANI, qui plurima ad archæum auctorem morborum refert. Morbi a capite ad calcem chemice expoſiti. Ita in angina venæ ſectionem nonnunquam juvare, quod archæus in terrorem conjectus de furore ſuo remittat. Intercedunt tamen adnotationes aliquæ. Ita qui laute & edaciter vivebat, conſtrictionem colli

colli periodicam paſſus, ſponte ſanatus eſt, poſtquam fortunis imminutis parcius vivere inſtituit. Dolor immanis pylori a ſumtis cibis, quem noſter pyloro furenti tribuit. Aqua Tettucciana febricula diuturna, & alias pertinax cephalea ſuperata, tum hypochondriaca flatulentia, poſtquam a pnrgantibus medicamentis æger potius pejus habuerat. Colicam ſe ſæpe paucis medicamentis ſanaſſe, ſed cum abſtinentia a vino conjunctis. Tympaniticum ægrum acidis condimentis ſanatum. Qui vino poto ſolebat calculos expellere, denique poſt id remedium convulſus periit, cum lapillus initium ureteris obſideret. Sic porro pluſcula paſſim ab experientia ſua repetita utiliter adſpergit. Inde ad febres tranſit. L. III. agit de longævitate vitæ humanæ. Poſt iſchuriam calculi in veſica fellea, & una in urinaria.

GABRIELIS FONTANI *de veritate medicinæ Hippocraticæ firmiſſimis ratione & experimentorum momentis ſtabilita*, *ſ. medicina anti Hermetica* Lion 1657. 4. Apologeticon adverſus HELMONTIUM.

EJ. *Epitome tractatus de febribus. Tetras graviſſimorum capitis adfectuum, vertiginis, epilepſiæ, convulſionis & apoplexiæ.* Medica practica utrum mulieribus abortum petentibus more primario adfectis liceat venam malleoli ſecari: an potius ex brachio ſanguinem mittere. Aphoriſmi Hippocratici XV. Apologeticon pro vera Galeniſtarum cura Pleuritidis quorum curatio defenditur adverſus *van* HELMONT. Conſultandi methodus ad quoslibet affectus propoſitos neceſſaria. Prodiit Lion 1657. 4. L.

NICOLAI MORIN medici Pariſini, *Panegyris ſ. ſtadium ſtudii jatrici Pariſini heroico carmine* Pariſ. 1657. 4.

CÆSARIS ZAROTTI *in* MARTIALIS *epigrammata medica & philoſophica enarratio* Venet. 1657. 4.

GUIL. SLATHOLMÉ *nonnihil de febribus* Lond. 1657. 8.

BARTHOLOMÆI TORRINI *Parnaſſus triplex* Taurin 1657. fol.

EJ. *analyſis de ſectione ſaphenæ in ſuppreſſione menſtruorum* ib. 1661. 8. FALC.

EJ. *diſcuſſione ſe ſia bene di cacciar ſangue a fanciulli ſul principio del vajuole* Torin. 1672. ASM.

JACOBI HOLST *de flammula cordis liber* non huc facit.

EJ. *protropium doctrinæ medicæ de febribus* 1657. 4.

EJ. *Epiſtola ad* BARTHOLINUM 77 Cent. III. Calorem tamen febris individuum eſſe comitem.

MICHAEL WAGNER, HELMONTIUS *redivivus*, *ſ. de morbis tam univerſalibus quam quibuſdam particularibus ad calculum revocatio* Herbipoli 1657.

J. CHRIST. FROMANNI *hiſtoria ſerpentis nuper ex femina expulſi* Duisburg 1657. 4.

EJ. *de conſenſu partium corporis humani* Coburg 1658. 4.

EJ. *de balneis, imprimis ſudatoriis* ib. 1659.

EJ. *quæſtionum medico phyſicarum triga* ib. 1665. 4. BURKH.

EJ. *de venæ ſectione in declinatione morbillorum oborta pleuritide adminiſtratio* Lipſ. 1668. 8.

EJ. *de faſcinatione l. novis & ſingularis* Nurnb. 1674. 4.

EJ. *de hæmorrhoidibus* Coburg. 1669. 4. Nurnb. 1677. 12.

EJ. *tractatus ſingularis de hæmorrhoidibus problematum theoretorum & practicorum centuriæ abſoluta* Nurnb. 1677. 12. TR.

EJ. *Peſtordnung* Nürnb. 1681. 4.

EJ. *anſer martinianus* Lipſ. 1683. 4. *. miſcellanea cum viribus medicis.

EJ. in E. N. C. II. obſ. 11. In virgine mola inteſtinis incumcens, & aliud exemplum

BERNARDI SWALWE *therapeuticus generalis, ſ. artis medendi methodus Walæana methodo confirmata* Amſterd. 1657. 12. *. Jen. 1677. 12. De purgatione, vomitu, ſudore, earumque evacuationum moderamine. Opium optime ſudoriferis addi. Porro diureſis, inedia, ſanguinis evacuatio varia. Inde medicamenta alterantia. Spirituum vitia, vires.

EJ. *querelæ & opprobria ventriculi abuſus tam diætetici quam pharmaceutici* Amſterd. 1665. 12. *. 1675. 12. L. Longas illas apoſitias ſuſpicatur fictitias eſſe. Tabaci fumum ventriculo nocere, neque ſtrictam diætam omnibus convenire: duros homines a molli cibo lædi, per exempla. De cibis ſingulis, & de potulentis; Contra polypharmaciam fraudeſque pharmacopolarum; contra medicamenta metallica, mercurialia, antimonialia, Omnia purgantia nocere. Venena. In febribus neque ſemper alvus ducenda, neque ſemper urgendi ſudores. Ut in variis morbis ventriculus mala adfectus ſit. Ejus morbi, flatus, inappetentia, bulimus, pica, dolor, ardor, ſingultus. Circumforaneos a venenis non lædi, quod pinguibus abſorbtis ſe muniant.

EJ. *alcali & acidum, ſ. naturæ & artis inſtrumenta pugilitica* Amſterd. 1670. 12. *. 1678. 12 Jen. 1677. 12. De ea hypotheſi eo maxime tempore celebri fuſe, & in utramque partem diſputat, potiſſimum de TACHENII placitis, & de fervore ſucci pancreatici cum bile. Poſterius autem cum rationes in novatores producat, adparet his noſtrum non fáviſſe.

EJ.

Ej. *pancreas pancrene* Amſterd. 1668. 12. *. Morbi pancreatis non ſatis expediti. In pancreate ſedem eſſe intermittentis febris, & ab ejus ſucco in inteſtino fermentante. In febrientium cadavere injectum in pancreas liquorem ejus glandulæ acinos non potuiſſe ſubire. In febribus pancreatis cura gerenda. A pancreate adfectio hypochondriaca, ejus ſuccum vix differre ab eo, quem veteres melancholicum dixerint. In morbo longo pancreas corruptum. His fuſe expoſitis contra eadem ſua dubia movet.

Joachimi Jungii *hiſtoria vermium e ſchedis M. S. auctoris a* J. Vagetio *eruta a* D. J. Garmers *orbi erudito communicata* Hamburg 16 . . . 8. Obierat vir inſignis a. 1657. Opus ipſum eſt chaos adnotationum variarum, non perfectum, nec perpolitum.

Andreas Ravenstein *lexicon medicum Græco latinum Caſtellianum recuſum* dedit Roterd. 1657. 8.

Raymond Restaurand *monarchia microcoſmi* Lion. 1657. 4. Rast.

Ej. Hippocrates *de natura lactis ejuſque uſu cum curationibus morborum* Avenione 1677.

Ej. Hippocrate *de l'uſage de boire à la glace* Lion 1676. 12. *. Partem libri I. Hipp. de *diæta* gallice convertit. Ex eo locum excerpit, in quo Hippocrates adverſus ſitim vinum maxime frigidum imperat, & alium, quo ad typhum vinum gelidiſſima aqua temperatum, & alios paſſim, in quibus aquam quam frigidiſſimam commendat. Ipſe deinde ſententiam dicit, ut juniores vino detrahant, glaciei portionem, augeant, cum ſenio contra paulatim vino addant, maxime bilioſi, calidi, corpus vehementer exercentes. A glacie aquam corrigi. Optimum effectum glaciei ſæpe ſe vidiſſe, etiam in cholera morbo. Eſſe tamen ubi noceat.

§. DCLXXIX. Varii ad a. 1657.

J. *v.* Hadden *pleuris geneeſinge zonder aderlaaten* Amſterd. 1657. 8. Contra hunc l. ſcripſerat J. B. v. Lambsweerde, reſpondit noſter in altero, edito 1660. 8. *. qui coram eſt. Commendat ſuccum plantæ *paardebloemen* cum ſyrupo papaveris, ad cochlear omni bihorio aut trihorio ſumendum.

Ralph. Williams *phyſical rarities containing the moſt choice receipts of phyſik chirurgery for the cure of all diſeaſes wich the phyſical of Hermes triſmegiſtus* Lond. 1657. 8.

John. Hall *ſelect obſervations on Engliſh bodies* Lond. 1657. 12.

William Marqueſſ of Newcaſtle general ſyſtem of horſemanſhip Anvers 1657. f. 1674. 8. Carls: Gallice Leid. 1743. fol. Pariſ. 1743. fol. 2 vol. Germanice vertente P. F. Pernauer Nürnb. 1700. fol. 1764. 8. Suecice Stokholm 1752. 8. Morbos equorum continet.

The expert phyſician concerning agues, and fevers London. 1657. 8. BRODL.

MATTHIAS *de* LARA GILL *practica de fuentes, ſu utilidad: modo de nocer las con muchas advertencias* Madrit. 1657. 4. C. de V.

GIUSEPPE BALESTRA *gli accidenti del mal contagioſo oſſervati nel' Lazaretto all l'Iſola e la ſpecialita de medicamenti eſperimentati* Rom. 1657. 4.

GIACOMO MICCIONI *providenza de morbi particulari* Perugia 1657. 4.

MARCUS GARCIA Chir. Madritenſis, *honor de la medicina aplauſo de la chirurgia Caſtillana la fama de* PEDRO FERNANDEZ Madrit. 1657. 8. C. de V.

Kurzer Bericht wie die Peſtilenz zu curiren ſey Hanover 1657. 4.

Alius titulus *kurzer Unterricht wie der giftigen anklebenden Seuche der Peſtilenz zu begegnen ſey* Hanover 1658. 4.

Apothekerordnung der Stadt Northauſen North. 1657. 4.

J. GUALTHER HIMANTOTOMUS *de incerto urinarum judicio* Quedlinburg 1657. 4. Germanice contra uromantas.

§. DCLXXX. DISPUTATIONES.

CASPAR HANNASCH *miſcellanea medica* Baſil. 1657. 4.

FRANCISCI MEYER *de ictericæ flavæ theoria & therapia* ib. 1657. 4. RIV.

ANDR. SCHULZE *de phrenitide* ib. 1657. 4. RIV.

ADAM NEUFVILLE *de febribus in genere* Leid. 1657. 4. BURKH.

GEDEONIS HOLSTEIN *apoplexiæ hiſtorica* ib. 1657. 4. *.

J. LEPPIN *de lue venerea* Utrecht 1657. 4.

J. HENR. PAULI *de ſecundinarum retentione præſide* T. BARTHOLINO Hafn. 1657. 4. Anatomica laude florentem dixi in *B. Anat.*

CHRIST. HALBACH *de dolore capitis* Altdorf. 1657. 4.

J. ANDR. BOSII *de clinicis eccleſiæ veteris* Lipſ. 1657. 4. PL.

ROB. PATIN & J. B. REVELLOIS *Nihil E. ab annis climactericis metuendum* Pariſ. 1657.

NIC. MORIN & LUD. GALLOIS *An qui cæteris præſtant mente minus præſtant corporis valetudine?* ib. 1657.

PHILIP. DOUTE & FRANC. GOUEL *E. canities a timore* ib. 1657.

NIC. LIENARD & RAPH. MAURIN *E. a ſalacitate vita brevior* ib. 1657.

J. *de*

J. *de* Gorris & Petr. *le* Large *E. eſt certa quædam medendi methodus omnium ſaluberrima* Pariſ. 1657. traditio Pariſina.

Car. Bouvard & Ant. Morand *E. infantibus ſolum lac nutricis* ib. 1657.

J. *de* Bourges & Pet. Cresse' *E. Forgenſium aquarum vices ſupplere poſſunt Paſſianæ* ib. 1657.

Rob. Patin & Franc. Gouel *E. ſenibus vinum parcius dilutius* ib. 1657.

Abr. Thevart & Pet. Cresse' *E. arthritidi thea Chinenſium* ib. 1657.

§. DCLXXXI. J. Jacob Wepfer.

Scaphuſianus, ex præcipuis hujus ſeculi ornamentis, laborioſus inciſor, experimentorum patientiſſimus, clinicus celeberrimus, cui facile condones, ſi quidem venia aliqua indiget, quod archæum præſidis nomine admiſerit, cui principio fere ea officia tribuebat, quæ vulgo nunc ſolent irritabilitati tribui, aut in Gallia principio vitali.

Ej. *hiſtoria apoplecticorum obſervationibus & ſcholiis anatomico medicis illuſtrata* Scaphuſ. 1658. 8. *. 1675. 8. *, quæ editio plenior eſt, Amſterd. 1681. 4. 1724. 8. *. Egregium opus, cujus præcipua pars meris eſt in corporum inciſionibus. Per eas conſtitit Wepfero, cauſam apoplexiæ multiplicem eſſe, & eos omnes caſus comprehendere, in quibus ſanguinis ad cerebrum acceſſus impeditur: inter eas cauſas eſſe compreſſionem cerebri, factam a ſanguine de ruptis venis in ventriculos effuſo. Hydrocephali inciſio. Vertigo boum ab hydatide cerebrum premente. Sanguis de poro cutaneo exſiliens Curatio per ſanguinis revulſionem. Sanguinem ſub cranio effuſum aliquando ſponte diſſipari. Cum ſomnambuloni cranium fiſſum fuiſſet, abſque trepano reſtitutus eſt. Vermes hepatis bubuli habitare in bilis vaſis, non in ſanguineis. Hydatides propria encheireſi ex vertiginoſis jumentis extractæ, quales etiam in cerebri ſanguis effuſus, in altero hydatides plexus chorioidei. Plurima intercedunt utilia, quæ ſigillatim repetere non licet, hujus enim pretii libros totos oportet legere.

Ej. *hiſtoria anatomica de puella ſine cerebro nata* Scaphuſ. 1665. 8. & in E. N. C. Dec. I. ann. IV.

Ej. *cicutæ aquaticæ hiſtoria & noxa commentario illuſtrata* Baſil. 1679. 4. *. 1716. 4. *. Leid. 1733. 8. *. In immortali libro plus eſt experimentorum, quam facile quiſquam unquam vitalium ad verum revelandum fecerit, potiſſimum ad effectus irritatarum primarum viarum & dati veneni. Neque contentus enim inciſiſſe, & accurate in cadavere indagatum eſſe mala a cicuta aquatica ſumta nata; vivis animalibus numeroſis in experimentis venenum dedit, deinde viva accurate incidit, ut & vivorum ſymptomata videret, & a morte mutationes, quas a morbo viſcera paſſa eſſent. Adjuvarunt Cl. viri gener Brunner & J. J. Harder.

Primum

Primum accurate exponit ſymptomata & inciſiones hominum, qui a cicuta aquatica interemti fuerunt; mortes, coagulationem, frigus ante mortem perpetuum in dyſentericis, quod pariter vidi, ſed paradoxo effectu a poto ſpiritu vini ſuperveniſſe. WEPFERUS. Non reperit in febribus acutis ſanguinem cogi. Polypi cordis. Ætiologia ſymptomatum a cicuta deglutita ortorum. Felis inciſa, cui a partu uterus inflammatus, fætidiſſimis lochiis plenus erat. Epilepſiæ ſymptomaticæ exempla: clyſteribus ſanata. A cancro ſecto nunquam convulſionem oriri, neque ab eroſis partibus genitalibus, a funiculo ſeminali utique. Plura exempla epilepſiæ a terrore natæ, etiam in infante. Alvus mota a ſolo de purgantibus colloquio. Inde experimenta in vivis animalibus facta, cum eadem cicuta, & ſymptomatum inde ortorum hiſtoria. Vomendi mechaniſmus, diaphragmatis, & ventriculi actio. Inde alia venena. Napellus: cocculi, ab iſtis primæ viæ inflammatæ, ſanguis floridiſſimus, ſic a vomica. Canis, cui dati cocculi, gramen quæſivit, deglutivit, & vomuit. In pelvi renis canini coagulum, grumoſum & ren fere deſtructus. In nullo animalium ſanguis coactus. Porro vomica nux, helleborus, jalapa, corona imperialis, ſolanum, belladonna, hyoſcyamus, cum aliis ejus veneni ab hominibus ſumti effectibus. Tunc mineræ, antimonium, ab ejus vitro vomitus & veſicula bile plena; ab eodem hypercatharſes, tuſſicula, alia incommoda. Arſenicum, auripigmentum. Arſenici ad febrem ſuperandam fruſtraneus uſus. Ab arſenico ſudor frigidus, lac datum in grumos coactum, & per annos ſumma debilitas ventriculi ſuperſtes. Exempla ubi vomitus arſenici periculum ſuſtulit. Puer pigmentum lambſerat, quod ſandaracham recipiebat: vomuit, convulſus eſt, deglutire nequivit, periit. Ab eo veneno ventriculus inflammatus, tunica interna eroſa, ſanguis grumoſus in pectore effuſus. Canis decem granis ſublimati mercurii captis alvo ſurſum deorſum mota nihil paſſus eſt. Puer 30 menſium ſervatus lacte equino, cum grana octo cum ſemiſſe mercurii ſublimati ſumſiſſet. Cicutæ utilitas ex variis auctoribus: apparet vulgo intus datam fuiſſe. Orvietanni venditores venenum ſumturi, & oleoſis ſe muniunt, & vomitu ſibi conſulunt, perituri niſi vomuerint.

Codices MS. bene multos noſter reliquit. Eorum aliquos nepotes BERNARDINUS & G. MICHAEL WEPFERI ediderunt, & titulum fecerunt *Obſervationes medico practicæ de affectibus capitis internis & externis* Scaphuſ. 1727.4.*. Spiſſo volumine continentur 222 morborum hiſtoriæ, quarum guſtum aliquum interim dabimus. Ad epilepſiam, aliquot ægrotorum narrationes & diaria, cum conſiliis, ſæpe nulla cum adnotatione eventus. Valeriana plurimum uſus eſt, in pluſculis exemplis felix. Ad maniam & melancholiam alvum molliebat, ſerum lactis dabat, denique ſeculi vitio etiam abſorbentia. A fumo carbonum pene ſuffocatus. Memoriæ vitia, ut etiam vulgatiſſimorum oblivio ægrum debilitaret. Veſicatoriis noſter utebatur; & memorabiles hujus mali varietates recenſet. Paſſim feliciter curavit.

Epiſtolæ ejus exſtant apud VERZASCHAM pluſculæ, & alia. Ad BARTHOLINUM IV. ep. 13. A febre intermittente tumor indolens hypochondrii ſiniſtri, lienis, ut videtur.

Cum

Cum E.N.C. prodiit *vita viri* Ill. a genero Brunnero ſcripta, eadem cum *obſervationibus de morbis* capitis recuſa. Ex longo malo moriens juſſit incidi corpus ſuum, quo etiam a morte publice prodeſſet: aorta boni ſenis oſſeis ſquamis varia fuerat.

Ej. in E. N. C. multa ſunt adnotata.

Dec. I. ann. I. Lien magnus 6. l. pondere, alvus dura, apoplexia. In ventriculo ulcus, idemque flatu facillime ruptus eſt.

Ann. II. obſ. 39. Colica ex vino, ut putat. Inde pareſis, abſceſſus meſenterii.

Ann. VI. obſ. 116. experimenta nupera cum cicuta aquatica facta. Pereuntes inde homines: alii vomitu ſervati.

Obſ. 119. ad cervi inteſtina & in ſcroto maximi tumores adhærentes, folliculis lamellatis, aqua, materie varia pleni, intus cavernoſi.

Ann. VII. obſ. 16. In canis ventriculo tumor quaſi de pediculo ſuſpenſus, vermibus teretibus plenus, muco immerſis.

Ann. VIII. obſ. 1. de vermibus in ventriculo lupi viſis.

Obſ. 68. Vitia appetitus. Qui cum per quinquennium a matre nutritus fuiſſet, per integram reliquam vitam non alio alimento abſque ſummo incommodo vivere potuit, niſi quod ligna varia comederet; ei alvus conſtanter tarda fuit: idem ex hydrope periit. Quæ ſolo lacte vixit puella. Alius qui ad an. 47. carnium odorem averſatus eſt. In monaſterio pica varia inter virgines dominata eſt. Qui arenulas per ſex dies in ventriculo retinuit, male ab iis habuit.

Ann. IX. obſ. 229. In phthiſico, purulenta rejiciente, hæmoptoe ſupervenerat: pulmo undique adſperſus tumoribus exiguis, albis, ſubrotundis. Abſceſſus in aſperam arteriam aperiebatur, particulæ pulmonis fundum petebant, natabant aliæ.

Ann. X. obſ. 171. Abſque injuria externa, poſt multa mala; abdomen plenum flatu fætidiſſimo: ileo inteſtinum paulo ſupra cæcum ruptum, & paſſim idem inteſtinum ulceroſum & gangrænoſum. Docta ad hunc morbum commentatio.

Obſ. 172. Ex lapſu, ut videtur, 36 hora mors: inteſtinum fæces & aërem per foramen in abdomen dimittebat.

Dec. III. ann. I. obſ. 135. Ab inſultu epileptico proxima mors ſupervenit. Vaſa cerebri ſanguine turgida, circa occiput ſanguinis libra effuſa.

Obſ. 136. ex terrore vox vitiata, ut cantillare videretur, cætera ſanus. Cartilago ſcutiformis per medium fiſſa erat, & pars altera depreſſa, altera eminebat. Clamori forti in præcone (*Nachtwächter*) hoc malum Wepferus tribuit.

Apud Lentilium in *miſcell.* Hydrargyrus in ſceleto repertus: Apud Peyer *hydr. ovar.* exemplum hydropis ovarii cum pilis piloſis.

§. DCLXXXII. Varii.

August. Gallarati *de peragendis in peſte & peſtiferis affectibus* Ticin. 1658. 4. Cat.

Francisci Cavalli *de inſito morborum medicum opus & novum* Catanæ 1658. 8. Mong.

Casp. Calderæ *de* Heredia *tribunal medicum, magicum & politicum* Lond. 1658. fol. Strasb. 1663. fol. In P. I. prognoſis fallacia in communi & in particulari: obſervationes ſelectæ medicæ. Theſeus climactericus peregrinus. Antitheſeus expugnatus. Conſultatio de palpitatione cordis. De pulmonis & pectoris tuberculo. Judicium de ratione minorandi in praxi Hiſpalenſi. App. ad quæſtionem de V. S. in talo. De potionum varietate, de chocolata. Auxiliorum chemicorum judicium æqua lance libratum. De peſte Hiſpalenſi. In P. II. Tribunal continetur medico magicum; in P. III. Tribunal politicum. Acc. l. de facile parabilibus.

Ej. *Tribunalis medici illuſtrationes. Febrium & ſymptomatum accuratiſſima curatio. L. de facile parabilibus* Antverp. 1663. fol. Separat Lindenius.

Separari debet Petrus Michael *de* Heredia Complutenſis, quem dicemus.

J. Bapt. Bindi *Loimographia ſ. hiſtoria peſtis contagioſæ, quæ a. 1656. in Eccleſiaſticam ditionem fuit illata* L. V. Rom. 1658. 4. Mazuch.

Ej. *de nova epilepſiæ differentia conſultatio* Rom. 1658. 8. Bur.

Simon *de* Molinariis *Ambroſia Aſiatica, ſeu de virtute & uſu herbæ The ſive Cia* Genuæ 1672. 12. *. In botanicis dixi: elogium potius eſt herbæ theæ, ad omnes pene morbos, epilepſiam etiam & catochum. Medicamentorum nonnullorum formulæ. Virtutes aquæ communis.

Ej. *de trochiſci de vipera compoſti* Genova 1664. 4.

Josephi Faulisi *de virtutibus Xalappæ, quod non ſit venenoſa, neque hepati, ventriculo, cordi inimica, neque nimis laxativa* Panorm. 1658. 4. Mongit.

Phlebotomia heroico carmine adumbrata Pariſ. 1658. 4. Falc.

In *novis experimentis phyſico mechanicis de aëre* Oxon. 1661. 8. *. continetur digreſſio de reſpiratione, & agitur de animalium aere privatorum ſubitanea morte, ipſorum inſectorum, quæ tamen eadem amiſſo capite volare pergant. Suffocatio a vapore muſti, ab aere non renovato.

EJ. *tentamina phyſiologica & hiſtoria fluiditatis & firmitatis* Lond. 1661. 4. TR. latine & pariter Anglice 1668. 4. TREW. 1669. 12. Amſt. 1667. 12. *. Pluſculi ſunt libelli. 1, *Infidus experimentorum ſucceſſus.* Experimenta nempe

vera certiſque teſtimoniis nixa, quorum tamen eventus cum minutis neque ſemper ſatis notis, conditionibus conjungitur. Huc refert infidos medicamentorum ſucceſſus, quæ minus bene parata medicus exhibuerit: de hydrargyro ſublimato queritur, quem admiſto arſenico adulterent. Stanni, antimonii, aliarum minerarum varietates facere, ut ſubinde medicus promiſſis proceſſus ſtare nequeat.

2. *Experimenta quæ non ſuccedunt*, nempe eventus inconſtantes, qui modo hoc modo eveniunt, modo alio, ut varietates anatomicæ. Huc refert incertum effectum pulveris ſympathetici, qui ſæpe ſpem eludat, huc araneos in Gallia venenatos, in Hiſpania innocuos. Pleraque tamen exempla alio ſpectant.

EJ. majus opus *Some conſiderations touching the uſefulneſſ of experimental natural philoſophy* Oxford. 1663. 4. Tom. II. 1672. 4. *, Multum aucta in editione latina Lond. 1692. 4. *. Pars ſecunda tota medici eſt argumenti, vireſque medicatas tradit, minus eo ævo perſpectas, aliquantum ab optimo viro ornatas; forte quod amici, quibus liberaliter medicamenta impertiebat, virum optimum favente de utilitate commendatorum medicamentorum exitu ſublevare voluiſſent, quæ certe BOERHAAVII conjectura eſt. Ecce aliqua exempla. Anatome comparata. Utilitas experimentorum, per quæ conſtat, quæ pars corporis animalis ad vitam ſuſtentandam proxime pertineat, quæ minimi ſit momenti. Ad pathologiam experimenta, per quæ diſcimus certo, & intra breviſſimum tempus, poſſe duros calculos ex molli materie cogi: poſſe lapilli materiem in limpidiſſima urina diſſolutam inconſpicuam ſuſpendi. Veteres nimium tribuiſſe elementaribus *qualitatibus* corporum; ſalinis, ſulfureis aliis &c. nimis parum. Humorem hydropicum facile cogi. Calculorum etiam felleorum fabrica laminata eſt. Multum in humanis lapillis eſſe ſalis volatilis. Non deſperandum de liquore calculum ſolvente, cum dentur, etiam corrodendi vi deſtituti, liquores, qui ferrum ſolvant & aliqui hujus generis liquores ſibi innotuerint. Opium cani vix nocere, etiam majori doſi datum, felem in rabiem vertere. Viperæ morſum, experimenti cauſa receptum, ferro candente admoto noxa caruiſſe. Medicamenta, quæ ipſe paravit infuſoria. Vim corticis peruviani adverſus febres intermittentes conſtantem expertus eſt. Herba ſcrofulas curans. Virginem, quæ ſenſum partium externarum amiſerat, ſuperſtite motu, HARVEIUS nuptiis conciliatis ſanavit. Cancer mammæ vitriolico medicamento curatus. Specificum medicamentum ad hydropem. GERARDUM BOOT calculum renalem diſſolviſſe, nonnunquam etiam veſicalem. Fuiſſe, qui friabilem calculum inter digitos comminuerit. Nova vina artificialia. Medicamenta potentiora chemica, ut ex argento paratum ad expellendas aquas. Aliorum medicamentorum, ut ſennæ vires, admiſto ſale lixivioſo augeri. Ex zinco GLAUBERUM medicamentum non nauſeoſum parare (an forte flores nuperis laudati?). Vires medicamentorum, quæ pro vilibus habebantur, ut ſpiritus fuliginis, ſuccus ſtercoris equini ad iſchuriam efficax, millepedes ad cataractam. Simplicia compoſitis præſtare. Hyoſcyamus potentiſſime ſanguinis jacturas ſupprimit. Ens primum veneris (potius martis) ad rachitidem valet. Opium optime corrigi: digerendo in

in vino. Ut plantarum vires medicatæ efficaciores obtineantur. Pro medicamentorum extus adplicatorum efficacia. HARVEIUM certos tumores admota manu mortui hominis nonnunquam diſpuliſſe. Butyro profluvia alvi ſanari. Pauca hæc ex multis, omnia enim decerpere infinitum foret.

EJ. *experimenta & conſiderationes de coloribus* Anglice Lond. 1664. 8. & latine Lond. 1665. 12. *. Plurima & nobilia phyſici argumenti experimenta hic habes, & noſter colores conjunctos albedinem reflectere jam eo ævo vidit. Ad medicinam pauca faciunt. Colores phantaſtici, colores a morbo orti. Feminæ nobili ſubito omnia corpora ſplendidis coloribus tincta apparuerunt: ſed poſtridie hyſtericis motubus infeſtata, in delirium & paralyſin incidit. Idem ſplendor colorum in multis peſtis iimminentis ſignum fuiſſe: Salutare hic emeticum ex vitriolo albo. Cæcus, qui colores tactu dignoſcebat. Hic niſi fallor, primum habetur modus alcali & acidi præſentiam per cæruleum vel rubrum colorem ſuccis cæruleis impertitum detegendi.

EJ. *hiſtory of cold* Lond. 1665. 8. & 1683. 4. *. & *a dialogue concerning the poſitive and negative nature of cold* 1673. 8. Collectio ad effectus maximi frigoris, ex variis itinerum ſcriptoribus, etiam ad necanda animalia efficacis.

EJ. *continuation of new experiments phyſicomechanical upon the ſpring of the air* Orford 1669. 4. & latine *ſecunda continuatio* 1688. 8. *. Experimenta antliæ pneumaticæ ope facta, quam PAPINUS nuper perfecerat. Ut animalia in aëre factitio pereant, ut in ſpatio aere deſtituto. Aer, qui ex putredine generatur, aer compreſſus, ejuſque effectus.

EJ. *exercitationes de atmoſphæris corporum conſiſtentium deque mira ſubtilitate & inſigni vi effluviorum* Anglice Lond. 1673. 8. *. Latine Lond. 1676. 12.

EJ. *ſuſpiciones de latentibus æris qualitatibus* Lond. 1676. 12. *. Non repugnat aſtrorum influxui. Peſtes uni ſoli generi animalium infeſtæ.

In *tentamine porologico* Lond. 1684. 4. *. de nonnullorum medicamentorum vi per cutem animalium penetrabili.

In *apparatu ad hiſtoriam naturalem ſanguinis* Lond. 1685. 8. *. multis de ſpiritu ſanguinis agit, cui plurimum virium medicatarum tribuit.

EJ. *Hiſtoria naturalis aquarum mineralium* Lond. 1686. 12. Primum fere analyſeos harum aquarum ſpecimen. Acore conſpicuo deſtitui. Vires medicatas celeriter amittere.

In l. *de ſpecificorum remediorum cum philoſophia corpuſculari concordia, & de utilitate ſimplicium medicamentorum* Anglice Lond. 1685. 8. Latine ib. 1686. 4. *. Genev. 1687. 4. Gallice vertente D. ROSTAGNI Lion 1689. 12. d'ETR. 1688. 12. FALC. Dari utique medicamenta ſpecifica oſtendit, vel unico exemplo cantharidum, quarum

quarum maxima in veſicam urinariam eſt efficacia; neque ulla alibi. Ut poſſit eorum auxiliorum actio exponi: diſpellere materiem morbi per poros inſenſibiles. Poſſe etiam, ut ſales ſolent, medicamenta ſpecifica certas particulas domare, ut in exemplo acorem frangere, ut alcalia ſolent, aut de ſanguine noxium aliquem humorem præcipitare, aut morbi materiem ita diſponere, ut facilius ſubigatur, aut cum eo in neutram aliquam qualitatem tranſire. Ubique exempla producit.

In *altera diſſ.* oſtendit uſu ſimplicium medicamentorum efficaciam certius prævideri, certius confirmari. Oleum terebinthinæ in hæmorrhagia multum laudat; in gangræna compeſcenda ſaccharum ſaturni; in morbis pulmonum hederam terreſtrem, in ſcrofulis paronychiam foliis rutaceis: ſaponis in ictero, & ad urinam ſanguinolentam. Pronior in recipiendas has vires fuit, ut etiam lapidem de colubre ad viperarum morſum valere putet, & ungulas alcis geſtatas ad ſpaſmos. Gummi arabicum ad dyſuriam ſanandam aliquid poſſe facilius credas, etſi in me ipſo ſucceſſu caruit. Sulfure vitrioli diuturnam agrypniam ſuperavit.

Cum Ej. *final cauſes of the natural things* Lond. 1686, 4.*. quatuordecim prodierunt adnotationes de viſu varie vitiato, duplici &c. quarum rariores ſunt hiſtoriæ. De oculorum in ſubterraneo carcere mirifice acuto ſenſu. Ante cataractam viſum ſæpe duplicem eſſe, & cum vera imagine alteram obſcuram percipi.

Ej. *medicina hydroſtatica or hydroſtatiks applied to the materia medica* Lond. 1690, 8. *. Non valde ad rem noſtram facit, etſi pondera ſpecifica bilancis hydroſtaticæ eo tempore novæ auxilio detegere ſtuduit. Pro bolorum & terrarum vi medica pugnat. Varios medicos erraſſe in ratione ſpecifici ponderis.

Ej. *experiments and obſervations on ſeveral ſubjeets relative to natural phyloſophy* Lond. 1690. 12. 1718. 12. Curationes morborum per medicamenta chemica ſublatorum. Ens veneris in febre epidemica Dublinenſi adverſus ſubſultum tendinum bono eventu adhibitum eſſe.

Ej. libello *on the great effect of languid and unheeded motion* adjecta eſt diſſertatio *on the cauſes of the ſalubrity and inſalubrity of the air.* Aeris inſalubritatem eſſe ab exhalationibus ſubterraneorum corporum, nam mineras etiam terra ſepultas effluvia ſua in atmoſphæram didere. Arſenicalem magnetem adverſus peſtem laudat.

Ej. *general hiſtory of the air* 1692. 4. *.

Ej. *medicinal experiments, or a collection of choice and ſafe remedies the moſt part ſimple* Lond. 1696. 12. 3 vol. *. 1731. 12. 1743. 8. Germanice Leipz. 1692. 12. 1704. 8., & alias. Secundum morbos formulæ ſunt auxiliorum. Nolles hunc libellum ſummo viro excidiſſe, in quo certe innumera continentur, nullo fundamento nixa: ut cineres fimi porcini in dyſenteria; marcaſita adverſus

veſicæ

veſicæ dolores etiam a calculo natos, ſenecionis ad febres intermittentes; amuleti mechoacannæ ad crampum, ſtercoris humani ſicci ad initia cataractæ, geranii columbini ad hernias, euphraſiæ ad viſum debilem.

Operum omnium editio imperfecta Genevæ prodiit 1671. & 1704., de quarum editione priori BOYLEUS conqueritur (*a*). Compendium Londini dedit BOULTON, & aliud plenius PETRUS SHAW 1725. 4. 3 vol. Nuper ſplendida editio fol. 3 vol. prodiit Londin. 1744. B. B. cum fuſiſſima auctoris hiſtoria.

In *philoſophicis tranſactionibus* aliquæ ſunt ſummi viri diſſertationes.

N. 22. de transfuſione quæſtiones, ad LOWERUM datæ, acuti judicii plenæ.

Apud BIRCH a. 1664. T. I. p. 509. experimentum ſuum recenſet, quo uno nervo phrenico abrupto animal laboret, utroque rupto ſubito pereat.

EJ. experimenta infuſoria.

Ap. BIRCH. II. a. 1666. opium in venas injectum continuo ſuum effectum edere.

Iterum a. 1669. de morte a deglutito, & inteſtini particulam replente atque vitiante hydrargyro, quod funeſtum in volvulo tentamen fuit.

ID. in n. 62. Experimenta facta in ſpatio aëre vacuato. Piſces ſolent intumeſcere, tum viperæ: deinde aërem emittunt & detumeſcunt, ſed iterato tument, & denique pereunt. Rana perinde tumeſcit, & mortuæ ſimilis adparet, ſed tamen convaleſcit aëre reddito, diuque vim ſpatii aëre vacui eludit. Catellus modo natus, cum mortuus videretur, reddito aëre convaluit. Piſces non facile pereunt. Sub aquam merſa fringilla intra dimidium horæ minutum interiit, tum paſſer, & muſculus. Anas ſubmerſus aërem de roſtro reddidit, & de pulmone aquam, periit idem intra ſextum minutum: alias intra quartum.

Ib. n. 63. Aërem nom omnino exhauſtum, valde tamen rarefactum, animalia ferre ſolent, & reddito aëre reviviſcere. Aër ad reſpirationem ineptus redditus tamen vim prementem conſervat. Inſecta in ſpatio inani alia ita perire videntur ut reviviſcant, alia irrevocabili morte exſtinguuntur.

EJ. Phil. Tranſ. n. 107. de laudano ſenioris HELMONTII, & de junioris laudano. FRANCISCI arcanum, fit opio cum ſucco cydoniorum fermentato, inde poſt decennium infuſo cum cinnamomo, moſchata nuce & caryophyllis, poſt aliquot dies percolato, in extractum ſpiſſato, Doſis eſt 4 ad 10 guttas. Hanc præparationem præfert vir nob. equám arcanam J. BAPTISTA pater reliquit.

(a) *Phil. Tranſ.* n. 130.

DCCIII. Olaus Borrichius.

Vel Borch, Ripenſis ex Jutia, vir ingenio valens, in chemiam propenſior, tantum ex arte ſua confecit lucri, ut collegium medicum proprium cum ſtipendiis pro pauperibus ſtudioſis, reditibus donare moriens potuerit.

Primum, dum peregrinabatur, in epiſtolis ad præceptorem T. Bartholinum ſolebat, quæ nova mererentur, cum eo communicare. Eæ epiſtolæ ex doctiſſimis ſunt earum, quas collectas Bartholinus edidit. In *Centuria* III. quæ Hafniæ prodiit 1661. 8. *. cadaverum aliquot inciſiones habet.

In ep. 85. calculos felleos 90 dicit.

In *ep.* 97. Ureterem obſtructum, plenum duabus aquæ libris.

In *Cent.* IV. ep. 17. Febris intermittens ſanata mercurio præcipitato, ad ſcrupulum unum intus ſumto. Mercurio Arabes ad ulcera fætida oris, ad tineas, uſos: idem auxilium a Gordonio & Argellata ad luem veneream primum translatum, & a J. de Vigo deſcriptum fuiſſe.

Ep. 76. Calculus aqua calcis ſolutus, ante nuperos, proprio experimento.

Ep. 92, Aurum potabile ſibi apud Jeſuitas oſtenſum fuiſſe. Femina barbata. Opio in venas infuſo canem ſoporem paſſum, mirifice inde obeſum factum. Ab inteſtino in inteſtinum ſuſcepto volvulus. Aurum fulminans ſummum in hæmorrhoidibus ulceroſis remedium eſſe. Cæcitas diuturna, mercuriali ſternutamento ſublata.

Poſtquam in litem veniſſet cum Hermanno Conringio, chemiæ oſore, duobus ſcriptis contra doctum virum, ſed qui aliquo jam tempore alia ad ſtudia traſiiſſet, animoſus inſurrexit. Prius, brevius, *de ortu & progreſſu chemiæ* Hafn. 1668 4.*. Alterum multo uberius, *Hermetis Ægyptiorum & chemicorum ſapientia ab* H Conringo *vindicata* Hafn. 1674.*. Doctiſſimum opus, eo ditius, quod ex nupero itinere auctor codices MS. Ægyptiorum chryſopojeticos legiſſet, ſibique notiſſimos reddidiſſet. Nimis equidem res Ægyptiorum noſter ornavit, cæterum cauſam ſuam optime oravit. Perſuaſus ſe lapidem philoſophorum vidiſſe, & veterum de arte chryſopoietica monumenta defendit, & Paracelsi. Ut Ægyptios Conringius depreſſerat, ſic Borrichius Aristotelem, quem ille impenſius venerabatur. Non placebit æquo lectori, doctum virum ſpuriis manifeſto ſcriptis Hermeti, & Democrito tributis tanquam veris, deinde nuperioribus poſt Christum natum editis Ægyptiorum ſcriptis, ut perantiquis uti. Multa etiam experimenta chemica non auſim pro veris recipere: doctiſſimum tamen opus cum plurima voluptate legi, quo omnia recte & ſagaciter conjuncta reperias, quæ pro Ægyptiorum peritia chemica & medica dici poſſunt; de Hermete etiam potiſſimum. Plantarum cognitionem Ægyptiis non mediocrem fuiſſe oſtendit, etiam medicatarum, & potentiſſimum nepenthes non alibi notum. Sed Ægyptum ſalibus etiam & aliis medi-

medicamentis mineriſque abundaſſe. Sacerdotes Ægyptios artem medicam inveniſſe; diæteticam accurate perſpexiſſe, neque chemica medicamenta ignoraſſe. Incubationem in Ægypto natam eſſe. Medicinæ partes omnes ab Ægyptiis ad Græcos veniſſe.

L. II. pro Alchemia. PARACELSUM theoriam nimium immutaſſe. Librum HIPP. de veteri medicina tamen genuinum eſſe. A CONRINGIO PARACELSO injuriam fieri. Utique in pharmacis metallicis potentiores vires eſſe, non ideo draſticis, & aurum facile ſolvi, ut nulla corroſio accedat. Non eſſe neceſſe, medicamentum a natura ſuperari. Pro gemmarum vi medica, pro utilitate calcium abſorbentium. Olea ex animalibus parata penetrabiliora eſſe, & epilepſiæ reſiſtere. Sales volatiles eſſe efficaciſſimos. Sales plantarum dudum notos, a PARACELSO uberius fuiſſe expoſitos; iisdem ſpiritum ineſſe, antequam ad ignem transferas. Plantis Paracelſicos perinde uti: dari & Galenica draſtica. Sales in plantis ante combuſtionem ineſſe. Paracelſi mores excuſat.

EJ. *lingua pharmacopœorum*, *ſ. de accurata vocabulorum in pharmacopoliis uſitatorum pronuntiatione* Hafn. 1670. 4. *. Loca antiquorum collecta.

EJ. *de uſu plantarum indigenarum in medicina & de clyſſo plantarum & theæ ſpecifico enchiridion* ib. 1688. 8. *. 1690. 4. Ad quemque morbum, ad quamque claſſem virium medicatarum, catalogus plantarum indigenarum. Laudat aquam ſtillatitiam, quam in balneo mariæ correctam cum reſiduo ſiccato exprimit. Formulæ infuſorum theam æmulantium.

EJ. *chemicorum illuſtrium libellus poſthumus cum vita auctoris* ib. 1697. 4. *. & 1696. Hiſtoria potiſſimum chronologica alchemiſtarum.

EJ. *Diſſertationes*, *ſ. orationes academicæ*. Edidit SEVERINUS LINTRUP ib. 1715. 8. *. Huc pertinet oratio V. *de venenis* eorumque viribus medicatis, etiam cicutæ. De PANCIROLI deperditis. De contagio morborum & vitiorum. In l. de *qualitatibus occultis*, hellebori globulum in fonticulum brachii immiſſum, vidit vehementer purgaſſe.

Addidit vitam viri PAULUS VINDING.

Diſputationes ejus non pauciſſimæ exſtant.

EJ. *de ſcorbuto* 1671. 4. *.

EJ. *de malo hypochondriaco* R. PAULO BRAND 1676. 4. *.

EJ. & CHRISTIANI *de ictero* Hafn. 1677. 4. *.

EJ. & H. ETMULLER *de hæmorrhagia* Hafn. 1682. 4.

EJ. *de ſomno & ſomniferis maxime papaveraceis* Hafn. 1682. 4. HEF. 1683. 4. *. Antiquitates papaveris. Analyſis: vim opii eſſe in temperandis motubus animalibus.

EJ. *de menſium defectu* Hafn. 1684. 4. PL.

Ej. *de lapidum generatione* Ferrara 1687. 12.

Ej. *de uſu plantarum indigenarum in medicina* 1690. 4. *.

Ej. *de morbis ſoporoſis, comate ſomnolento, lethargo, caro & apoplexia ex intemperie craſſa & frigida oriundis* abſque a.

In *Actis Hafnienſibus* TH. BARTHOLINI multi ſunt libelli BORRICHIANI.

In act. Hafn. vol. I. obſ. 68. In tabido pulſus dexteræ manus bonus, malus ſiniſtræ.

Obſ. 70. Poſt petechias in tabida, ſudor atramenti atrore.

Obſ. 71. Poſt aphoniam quatuor annorum per iram recuperata loquela.

Obſ. 73. ſingultus in formoſa virgine periodicus.

Obſ. 74. obeſitas nimia, hydrargyro diſcuſſa & mota ſaliva.

Obſ. 75. decocto lignorum hydrops ſanatus.

Obſ. 76. aqua mercuriali illitæ fauces fecerunt cæcitatem.

Obſ. 89. hydrops abdominis, pectoris, pericardii. Lien prægrandis, cor exeſum.

Obſ. 91. diarrhœa bilioſa. Pulmo purulentus, hepar profunde cæruleum.

Obſ. 95. in puero hepar duriſſimum, plenum abſceſſibus.

Obſ. 98. in pedibus hydropicis celluloſa tela aqua ebria, & glandulæ pedum parum notæ.

Obſ. 134. DANIELIS PROTTENII ſpiritus antiſcorbuticus.

Vol. II. obſ. 47. de lumbricis cucurbitinis & tænia. Puncta in iſta adnotavit, & in iis liquorem. Idem æger intra annum ad 800 ulnas tæniæ dejecit. In alio adnotavit puncta lateralia alterna. Inde bulimus, amaris ſuperatus.

Obſ. 57. febris lipyria, ut putat, ex uſu uberiori fructuum fagi.

Obſ. 63. aque betæ ſucco pro errhino adhibito maxima intumeſcentia capitis cum ſummo dolore.

Obſ. 64. & cruenta urina ab adſumta aloe.

Obſ. 75. Pro tuto uſu ſalium volatilium. Negat omnes ejuſdem eſſe indolis, & ſalem volatilem cornu cervi non eadem putat præſtare quæ ſal volatilis cranii.

Obſ. 77. a vena fluentibus menſibus ſecta cancri metus, & demum mors ipſa.

Obſ. 78. a retentis menſibus memoria conſtanter abolita.

Obſ.

Obſ. 79. ex hauſto hydrargyri fumo, cardialgia, vertigo, aſphyxia pene perfecta.

Obſ. 80. viſus duplex in femina morbis exhauſta, & morti proxima.

Obſ. 84. omenti glandulæ ſcirrhoſæ, purulentæ, inde hydrops.

Ann. III. obſ. 34. in febre maligna diabetes.

Obſ. 36. retrocedentes variolæ quatuor veſicatoriis revocatæ.

Obſ. 37. febris vaga inverſo ordine a calore incipiens, in frigus deſinens.

Obſ. 38. a læto nuntio percepto calculoſus extemplo lapillum edidit.

Obſ. 39. ab repudiato amore paralyſis, epilepſia, fatua oblivio.

Obſ. 40. & in viro & in femina de pudendis crepitus.

Obſ. 41. teſticulus ſcirrhoſus & purulentus, in vehemente lapſu adflictus, integre ſanatus.

Obſ. 42. veſicatoriis os diſtortum reſtitutum.

Obſ. 44. in febre maligna veſicatoria phlegmaticis proſunt, bilioſis nocent.

Obſ. 45. Stypticum BOUDETI non curat, niſi quod contingit, hinc hæmorrhagiam narium non ſupprimit.

Obſ. 46. gravida per quadraginta menſes flatus peperit, & convaluit.

Obſ. 49. apoplexiæ ſuperveniens ſalutari eventu abſceſſus in femore.

Obſ. 52. ex febre catochus.

Ann IV. obſ. 43. Reduci ex India ſupprimitur urina, ſtupor in crus & pedem tranſit, dolor ſummus in pectoris muſculis ſævit, demum unius auris paralyſis, deinde & alterius accedit, alvus pene ad omnes ſtimulos ſurda denique reſpondet, neque urina voluntatem exſpectabat: ægrum empiricæ ſe credentem mulieri mors abripuit.

Obſ. 45. melancholica ſtipulas carpens & plumulas; difficillima ei alvus, niſi a tripla pharmaci doſi.

Obſ. 46. ex inguinis abſceſſu lumbrici. Os de pulmone rejectum & calculi; abſceſſus in ſede hepatis, ex quo lapilli fellei in femina orthoſtadia.

Obſ. 53. in febre maligna urina ſanæ ſimilis, bono equidem morbi eventu.

Obſ. 59. in podagra a ſolo ſudore levamen: cum ſpiritu nitri fervente.

Obſ. 60. abſque alio malo femina octavo vel nono demum die alvum liberans.

Obſ. 61. febres malignas in ſeptentrione ac in hiberno frigore non mitigari.

Obſ. 65. menſæ innixus marmoreæ in arthritidem incidit.

Obſ. 69. hydropica lac, in quo lavabat, ſudore ſuo coagulavit.

Obſ. 70. ſphacelus digitorum anno 36. ætatis ſuperveniens in patre inque filio.

Obſ. 72. in ſcorbutica ſputum dulce.

Obſ. 73. a terrore: a venæ ſectione oblivio. A catarctico priapiſmus.

Obſ. 80. Cantharidum analyſis, in iis ſal volatilis, plus adhuc olei craſſi, nihil acidum, ſalis fixi tantillum.

Ann. V. obſ. 38. Urina omnino viridis abſque cupri ſuſpicione.

Obſ. 40. imaginaria putredo & fætor perceptus.

Obſ. 41. urina profuſa in petechiali febre critice.

Obſ. 42. mirifica conjunctio diabetis cum dyſenteria.

Obſ. 43. qui in dyſenteria ex doloribus lancinantibus urethræ & teſtium dignoſcebat, ſanguinem ſibi deceſſurum.

Obſ. 44. Ulcera cruenta contagioſa.

Obſ. 49. ex imaginatione alvus fluxa, & in obſ. 50 ſpe procurata magna ſymptomata ſuppreſſa, aliique imaginationis effectus.

Obſ. 52. ab hydrargyro utrique carpo alligato mors ſubita. Alius æger a mercurio vitæ ſurſum & deorſum purgatus, periit pulſu prius deſtructo.

Obſ. 53. deliria a calculi aculeis veſicæ impactis.

Obſ. 54. Tertianæ frequens in quartanam degeneratio.

Obſ. 55. a temeraria doſi veratri propinata oculorum convulſio, ut inverterentur, & bulbus oculis ſolus conſpici poſſet. Eam oculi inverſionem in convulſione hyſterica ipſe vidi.

Obſ. 58. cum ob alvum pertinaciter ſtrictam glandes ſuppoſitæ fuiſſent, oleo diu colocynthi oblinitæ, demum duriſſimæ & fragiles fæces deceſſerunt.

Obſ. 60. apoplecticæ triſte delirium, ut ſe mortuam eſſe perſuaderetur: & id delirium diu ſupereſſet.

Obſ. 61. roſſalia, exanthema morbillorum adfine, ut latis ſcabris maculis cutis varia ſit, quæ in ſquamas ſolvuntur.

Obſ. 62. cephalæa immanis ſuperata frigida impoſita, & ſubinde renovata. Pariſiis frequenter eo in caſu arteriam ſecari.

Obſ. 63. adverſus initia ſuffuſonis oleum de linteo uſto ferro imbuto.

Obſ. 64. in hæmorrhoidibus tamen alvum duci poſſe.

Obſ. 65. Poſt faſtidia vomitus, dolores, calculi argilloſi, fellei, de alvo egeſti.

Obſ. 66. quartana diuturna: cum ſopita videretur, uſu hydrargyri & ſalivatione mota ſuſcitata eſt. Noſter corticem perſuadebat, novum auxilium.

Obſ. 67. Puer rudis, memoria pene deſtitutus, ſubnata febre ante mortem ad ſanæ mentis uſum rediit.

Obſ. 68. epilepſiæ nulla cauſa in cadavere reperta.

Obſ. 70. qui ſarcocele laborabat, urinas reddebat frigidas, & tunc convaluit. Alius vermes cum lotio reddebat lumbricis minores. Nigricans lotium abſque magno malo.

Obſ. 71. cui ob plethoram vena ſecabatur, ea maniaca periit.

Obſ. 72. ebrietas vena ſecta ſubito ſedata.

Obſ. 74. menſtruus ſanguis per nares bonis cum ægri rebus redditus, etiam per gingivas: & maculæ in brachio menſium vicariæ. Vaſculum erat ſanguineum dilatatum ſanguinem effundens.

Obſ. 75. Infans abſque variolis ex matre varioloſa.

Obſ. 77. Tumor frontis inſignis a cauterio ſiccato.

Obſ. 79. Incurvationem cartilaginis enſiformis ter vidit, unde difficilis ſpiritus: emetica proderant, neque malum funeſtum fuit.

Obſ. 80. Moxa in arthritide eadem facit, quæ alia veſicatoria.

Obſ. 84. Memorabilia itineris gallici. Arelate medicos ſua pharmaca, etiam purgantia glacie refrigerata dare. Maſſiliæ loco unius noſodochii plures ædes ad infectos recipiendos exſtructas eſſe.

Obſ. 86. a ſebi odore & vapore aſthma periculoſiſſimum.

Obſ. 87. Scorbuticus, ſed cætera ſanus, maculoſus. In eo demum plenus ſtupor. Supinus melius reſpirabat: demum cauterio ad occiput inuſto, & cucurbitulis aliiſque auxiliis levatus, ex hydrope periit.

Obſ. 124. de opio: ſed eadem in diſſ. *de ſomniferis* exſtant.

In Eph. Cur. Dec. I. ann. II.

Obſ. 168. Plumbi globuli per urinam excreti: idem æger ab ejuſmodi plumbo enectus.

Ann. III. obſ. 237. ſaliva dulcis cum linguæ ulcuſculis.

Obſ. 238. fabris intermittens tertiana curata lagenis aquæ calidæ admotis.

§. DCCIV. Varii.

Lucas *de* Gongora profeſſor Univerſitatis Oſcanæ, *Opuſculo medico che reſponde a las inſtancias que contra ſu parecer medico philoſophico ha hecho el* D. Gonsalo *de* Aguilar Sevilla 1661. 4. C. de V.

Jeronimo Pardo *tratado del vino aguado y agua avinada* Valladol. 1661. 4. Hansen conſ. p. 690. T. II.

Gabriel

GABRIEL *de* CASTAIGNE *œuvres taut médicinales que chymiques en* 4 *traités* Paris 1661. 8. CARLSON d'ETR.

FLACOURT *hiſtoire de la grande île de Madagaſcar* Troyes 1661. 4. *. Ombiaſſes, indigenæ medici, aſtrologi, horas adgnoſcunt certis planetis ſubjectas: lunæque effectus medicos, ex arabum, ut puto, ſcholis. Catalogus morborum in lingua Madagaſcariana. Habent etiam librum ALI MARINI *de morbis* & *l. de vulneribus*, *morbis capitis*, *febribus.* Venena varia, inter ea araneus niger, frigus & rigorem morſu ciens.

J. SPAENHOLZ Hungarus, teſte Cl. viro STEPHANO WESZPREMI, verus auctor eſt libri, qui cum hoc titulo prodiit; FRIDER. MULLER *v.* LÖWENSTEIN *Lexicon Galenico chymico pharmaceuticum*, *oder gründliche Erklärung* 18000 *medicinischer Nahmen* Francf. 1661. fol.

IDEM SPAENHOLZ ſcripſit *umbram redivivi* ZWELFERI, *ſ. reſponſionem ad apologiam* R. SMUTZII *contra* ZWELFERUM Francof. 1671. 8. &

EJ. vero MULLERI ſive PHILONIS NASTURTII eſt *poſtſcriptum apologeticum* 1673. 8.

EJ. *eilfertiges Gutachten über die Attentata und ärgerliche Defenſionsſchrift eines* RAPH. SCHMUZ, *ſo er aufgericht*, *zu Hohn u. Schimpf* J. ZWELFERS, *nebſt Erinnerung an den in arte pharmaceutica ſeicht gelehrten* L. SCHROECKIUM Lucæ fil. 1673. 8. TR.

EJ MULLERI *Exorciſmus medicus manium*, *larvarum & maleferiatorum ſpirituum Zwelferianorum* Norib. 1673. 8. TR.

TOBIÆ HEINSII *conſilium antidyſentericum*, *oder Beſchreibung von der epidemiſchen rohten Ruhr* Görliz u. Zittau 1661, 12. TR.

Privilegium über JUST. CHRISTIAN *von* LUNIG (niſi nomen malum eſt) *præparirte und approbirte Steintinctur* 1661. 4.

CHRISTOPHORI SCHORER *wie man ſich vor dem Schlag bewahren ſolle* Ulm 1661. 8. 1662. 8. 1665. 8.

EJ. *vom Schlag oder gewalt Gottes* Ulm. 1665. 8.

EJ. *von der Peſt* Ulm 1666. 12. 1667. 8.

EJ. *wie man ſich vor der Peſt bewahren ſoll* Ulm 1666. 4. HUTH.

EJ. *Bedenken von dem aufnehmen der Medicin* Ulm 1669. 8.

EJ. *Regeln der Geſundheit erſter Theil* Ulm 1668. 12. 1677. 12.

EJ. *medicina peregrinantium*, *oder Arzney der Reiſenden* Augſp. 1663. 8. TR. 1667. 12. 1677. 12. 1697. 12.

EJ.

Ej. *Bericht vom Nuzen und Gebrauch der Fontanellen* Augsb. 1664. 8. 1671. 8. *. Loci auctorum, qui & ipſi fontium inuſtum utilitatem commendant.

Ej. *Regeln der Geſundheit mit dem zweiten Theil, Arzney vor Reiſende* Augsp. 1677. 12. duo tomi conjuncti.

Ej. *kurzer Unterricht von der Peſtkrankheit* Francf. 1680. 12.

Ej. *Opuſcula conjuncta* Aug. Vind. 1694. 12.

W. Ramsay *tract on poiſons* Lond. 1661. 8. Osb.

Ej. *Elmintholologia or phyſical obſervations concerning wormes* Lond. 1668. 8. Bodl. Bun.

J. Evelyn *fumifugium or the inconvenience of Londons ſmoke and air diſſipated* Lond. 1661. 4. Hactenus ejus l. *de phyſiognomia* Lond. 1697.

§. DCCV. J. Arnoldi Friderici.

J. Arnoldus Friderici Profeſſor Jenenſis.

Ej. *diſp. de peripneumonia* Altdorf. 1661. 4. Riv.

Ej. *de cauſo ſ. febre ardente* Jen. 1661. 4. He.

Ej. *de adfectus hypochondriaci genuina indole cauſis & remediis* Jen. 1662. 4. He.

Ej. *de abortu* Jen. 1662. 4. Haen.

Ej. *Ordo & methodus cognoſcendi & per curationem præſervandi abortum* Jen. 1664. 4. Pl.

Ej. *de affectu hypochondriaco* 1664. 4.

Ej. *de dyſtocia naturali* Jen. 1665. 4. *.

Ej. *de incubo* 1665. 4. Pl.

Ej. *de hæmoptyſi* 1665. 4.

Ej. *de fluore albo mulierum* 1666. 4. Riv.

Ej. *de ileo* 1666. 4. *.

Ej. *de morbo caſtrenſi Hungarico* 1666. 4. *.

Ej. *de hyſteromania* 1666. 4. *.

Ej. *ordo & methodus cognoſcendi & curandi graviſſimum inteſtini tenuioris adfectum ileum* Jen. 1666. 4. Pl.

Ej. *de aſthmate* 1666. 4. He.

Ej. *de peripneumonia* 1666. 4. He.

Ej. *de ſtupore manuum* Jen. 1667. 4. *. Manus inſenſilis reſtituta.

Ej. *de phthiſi* 1667. 4. *.

Ej. *de ſpiritibus ſylveſtribus flatulentis* 1667. He.

Ej. *ſcrutinium hydrocephali ſecundum* διαγνωσιν, προγνωσιν και θεραπειαν 1669. 4. *.

Ej. ὑστερυδροςκασις *ſ. uteri hydrops* 1669. 4. Riv.

Ej. *de vertigine* 1669. 4. Riv.

Ej. *de lethargo* 1669. 4. He.

Ej. *de lienteria* 1670. 4. Riv.

Ej. *de corpulentia nimia* 1670. 4. Menz.

Ej. *de mania ex philtro* 1670. 4. Riv.

Ej. *de convulſione* 1670. 4. *.

Ej. *de melancholia* 1671. 4. He.

Ej. δευτερολογια *ſ. de ſecundarum natura, uſu & noxa* 1671. 4.

Ej. *de tentigine* 1671. 4. *.

Ej. *de cardialgia* 1671. 4. He.

Ej. *de hæmorrhagia uteri menſtrua præternaturalis theoria & therapeutica* 1671. 4. He.

Ej. *de læſione oris ſcorbutica* 1672. 4. Pl. *.

Ej. *de hydrope tympanite* 1672. 4. Riv.

Ej. *de convulſione inferioris maxillæ* 1672. 4. He.

Ej. *de atrophia* 1672. 4. *.

Ej. *de imbecillitate ventriculi* 1672. 4. *.

§. DCCVI.

Disputationes.

Ludov. Goclenius *de febribus* præſ. F. Sylvio Leid. 1661. 4. *.

Ej. *caſus arthritici ejuſdemque cura* Leid 1662. 4. *.

Car. Corbeil *de inflammatione* Leid. 1661. 4. *.

Lucas

LUCAS SCHACHT, inde profeſſoris Leidenſis.

EJ. *diſſ. mulieris artuum contortione ac rigiditate laborantis hiſtoriam & curam deſcribens* Leid. 1661. 4.

In EJ. *obitum oratio funebris* BURCHERI *de* VOLDER Leid. 1689. 4. B. BUN.

EJ. *het medicinale collegie ofte de pratyk der medicynen* Amſterd. 1718. 8. TREW. niſi error ſubeſt.

ROB. SIBBALD *theoria medica de variis tabis ſpeciebus* Leid. 1661. 4. F. SYLVIO. EJUSDEM SIBBALDI ſcripta alias dicentur. Hanc diſputationem putes SYLVII eſſe.

J. COCQ *de hydrope* Leid. 1661. 4. HAEN.

PAULI *a* WESTERVELD *de apoplexia* Leid. 1661. 4. *.

ANDR. BECKER *de pleuritide* Leid. 1661. 4. PL.

PETRUS TECKOP *de motus difficultate adfectioni hyſtericæ juncta* Leid. 1661. 4. *. Caſus & curatio.

J. PETRI *de febre quartana exquiſita intermittente* Utrecht 1661. 4. BUR.

CASP. FELDNER *de ſuffocatione uteri* Altdorf. 1661. 4. HE.

PAULI ROSENHARDT *genannt* GLOKENGIESSER *de atrophia* Altdorf. 1661. 4. *.

VALENTIN MICHAEL *de peripneumonia* Altd. 1661. 4 *.

EJ. *de arte medica adverſus vituperatores* 1661. & 1693. 8. C

JAC. THOMASII viri doctiſſimi *de arte medica progr.* 1661. 4. adverſus artis obtrectatores.

EJ. *de facultate medica quatenus gratioſa* Schneeberg. . . . . . 1734. 4. *.

EJ. *de morte in undis contra* SERVIUM & SYNESIUM Lipſ. 1667. 4. RIV. 1672. 4. MOELL.

GEORG WAGNER & RENGEL *mors mortua i. e. conſideratio mortis* Witteberg 1661. 4. BURCKH.

HIERONYMI ROETEL *de variolis* Gieſſ. 1661. 4. RIV.

HENR. HARMES *de hepatitide* Baſil. 1661. 4. PL.

GALLUS WIRTH *de affectu hypochondriaco* Baſil. 1661. 4. PL.

NIC. EGLINGER *de angina* Baſil. 1661. 4. PL.

J. JAC. WITTIG *prægnans Hippocratis ex Aphor.* V. 29. Baſil. 1661. 4. *.

EJ. *thematica, ſ. hiſtoria ægrotorum exoticorum Claſſ. I.* Erfurt 1662. 4. RIV.

J. Jac. Bauhini & J. Casp. Bauh. *præſ. diaſcepſis diætetica* Baſil. 1661. 4. Scheuchz.

Christoph Wolf *de ſepti tranſverſi inflammatione* Argentor. 1661. 4. He.

Ant. *de* Caen & Car. Brisset *E. natura optima dux vitæ* Pariſ. 1661.

Cl. Tardy & J. B. Ferrant *E. bilioſis purgatio ante cibum* ib. 1661.

J. Forestier & Nic. Robin *E. piſces carnibus ſalubriores* ib. 1661.

Mich. *du* Pont & Car. Brisset *E. ſalubris uſus chocolatæ* ib. 1661.

Ant. Ruffin & J. B. Fillant *E. rabidis mare* ib. 1661.

Petr. *de* Marcenne & Nic. Robin *E. Hippocratica methodus poſteriorum inventis mutari non poteſt* ib. 1661.

Andr. Guyot & Car. Brisset *E. ſcorbutus ab aquarum vitio* Pariſ. 1661.

J. Garbe & Jac. *le* Menestrel *Non E. divites tutius & citius a morbis curantur* Pariſ. 1661.

§. DCCVII. Laurentius Bellinus.

Aretinus, Redi diſcipulus & Borelli, profeſſor Piſanus, archiater, vir mathematum peritus, & orator, & poeta, & muſicus, medicus aliquamdiu etiam principis ſui, jatromathematicus ex primis, medica ipſa ex aliis ſumſit ſcriptoribus, etiam potiſſimum ex Sennerto: rerum miracula amans augere, dictione uſus eſt pompoſa & magnifica, in ipſo artis opere infelix (*a*), ut denique & publicam fidem amiſerit, & principis. Acris (non quidem in ſcriptis) in alios, ſui laudator, ex longa infirmitate corporis multa paſſus, infelicem vitam vixit, etſi ejus fama apud exteros maxima erat: denique ex colica inopinato interiit, cum enim obeſum corpus pro humore morboſo effuſo haberet, & inedia vellet eum humorem expurgare, ſanguinem vomuit (*b*) & per ſeceſſum edidit, inque cadavere vaſa ventriculi corrupta, & abſceſſus in ventriculo adparuit. Vitam etiam Fabronius, eamque ſincero ſtylo ſcripſit; habet & vitam nummoſque ei dicatos Cl. Moehsen.

Ej. princeps opus fuit *de urinis & pulſibus. De miſſione ſanguinis. De morbis capitis & pectoris opus* Bonon. 1683. 4. Francof. Lipſ. 1685. 4. adornante Bohnio, Leid. 1717. 4. *. cum Boerhaavii commendatrice præfatione. Pluſcula ſunt opuſcula. Præmittit lemmata phyſiologica, quibus nititur, de motu cordis, ſanguinis, reſpiratione.

Deinde

(a) *Phil. Tranſ.* n. 334. Fabroni &c.
(b) Quirini *vita* 35.

Deinde *de urinis*; Colores lotii naſci a determinata aquæ portione, ut ſola parte aquæ abacta lotium ſani hominis febrili urinæ ſimillimum reddatur, & viciſſim urina febrilis naturalis urinæ faciem adjecta aqua recuperet. Lapidem vidit venis coronariis adnatum, qua dextrum a ſiniſtro ventriculo dirimunt. Filos urinæ eſſe villos filiformes renum ipſorum (ex muco potius urethrico conſiſtunt, qualia fila poſt gonorrhœam fere in lotio abundant). Cæterum ex ſuis principiis in HIPPOCRATICA præſagia commentatur.

Pulſus theoria phyſiologica. Prognoſtica: pulſum fallere, ſi ſolum conſideraveris. Species pulſuum perpaucas facit.

EJ. *de ſanguinis miſſione* libellus celeberrimus, quo ingenioſa theoria continetur, quæ diu regnavit, donec a chirurgis gallis impugnata quidem, a nobis hactenus per experimenta conſtituta fuit, ut BELLINUM pleraque vera dixiſſe adpareat, tantum ut derivatio, quæ vere locum habet, in proxima tantum vaſa, dum ſanguis de vulnere fluit, imperium exerceat, & revulſio perinde remotiora vaſa vix mutet. Recte vero vidit vir Cl. ſanguinem in arterias artus alicujus velocius irruere, cujus ſodalem venam pertuderis. Non perinde credas, clauſa vena ſanguinis celeritatem per vaſa libera augeri: certe ad minuendam ſanguinis celeritatem medici venam ſecant, non ad augendam. Ipſe quidem venæ ſectionem plerumque minuere quantitatem ſanguinis, velocitatem augere docet, ut tamen refrigeret & humectet. Poſſe tamen fieri ut calefaciat, avulſa parte ſanguinis, quæ in capillaribus vaſis hærebat, & communi ſanguinis maſſæ reddita, ſic cruoris copia aucta. Cæterum de ſtimulis hic etiam agit, quos fere ad celeritatem auctam refert. Balneorum effectus æſtimatus ex preſſione aquæ in vaſa, quæ ea vaſa anguſtat, & contenta dimovet.

EJ. *de febribus libellus*, Anglice *mechanical account of fevers* Lond 1720. 8. OSB. Mechanice interpretatur, ut febres intermittentes a lentore naſcantur, qui in ſanguine ſubortus arteriolas capillares obſtruat: obſtructa vero parte vaſorum, per reliqua libera ſanguis celerius fluat, cum plus nunc ſanguinis in minori vaſorum ſyſtemate circumeat. Hanc partem theoriæ FRANCISCUS *de* SAUVAGES ſibi refutandam ſumſit. Aliæ febres.

De morbis capitis. Expoſitio mechanica vertiginis. Convulſio. *Morborum pectoris* cauſæ pluſculæ, ex anatome ſumtæ. Signa fere ex veteribus. Lapidis in corde, & calculorum pulmonalis arteriæ exempla. Hic Cl. viri labor uſu non caret.

EJ. *opuſcula aliqua ad* A. PITCARNIUM Piſtorii 1695. 4. *. Leid. 1696. 4. 1714. 4. *. 1717. 4. Huic libellorum collectioni potiſſimum contortuplicatum & anxium calamum adhibuit: ſæpe ea ut demonſtret, quæ nulla demonſtratione egebant. Pleraque phyſiologica ſunt. Huc tamen forte revoces, quæ de villo contractili habet, cujus modum mechanicum, per alternas ſeries parallelogrammatum in flexione de ſitu motorum exponit, tum de ſtimulis breviora, brevia

etiam tradit de ſanguinis miſſione. In præfatione quemdam ſuum morbum deſcribit, ex podagra natum, cum corniculo dirum acutiſſimi ſenſus, de oſſe tibiæ carioſo ſubnaſcente, quod uri & ſecari neceſſe fuerit.

Ej. *diſcorſi d'anatomia* a COCCHIO editi Florent. 1742. 8. *. Tomus II. 1746. 8. T. III. 1746. 8. Huc faciunt ob vitam viri & morbi funeſti mortiſque hiſtoriam. Poetica dictio. In *Academia* della *Cruſca* prælectos ſermones non ſerii eſſe ſcopi amici fatentur, qui ſentiant pompoſam vocum amplificationem conſtante viro minus dignam eſſe.

In epiſtola ad LANCISIUM poſcam ad podagram feliciter adhibitam laudat.

Prodiit etiam ſeorſim *relazione d'un certo authore della malattia e morte di* LORENZO BELLINI *con due inſcriptioni ſepulcrale* Firenz. 1741. 8.

Opera omnia prodierunt Venet. 1708. 4. 1720. 4. 1730. 4. SMITH. 1747. 4. 3 vol.

Codices MS. ineditos reliquit, a FABRONIO recenſos.

§. DCCVIII. J. D. MAIOR.

Vratislavienſis, Profeſſor Kilonienſis, ad nova tentanda aptus, ut nihil quidquam perficeret, denique ad curandam Reginam in Sueciam vocatus, cum illuſtris ill. ſanari non potuiſſet, ab aulica femina vitreo adamante ſoſtri loco donatus, præ mœrore interiit.

Jam a. 1657. præſide MARCO BANZER *de controverſiis medico miſcellaneis decadibus ſex* diſputavit Wittebergæ. Sed ea diſputatio præſidis opus fuerit.

Ej. *hiſtoria anatomica calculorum inſolentioris figuræ, magnitudinis ac molis, in renibus* SPERLINGII *repertorum* Lipſ. 1662. 4. *. Juvenis minime malum opus; collectio nempe calculorum tum urinalium, tum in aquis conſiſtentium. Poſt iſchuriam undecim dierum optimus SPERLINGIUS obierat, eum noſter incidit. Renes calculis pleni, inter eos, qui drachmas quinque ponderabat, pelvem totum replebat.

Ej. *de oraculis medicinæ ergo quæſitis & votivis convaleſcentium tabellis* Witteberg 1663. 4. HE.

Ej. *prodromus inventæ a ſe chirurgiæ infuſoriæ, ſ. quo pacto agonizantes aliquamdiu ſervari poſſint infuſo in venam ſectam peculiari liquore* Lipſ. 1664. 8 *. Frf. 1665. 12. *. Nimis præceps in edendo libello fuit, cum nullum rei experimentum ipſe cepiſſet, & fateatur, CASPARUM SCHOTTUM aliqua tamen experimenta habere.

In *deliciis* tamen *Hibernis* Kiel 1669. f. *. experimenta citat, & ſua jura in id inventum adverſus TIMOTHEUM CLARKE defendit. *De transplantatione morborum.*

Ej.

EJ. *Chirurgia infuſoria placidis Cl. virorum dubiis impugnata, cum modeſta ad eadem reſponſione* Kiel 1667. 4. *. Præfatio continet encheireſes, ut in vaſa liquor medicatus injiciatur. Collectio opuſculorum. Primum prodromus ipſe recuſus. Epiſtolæ Cl. virorum chirurgiam infuſoriam aut laudantium, aut vituperantium, pleræque humanitatis potius cauſa ſcriptæ, quam eo fine, ut de firmitate novi ſive inventi, ſive conſilii, anquiratur. Aliquanto tamen plenior eſt epiſtola C. MARCHII, alia C. F. GARMANNI. Inde dubia ab ipſo MAJORE in tabulas redacta. Ad ea reſponſio. Non impedire fixum cuique vitæ terminum, neque funeſtum exitum ſuadenti medico poſſe imputari. Non certam ſpem eſſe, effectum ſalubrem ſecuturum. Rationi ſæpe credendum, etſi experientia nondum teſtimonium ſuum addidit. Tubulus ad infuſionem. Effectum injecti liquoris prævideri non poſſe, cum alius ſit aliuſque uti modico cum ſanguine ſuſcipiatur, aut cum uberiori. Coloris in ſanguine mutationes ab admiſtis variis liquoribus. Cum objiciatur, non poſſe a brutorum experimento ad hominem concluſionem tranſferri, recte reſpondet, plerumque tamen veterinarios eadem medicamenta ſuadere, quæ veri medici. Ab inciſionibus animalium phyſiologiam fere pendere. Infuſionem nocere poſſe amiſſis cum ſanguine viribus. Recte negat, effectu funeſto noxiam aliquam auram ad cor revocari, neque adeo neceſſario colorem augeri oſtendit, qua occaſione paſſim eventus injectorum liquorum medicatorum colligit, ex FRACASSAT, periculis, aliisque.

EJ. *Diſputatio de febre maligna Kilonienſi* a. 1665. habita, hic indicatur, quæ a meo certe exemplo abeſt.

EJ. *occaſus & regreſſus chirurgiæ infuſoriæ* Gotha 1667. 4. *. & Germanice *Auf und Untergang der neuen Art zu curiren durch Einſprizung in die Vaſa.* Fatetur manum operi ſe non admoviſſe, cæterum jura ſua, tamquam inventoris, contra eos tuetur, qui ELSHOLZIO tribuebant.

EJ. *appendix* cum ſcripto *occaſus & regreſſus chirurgiæ infuſoriæ* 1667. 4. *. Adminiſtratio & neceſſarium inſtrumentum.

EJ. *anatome literato quovis digna medico autem neceſſaria* Kiel 1665. 4. *.

EJ. *collegium medicum curioſum* Kiel 1666. fol. Vix quidquam habet.

EJ. *de fortuna medici* ib. 1666. 4. HAENEL.

EJ. *de dyſenteria* ib. 1666. 4. *.

EJ. *de febre artificiali* 1666. 4.

EJ. *de cancris & ſerpentibus petrefactis* Jen. 1667. 8. *. Aliqua de utilitate carnis viperinæ, pleraque tamen ad rem naturalem pertinent.

EJ. *progr. lectionibus de ſcorbuto privatis præmiſſum* Kiel 1668. 4.

EJ.

Ej. *de chyſteribus veterum & novis* Kiel 1670. 4. *.

Ej. *de moderamine conſpirationis ſummo ac ultimo totius efficacis medicinæ termino* ib. 1671. 4. He.

Ej. *de purpura* ib. 1673. 4.

Ej. *medicinæ biblicæ a ſe duobus voluminibus tabularum edendæ ſummarium* ib. 1672. fol.

Ej. *de uſu & abuſu mercurii in lue venerea* ib. 1673. 4. *. Deſcriptionem morbi Astrucius laudat: cæterum Major lignis utitur, & ad hydrargyrum in deſperato tantum malo confugit. Intervallis interpoſitis oſſa carioſa eximere jubet.

Ej. *de amauroſi* 1673. 4. *. Hydatis maxima ex ventre gallinæ.

Ej. *de tactis fulmine* 1673. 4. He.

Ej *ad locum* Hipp. *l. de affectionibus de interrogandis ægris* 1673. 4. He.

Ej. *memoria* Sachsiana Kiel. 1679 & in E. N. C. Dec. I. ann. IV. V.

Ej. *genius errans ſ. de ingeniorum in ſcientiis abuſu* ib. 1677. 4.

Ej. *de malacia* ib. 1677. 4.

Ej. *medicinæ practicæ tabulæ ſciagraphicæ* XXVII. ib. 1677. 4.

Ej. *medicinæ practicæ tabulæ* 1677. 4.

Ej. *quæſtiones variæ imprimis, de podagra* Kiel 1679. 4.

Ej. *gratulatio ad* Sebastianum Schefferum *cum adhortatione ad* Conringianam *artis medicæ introductionem iterato edendam* Kiel 1679. 4. *. Multus in Hanemannum.

Ej. *de inventis a ſe thermis artificialibus ſuccinatis* Kiel 1680. 4.

Ej. *de motu & ſenſu abolito in affectionibus ſoporoſis* 1680. 4.

Ej. *de petechiis* Kiel 1681. 4. *.

Ej. *Serapis radiatus* ib. 1685. 4.

Ej. *de moribundorum regimine & de recte ferendis vulnerum judiciis* Kiel 1685. 4 He.

Ej. *de atrophia* 1685. 4. He.

Ej. *de ærumnis gigantum in negotio ſanitatis* Kiel. 1676. 4. *. 1689. 4.

Ej. *de catameniorum ſuppreſſione* Kiel. 1693. 4. *.

Ej. *de myrrha, locuſtis, jejunio Chriſti, Chriſto medico, lunaticis, paralyticis & ſale fatuo* Kiel 4. Hæc abſque anno.

In *act. Hafn.* V. obſ. 93. ſuppellectilis balnei artificialis.

Ej. *memoria* in E. N. C. Dec. III.

§. DCCIX.

§. DCCIX. Varii.

Caspar Bravo *de* Sobremonte Ramirez, Archiatri hiſpanici, profeſſoris Valliſoletani, habet Lindenius *Reſolutionum medicarum* editionem Lion 1654. fol. Non ſatis vero hæc certa viſa eſt.

Habet inde Lindenius *Reſolutionum & conſultationum medicarum* tertiam editionem, in qua 1 *phyſiologia*, 2 *pathologia febrium theoriæ & curationis*, 3 *ſanguinis miſſionis*, *purgationis & de ſudore*, 4 *ſanguinis circulationis & artis ſphygmicæ theoria ex* Galeno *& recentioribus*. 5 *Selectæ obſervationes & conſultationes* Lion 1662. f. Colon. 1664. Tom. 3. accedit *tirocinium artis curatricis hominum.*

Ej. tractatus duo priores continent *conſultationes medicas*, alter *tirocinium practicum artis curatricis* Colon. 1671. 4. *. In *Apologetico diſcurſu* medicinam dogmaticam ſupra omnes alias artes extollit; Contemtorum objectiones reſolvit. Apologia aliqua medicamentorum ſpagiricorum contra Riolanum. Nullam eſſe naturalem characterum neque carminum poteſtatem, quæ ſit eorum vis, eam a dæmone eſſe. Impſalmi Hiſpanici carminibus medentes & ſalutari halitu. Propria hic & perſonali facultate medentes utroſque improbat. Quantum artibus liberalibus medicina præſtet. In Plinium. Contra influxum aſtrorum, quem utique, ſed Hippocratico ſenſu, admittit aliquem. De uſu bezoaris dubia. Pro viperis: contra amuleta antifebrilia. De pulveribus de Quarango (peculiare nomen peruviani corticis). Exempla, ut in peſſimis febribus ejus uſus ſaluti fuerit. Pro ſudoriferis in febribus acutis, & in variolis datis. Signorum & prognoſium fallaciæ. Abortum etiam inanimati fetus non licet promovere. Conſultationes. Prima eſt ad morbum, quem noſter pro magico habet. Morbi & mors Philippi IV. dyſuria, calculus, inde urina cruenta & febris ardens. Exemplum cruentationis cadaveris ad præſentiam putatitii occiſoris. Hominis in anno climacterico conſtituti animum noſter erigit, dum demonſtrat, vim ejus anni non adeo certam eſſe, & homines alios eum longe ſuperare, & alios longe citra eum exſtingui. Sectæ medicæ, potiſſimum etiam ſpagirica: ſtibii apologia. In morbis ex vitioſa craſſitie humorum in caput impactorum, vel in apoplexia, hoc auxilium admittit, in febribus cum inflammatione rejicit, multiſque funeſtum fuiſſe oſtendit.

Tirocinium. Habet capita etiam inter conſultationes edita, ut de praxi ſpagiricorum, & de dogmatica praxi. Non debere anxie de ſelectu trium venarum brachii quæri, perinde enim eſſe, & poſſe pro unica vena haberi. Cacochymiæ. Prognoſes. Diætetica. Therapeutica. Catalogus medicamentorum compoſitorum.

Ej. diſputationes tres, quæ conſtituunt *quartum* tomum operum medicinalium Lion 1679. fol. excuſorum, Prima eſt *de vita & morte*, *& de cauſis mortis repentinæ.* Secunda *de membrorum proprietatibus*, *ratione miſcibilium*, *continua fermentatione & putredine.* Tertia *miſcellaneæ reſolutiones* Seg.

J. Jacobi Brunſwicenſis *problemata miſcellanea circa fundamenta medicinæ* phyſiologica 1662. 8. Recentiores conatur cum antiquis conciliare.

Arnoldi Senguerd *diſcurſus de oſtento Dolano* Amſterd. 1662. 12.*. Adjecta eſt hiſtoria fetus Muſſipontani. Ætiologia retenti fetus.

Collectanea de diuturna graviditate Amſt. 1662. 12. prodierunt, collectio, in qua hic ipſe libellus, & *lithopædium* J. Albosii (*Aillebouſt*) & Provancherii redit.

Friderici Moeller medici Brandenburgici *Obſervatio ſingularis & raræ de partu* 173 *dierum vivo*. Cuſtrin. 1662. 12. *. Libellus minime inficetus, etſi ad cauſam minus bonam ornandam ſcriptus videtur. Juvencula ſenis uxor die 173 a nuptiis poſt lapſum pepererat. Nuptias in fecundiſſimum ſignum cecidiſſe.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* V. obſ. 27. ſymptomata hypochondriaca, a lumbricis, his expulſis ſublata.

Exercitatio medica de uſu vini emetici in curatione febrium malignarum, ad mentem Hippocratis Pariſ. 1662. 12. Bur. Auctor non indocto libello ſuum emeticum medicamentum tuetur, ex theoria, quæ cauſam morbi fere in primis viis ponit; & ex auctoritate Hippocratis.

Arnoldus Montanus *de eſu carnium & quadrageſima pontificiorum* Amſtd. 1662. 8. Bodl.

Francisci Scacchi *de ſalubri potu diſſ.* Rom. 1662. 4. Falc.

J. Bapt. Veni *de* Vigiano *ſanitatis prodromus: vitæ ruralis lucubrationes peſtis tempore* Napoli 1662. f. ſi huc facit.

J. Mich. Bayer *epiſtola admonitoria* ad Franc. Cimani *medicum* Padua 1662. 12. L.

Fabricius Paduanus *de morbis in quibus præſentaneis uti convenit remediis cum* Brunone Seidel prodiit 1662. 8. lego etiam prodiiſſe 1661. fol.

Dan. Geiger *reſponſum medicum defenſorium ad* J. Helwig *prodromum pſeudapologeticum ſuper judicio medico de morbo Cardinalis Wartenbergici* Aug. Vind. 1662. 4. Tr.

Eben deſſelben Leben Regenſp. 1664. 4. Tr.

Jacob. Sarmes *Album Hiſpaniæ ſ. Hippodorum leges* Cadomi 1662. 4. Male.

Pharmacopœa Londinenſis Lond. 1662. 12.

§. DCCX. Stubbes, Graunt.

Henry Stubbes *of chocolate* Lond. 1662. 8. Medicus, ipſe Americam adiverat, nimis in bene meritos contentioſus homo.

Ej. *miraculous conformiſt, or an account of ſeveral marvelous cures performed by the ſtroaking of the hands of* Valentine Greatrake Lond. 1666. 4.

In

In *Phil. Tranſ.* n. 36. de calculis veſicæ felleæ in Jamaica porcos frequenter infeſtantibus. De inſecto *Chique.* Europæorum ſymptomata, qui nuper in regionem calidam advenerunt. Delirium in nave tropicos ſubeunte. Calentura emetico expugnanda. Opium in calidis regionibus nocere, & purgationes etiam lenes, præter chronicos morbos. Clyſterem tabacarium in colica ſicca non profuiſſe.

Ej. *ſpecimen of animadverſions upon the hiſtory of the R. ſociety* Lond. 1670. 4*. Male recenſeri morbum, qui Baconi *ſweating ſicknes* dicitur, medica auxilia paucos ſalvos præſtitiſſe, multos in idem malum eſſe relapſos. Ejus mali hiſtoria ex variis ſcriptoribus collecta. Vix centeſimum vitalem evaſiſſe. De Gebri ætate.

Video alium titulum & librum paulum diverſum, Ej. *examination of Lord Bacons relative of the ſweating ſickneſſ. On phlebotomy. Relation of ſtrange ſymptomes by the bite of an adder and the cure* Lond. 1671. 4. Osb.

Ej. *a cenſure of certain paſſages contained in the hiſtory of the Royal ſociety* ib. 1670. 4. An idem penultimo?

Ej. *Campanella revived or an inquiry into the hiſtory of the Royal ſociety* Lond. 1670. 4.

Ej. *plus ultra reduced to non plus or a ſpecimen of animadverſions upon the non plus ultra of M. Glanville* L. 1670. 4.

A reply to the letter written to H. Stubbes *in defence of the hiſtory of the R. ſociety* Lond. 1671. 4.

Ej. *preface againſt Eubulus* cum priori Lond. 1671. 4.

Ej. *epiſtolary diſcourſe concerning phlebotomy in oppoſition of* G. Thomson *pſeudochymiſt . . . and the effects of bloodletting, the practice thereof experimentally juſtified in the peſt and peſtilential diſeaſes, ſmall pox, ſcurvy, pleuriſy, and ſeveral other diſeaſes* Lond. 1671. 4. *. Non malus liber, noſter enim & bonos libros legit, & aliqua ſua experimenta addidit. Georgius Thomson omnem venæ ſectionem damnabat: noſter oſtendit, tamen ſanguinem & cacochymia peccare & phlethora. Helmontium non fuiſſe medicum practicum, neque morborum naturam perſpexiſſe. Noſtram praxin magis Arabicam eſſe. Galenum multo animoſius ſanguinem miſiſſe. Cum peſtis in exercitum Reipublicæ Anglicæ ſe ſparſiſſet, venæ ſectione, & quidem effuſiſſima, ad deliquium uſque, multos milites ſanatos fuiſſe: plures etiam medicos ſuadere quam improbare. Sanguinis eam eſſe copiam, ut homo jacturam toleret, exemplis adductis maximarum hæmorrhagiarum, quas homines impune tulerint. Sanguinem ſiccum inflammari, & crepitare. Naturam præire, ſanguine ſe critice liberare. In colica bilioſa ſe ſanguinis maximam copiam emiſiſſe, ad ſexaginta uncias, ita ſe in ſudorem delapſum ſanatum eſſe. Non impedire graviditatem, quin ſanguis mittatur. Hiſpaniæ & Angliæ reges in variolis ſalutari effectu venæ ſectionem tuliſſe. Contra Sydenhamum, qui nimia a natu-

ra exſpectet, & conſilia ſua fere ex WHILTAKERO ſumat, RHAZEQUE. Variolas tutius mature erumpere. Neque diarrhœam periculum habere, neque ſanguinem aut a chirurgo emiſſum aut a natura effuſum reformidari. Poſſe quidem in omni morbi tempore ſanguinem mitti. ANTONIO BORGHESIO PAULI V. nepoti, ſalubri eventu hirudines ad nares admotas fuiſſe. Contra SYDENHAMII *ebullitionem*, & inertem curationem. In variolis retrocedentibus, aut malignius erumpentibus, noſter venam jubet incidi: cardiaca non probat, neque veſicatoria. Funeſtiſſimæ in variolis narium hæmorrhagiæ aliquot exempla. Poſterioribus diebus in morbis acutis recte venam aperiri. JOSEPHUS *de* MEDICIS in peſtilenti morbo puerorum, & in angina, feliciter venam ſecuit. Cum venæ ſectio omitteretur, feminam variolis correptam ſub ſanguine quaſi ſubmerſam fuiſſe. Iterum in *appendice* exempla ſanguinis in variolis ſalutariter detracti.

J. GRAUNT *natural and political obſervations made upon the bills of mortality* Lond. 1662. 1676. 8. *. quæ quarta eſt editio, & alias. Novam contemplationem huic viro debemus. Uſus eſt primus, ni fallor, faſtis emortualibus civitatis Londinenſis, equidem imperfectis, ut vices vitæ mortiumque ætatis cujusque ſpes & pericula; morbi ſinguli in civibus necandis poteſtas; morborum increſcens ſævitia, aut viciſſim decreſcens æſtimetur. Utilitatem cæterum faſtorum oſtendit, abſque quibus peſtilentiæ nulla certa ratio haberi poſſit. Natorum tertiam partem ante annum tertium Londini exſtingui (apud nos multo pauciores). Mortuorum duas nonas partes ab acutis morbis abripi, $\frac{7}{229}$ a chronicis: Decrepita ætate $\frac{7}{100}$ exſtingui. Rachitim increſcere a 14 intra annum mortibus (anno 1634.) ad 500 (anno 1660). Morbum novum *ſtoppage of the ſtomach* valde increſcere, mortes ei debitas a ſex ad 300 auctus eſſe. Homicidia morbi. *Riſing of the ligths* a 44 ad 249 aucta eſſe. Utrumque malum videri eſſe rachitidis propaginem. Calculum minui, ſcorbutum increſcere. Puerperarum nondum $\frac{1}{200}$ in partu perire. Peſtilentiam quam febres præcedunt, abſumſiſſe fere civium $\frac{1}{5}$. Autumnum inſaluberrimum eſſe. In urbe $\frac{1}{12}$ plus mori, quam rure. Bis tot mulieres ægrotare quam viros. In peſtilentiali aëre feminas omnes abortare. In appendice aliqua corrigit. Numerus eorum, quos peſtis paſſim exſtinxit.

§. DCCXI. VARII.

PHILIBERT JONDOT chirurgi, *tr. des cauſes & neceſſités de la ſaignée & des maladies principales où il faut s'en ſervir* Paris 1662. 12. BUR.

RICHARD BUNWORTH'S *diſcovery of the french diſeaſe and running of the rein* Lond. 1662. 8.

Salve academicum vel judicia & elogia ſuper recens adornatam academiam naturæ curioſorum Lipſ. 1662. 4. *. Epiſtolæ aliquæ & elogia 23 primorum medicorum, qui in hanc ſocietatem coiverunt.

P. MAURICE *de* TOULON *le capucin charitable enſeignant la methode pour remedier aux grandes miſeres de la peſte* Genua 1661. Paris 1662. 8. Lion 1721 & 1722.

1722. 8. Præcepta ut infectæ urbes purgandæ & reliquiæ morbi exterminandæ, ab experto homine. Laudat L. A. MURATORI: eo uſus eſt MANGETUS.

ALBERTI OTTONIS FABRI *paradoxon de morbo gallico* L. II. Lond. 1662. 12. ex latino verſo. EJ. *mediciniſches aurum potabile* Amſtd. 1675. 4. ex anglico.

MART. GEIERS *Leichenpredigt auf* CHRISTIAN LANGEN Lipſ. 1662. 4. TR.

Le pâtiſſier françois Paris 1662. 8.

§. DCCXII. DISPUTATIONES.

J. TIELEN *de paſſione hyſterica* Leid. 1662. 4. PL.

GOD. AD. LUJA *de elephantiaſi græcorum* Leid. 1662. 4.

CHRISTOPH GOTTWARD *de melancholia hypochondriaca* Leid. 1662. 4. PL.

BALDUIN DRYVER *de phthiſi* Leid. 1662. 4. HE.

CÆSO GRAMM *de ſyncope* Leid. 1662. 4. RIV.

EJ. *de ſanguinis eſu diſp.* Kiel 1670. 4. PL.

EJ. in E. N. C. *ann.* III. *obſ.* 80. Fetus in utero retentus, petrefactus, emmenagogis remediis expulſus, ut oſſicula & carnes diſſolutæ ſenſim prodirent.

Obſ. 81. felix uſus cauterii ad conjunctionem ſuturæ coronalis cum ſagittali adplicati, in cephalæa ſcorbutica.

MOYSES SALOMON AZEVEDO *de aſthmate* Leid. 5422. (1662. 4. *.)

CHRISTOPH SELIGER *de ſuffocatione uteri* Leid. 1662. 4. PL.

HENR. SCHARMEYER *de aſthmate* Leid. 1662. 4. *.

NIC. ADOLPH. BARTELS *de phthiſi* Baſil. 1662. 4. PL.

FORTUNATI *a* JUVALGIS *de lumbricis* Baſil. 1662. 4. RIV.

GODOF. ENGELMAN *de cholera* Baſil. 1662. 4. PL.

HENR. FRISE *de hydrope* Argent. 1662. 4. RIV.

GREG. BLUM *de incubo* Argent. 1662. 4. RIV.

ALPHONSUS KHONN *de catalepſi* Argent. 1662. 4. PL. idem fuerit Academicus Nat. Cur. quem dicemus.

CHR. FRID. CROCII *Quæſtiones medicæ de palpitationis cordis natura & curatione* Marburg. 1662. 4. *.

EJ. *de elephantiaſi Græcorum* R. HIAC. STEINFELS Marb.. 1662. 4. *.

EJ. *de empyemate* ib. 1662 4. *.

EJ. & PETRI SIMLER auctoris *de ſingultu* Marb. 1669. 4. *.

EJ. *de morbo ejuſque cauſis & ſymptomatibus* 1669. 4. HE.

THEOD. ROLLIUS *de ægro icterico* Jen. 1662. 4. MENZ.

CASP. GIGAS *de cholera* Jen. 1662. 4. RIV.

GOTTFR. BEIER *de hemicrania* Witteb. 1662. 4. PL.

J. Hering *de morte* ib. 1662. 4. He.

J. Sieboldt *de elephantiaſi* Altdorf. 1662. 4. Pl.

Frid. Lepner *doctrina de partibus corporis humani earumque morbis* ſexta Witteb. 1665. 4. He. & XI. Regiom 1667. 4. He.

Ej. *de definitione & diviſione & elementis medicinæ* Leid. 1662. 4.

Ej. *de arthritide ex* Hipp. περι παθων Regiom. 1663. 4. He.

Ej. *de catarrho* ib. 1665. 4. He.

Ej. *de cujuſdam ex inſueta equitatione podagra correpti caſus* ib. 1669. 4. He.

Ej. *compendioſa in medicinam introductio, continens doctrinam de partibus præcipuis humani corporis regionum, earum morbis curandique ratione* ib. 1669. 4. Tr.

Ej. *de adfectu* Alexandri M. *ejuſque curatione* ib. 1670. 4. He.

Ej. *de arthritide* ib. 1673. 4. He.

Ej. *de ſyncope cardiaca* ib. 1690. 4. He.

J. Henr. Fuhrsen *de aquis earumque in ſanitate vel conſervanda, vel immutanda affectionibus* Pr. Ludero Kannengiesser Brem. 1662. 4.

Quæſtiones medicæ quarum veritatem tueri conabatur J. Vauloue Monſpel. 1662. 4. Astr. An inveteratæ lui venereæ caſtratio. Adfirmat noſter, quod in elephantiaſi caſtratio a priſcis commendata fuerit.

Paul. Courtois & Jac. Boujonnier *Non E. febres hac tempeſtate contagioſæ* Pariſ. 1662.

Pet. Moreau & Nic. Bonvarlet *E. mors a voluptate quam a dolore citior* ib. 1662.

J. Groult & Franc. Sorand *E. quovis tempore morbi purgandi occaſio* ib. 1662.

Guil. Petit. & Nic. Rainssant *E. tantum ab habitu epilepſia* ib. 1662.

J. Garbe & Jac. Boujonnier *E. lac recens etiam puerperæ infanti ſalubre* ib. 1662.

Paul. Courtois & Nic. Rainssant *E. morbi inſolentes & qui naturæ modum ſuperare videntur ab ictero* ib. 1662.

Petr. Moreau & Car. *le* Menestrel *E. nimius aquæ potus veneris incentivum* ib. 1662.

Jac. Boujonnier & Ant. *le* Moine *gemellorum par ſexus diſpari vivacior* ib. 1662. 4. Baron.

Rob. Merlet & Hipp. *du* Val *E. a ſalacitate calvities* ib. 1662.

Steph. *le* Gagneur & Petr. Legier *E. maribus procreandis florens ætas fœcior* ib. 1662. 4.

§. DCCXIII.

§. DCCXIII. J. Sigismund Elsholz. Beccher.

Electoris Brandenburgici archiater, ex ſchola Italica, ſolers botanicus, etiam inciſor, & experimentorum non imperitus.

Ej. eſt *Chymiatria nova, ſ. ratio qua in venam ſectam medicamenta inmitti poſſunt, addita inaudita ſanguinis transfuſione* Colon. ad Spream. 1667. 8. *. 1677. 8. Beughem; & Germanice *Neue Clyſtierkunſt wodurch eine Arzney durch eine eröfnete Ader beyzubringen* Berlin 1665. 8. 1666. 8. Non inficetum opuſculum; experimenta enim habet propria, in homine tria, in cane pluſcula, tum Dantiſcana J. Molleri, & reliquorum circa infuſionem ſanguinis geſtorum compendium. Injectionem tentavit in arteriam, a qua liquor injectus per venam rediit, tum per venam. Encheireſin dilucide exponit. Ab extracto opii canis ſomniculoſus factus eſt, tamen ut convaleſceret. Ab injecto medicamento purgante & emetico alvus ſeceſſit, & vomitus motus eſt, & ab arſenico injecto animal periit. In homine, cum ulcus in tibia antiquum eſſet, balſamici quid in venam injecit: in altero febriente antifebrile; in tertio ſcorbutico aquam cochleariæ. Inde transfuſio in canibus. J. Molleri curatio ulcerum, cum paralyſi, ea ab infuſo liquore celerrime coaluerunt. In epilepſia etiam ejus auxilii efficaciam tentavit.

Deinde J. E. Schefler cum J. Schmidio Gedani varios & pertinaces morbos injectis in venas aptis liquoribus ſanavit, arthriticos, epilepticos, maniacum: tabidum tamen levavit. Quare merito auctor anonymus *artis & progreſſus clyſmaticæ novæ* Gothæ 1667. 4. *. in Elsholzium a Majore laudem inventi transfert, ignoratis Anglorum juribus.

Ej. *Diæteticon oder Tiſchbuch von Erhaltung guter Geſundheit durch eine ordentliche Diät in VI Büchern* Cölln an der Spree 1682. 4. *. Leipz. 1715. 4. Juſtæ molis opus, quo omnia recenſentur, quæ in cibum veniunt, vireſque nutritiæ & medicæ, modique præparandi, & præparata ex ſimplicibus, ut panis, caſeus. In piſcibus potiſſimum mihi placet. Mel, potus varius, aqua, vinum, cereviſia, thea. Porro ad rationem vivendi in genere. Appendicis loco *coquus*, *conditor*, & *piſtor*, ex gallico verſi.

In E. N. C. aliquæ Cl. viri ſunt adnotationes.

Ann. VI. VII. obſ. 224. de moxa antipodagrica, compendium libelli Buschovii.

Steatoma ovarii in chirurgicis dixi.

Joacchimus Beccher Spirenſis, vir ſingularis, ingenii ad inveniendum novaſque vias aperiendas apti, ſed inconſtans erro, & infelix, cum tamen chemica peritia inſignis eſſet.

Ej. eſt *Parnaſſus medicus illuſtratus, d. i. Thier Kräuter und Bergbuch ſamt der Schul von* Arn. Villanovano Ulm 1663. fol. *. Primum materia medica, medi-

medicamentorum ſimplicium cenſus, in animalium claſſibus parum plenus, fuſior in plantis: cum iconibus Camerarianis. In mineralibus multas ſuas arcanas præparationes exponit, & docet, quæ vix credas, ut ex ſtanno & ex cupro faciendi hydrargyri artificium. Oleum mercurii & Jovis in morbis gallicis efficaciſſimum eſſe. Auri præparationes variæ, & aurum potabile (ſpiritu ſalis ſolutum). Turbith veneris pro maniacis & aphonis.

Ad ſcholam Salernitanam adjectæ ciborum facultates. Loci varii diætetici, ex veteribus; etiam Dioclis epiſtola, Katschii regulæ, prognoſtica Hipp. *ad vitam & mortem.* Fatendum in his, chemica ſi exceperis, noſtrum peregrinari.

Ej. *aphoriſmi ex inſtitutionibus medicis* Sennerti Francf. 1663. 8.

In *Phyſica ſubterranea* ſæpe excuſa Francof. 1669. *. & cum *ſpecimine* Beccheriano Stahlii Lipſ. 1748. 8. *. principia quidem rerum traduntur, tamen ut paſſim medica aliqua intercedant. Sale ſuo cæleſti magnos morbos ſuperatos fuiſſe. Putredinis in cadavere progreſſus. In medendo ſudoris moti contra venæ ſectionem laudes.

Ej. *Ampel oder Lampe des Lebens u. Todes* Breslau 1682. 8.

Ej. *kluger Hausvater, verſtändige Hausmutter, vollkommener Landmedicus, wie auch wohlerfahrner Roß und Vieharzt* Leipz. 1698. 12. 1702. 12. Tr. 1764. 12.

Ej. *mediciniſche Schazkammer die Kinderkrankheiten glücklich u. geſchwind zu curiren* . . . Leipz. 1700. 1755. 8.

Ej. *Bericht von Polychreſtpillen, ſamt* J. Dan. Gohls *Gedanken von ihrer Würkung ausgefertigt durch Fridr. Rohtſcholzen* bibliopolam Nürnb. 1719. 8. Hæ pilulæ, ex aloe minus reſinoſa factæ, multo in uſu ſunt, etiam noſtris temporibus.

Memini me aliqua minime ſpernenda de arcanis medicamentis legiſſe in *weiſe Nahrheit u. närriſche Weisheit* Francf. 1682. 12. 1707. 12. Nunc libellus non coram eſt.

Ej. *Lebenslauf* 1722. 8.

Dav. Kellner's *pilulæ polychreſtæ* Becchero Kellnerianæ Northuſ. 1688 4.

§. DCCXIV. Varii.

Laurentii Gieseler Oſterodani, diſcipuli Conringii, medici Brunſwicenſis, *Obſervationes medicæ de peſte Brunſwicenſi anni* 1657. Brunſwic. 1663. 4 *. Ipſe præſens adfuit a februario ad novembrem menſem, & 293 ægrotorum hiſtorias recenſet, breves, ſinceras, practicas, floſculis tamen ornatas. Primum methodus prophylactica. Sex res non naturales. Mummam tenuiorem laudat, & aloës uſum, laxandæ alvi fine. Venerem & nuptias improbat, cum neogamis peſtis funeſtiſſima fuerit, uti in univerſum iis omnibus periculoſa contingit, qui

febris

febris initia percipiunt. Curationem orditur a ſudorifero medicamento, cui plurimum tribuit: alvum clyſteribus lenientibus liberam ſervat. Sexto die leniter alvum ducit, cujus auxilii omiſſio peſſimos eventus ſortiatur. Valde extollit vires terræ ſigillatæ cum aceto bezoardico, calendulato, acidis, camphora, ſpiritu theriacali. Poſt ſudorem cardiaci quid dat ad vires reparandas. Venæ ſectioni minus favens, eam in plethoricis tamen admittit. Bubones non incidit, neque cucurbitulas imponit, ſed unguentum utique, propinat diachylon, & baſilicon, cum oleo ſcorpionum malaxatum: ſed neque carbunculos ſcarifat; emplaſtra alexipharmacis miſcet. Gangrænæ ſudorifera opponit. Eſſe qui bis reſtituti tertia vice perierint. Morſulos ex aloe nitro & rheo paratos certo a morte præſervaſſe. Criſis optima eſt bubo inguinalis. Eſt tamen ubi felici eventu evanuerit. Gravidæ mulieres & puerperæ fere omnes perierunt. Non deſperandum, ſi carbo mature eruperit, cum etiam prægnans femina periculum evaſerit. Servatus cui tres carbunculi, quatuor bubones ſponte evanuerant. Qui in libero aëre per peſtis primordia corpus exercitarunt, ii perierunt fere ad unum omnes; ſed etiam hæmorrhagia narium lethalis accidit. Plerique in morbi initio vomebant. Quæ omnia revomebat, lac tamen ebutyratum utiliter retinuit. Subito etiam perierunt ὀρθοστάδιοι. Qui poſt venæ ſectionem & narium hæmorrhagiam vitalis evaſit. Maculæ, ſ. parvi carbunculi, liveſcentes, funeſti. Qui calidis uſi ſunt, ii deterius habuerunt. Terror ſæpe nocuit; non tamen auctori. Difficilis deglutitio peſſima. In gutture tamen erumpens bubo per ſuppurationem ſanari potuit. Epilepſia in morbi initiis non mala, ea vero utique, quæ morbo ſupervenit. Iterum a calidorum uſu omnes pereunt, ut ipſa potulenta frigida dare neceſſe fuerit. Ab anodymis funeſtus ſopor, & alioquin ferrei ſomni aliquos mortales abripuerunt. Bubones ferro aut turundis tentatos dolores ciere acerrimos. Bubo in labio eminens lethalis: ſanatus tamen homo, cui carbunculus in pene, fuit & in alio ejuſmodi ipſa in glande erumpente carbone morbus mire levatus. Gangræna pedis ſpontanea, ſic iſchuria octiduana.

Ej. exſtat Germanice editio *kurze Anweiſung wie ſich ein jeder bey der um ſich greifenden Peſtſeuche fürſehen und curiren ſoll* Braunſchweig 1680. 4. Tr.

Samuel Sturm *de medicis non medicis* Witteb. 1663. 4. Haenel.

In Thomæ Cornelii Conſentini, *progymnaſmatibus* Venet. 1663. 4. *. deinde Neapoli 1688. 8. *. præter ſparſi quid nihil invenias practici argumenti.

Idem in *Phil. Tranſ.* n. 83. & apud Birchium T. III. p. 672, vim tarantulæ muſicam in dubium merito revocat, primuſque monet, melancholiam eſſe, quæ etiam abſque tarantula ſuperveniat.

Martini Kergeri Lignicenſis, medici chemici, *de fermentatione l. phyſico medicus* Witteberg 1663. 4. *. De flatuum a fermentatione origine, & tumorum, & caloris præter naturam aucti, ipſiuſque febris, potius quam a putredine. De modo quo coerceatur, impedita fermentatione per ſpiritus ardentes,

cujus methodi aliqua exempla producit. Ut ejuſmodi auxiliis, quæ fermentationi reſiſtunt, febres intermittentes ipſe novellus doctor ſanaverit, deinde ad millenos uſque morbo liberaverit, abſque venæ ſectione, abſque purgatione, quicunque eſſet intermittentis febris typus, ut ſubinde tamen pulvere Cornacchini uſus ſit. Ita porro diarrhœam, dyſenteriam, ventriculi vitia iisdem ex principiis ſuſtulit.

ROBERTI PATIN GUIDONIS F. *paranymphus medicus habitus in ſcholis medicis d.* 28. *Jun.* 1648. *de antiquitate & dignitate ſcholæ medicæ Pariſienſis & illuſtrioribus, qui in ea claruerunt, medicis* Pariſ. 1663. 8. B. BUN.

FRANCISCI STURM *de re medica & de inteſtinorum difficultate pravaque febris curatione* Macerat. 1663. PANELLI. Scriptum eriſticum.

VALERII FELICIS *ad* DEUSINGIUM *epiſtola dehortatoria* Roterd. 1663. 12. ſi huc facit.

G. E. OELLINGER *deſignatio alphabetica medicamentorum in ſua officina pharmaceutica Oellingeriana proſtantium* Norib. 1663. 12. L.

Notabilia de thermis & acidulis 1663. 4.

In T. BARTHOLINI *Epiſtolis* IV. n. 86. DANIEL PUERARIUS varia habet rariora, feminam octogenariam menſtrua patientem. Fetus qui in utero materno febrierunt, mulierum ex teſtimonio. Ex lapſu in ſene paralyſis, tamen veſicatoriis toti capiti admotis ſuperata. Mictus ſanguineus abſque alio malo. Poſt icterum veſicæ pulte plenæ numeroſæ per anum egeſtæ, felici eventu: adgnito abſceſſu intra abdomen latente, fomentis idoneis admotis, pus per alvum exiit, morbus ſublatus eſt. Laudanum ſine opio ſe parare. IDEM T. BURNET *theſaurum* edidit Genev. 1678. 12.

MATTH. JAC. MATTHIADES ib. L. IV. ep. 53. BURRHUM arcanum ſuum 60000 florenis vendidiſſe.

In iiſdem *Epiſtolis* BARTHOLINI III. n. 79. a. 1662. CHRISTIANUS WILLICH ſecretum laudat epilepticum, cujus bonos effectus viderit.

J. FRID. LECHEL Med. Bremenſis, *de rene exulcerato & veſicæ calculo lumborum doloris purulentæ mictionis ac dyſuriæ cauſis* Bruſvic. 1665. 4. HE.

EJ. *ſitne tutum & conveniens in capitis imique ventris contuſionibus pharmaca per inferiora purgantia uſurpare nec ne* Wolfenbüttel 1668. 4.

EJ. *adumbratio peſtis* Braunſchweig 1681. 4. niſi germanica eſt.

EJ. *obſervationes phyſicæ apertura corpuſculi puerilis* ib. TR.

E. N. C. dec. II. ann. 2. obſ. 76. cachectici viri inciſio. Celluloſa tela multo ſero ebria. Hepar tuberculis diſtinctum, in quibus materies puri ſimilis. Ventriculus patulo foramine apertus, quod noſter putat ab omento obturatum fuiſſe.

Obſ. 158. Hydrocephalus a partu natus, & cum eo conjuncta ſpina bifida, cum

cúm pedum paralyſi, pro medulla ſpinali in cadavere aqua limpida. Vertebræ lumbales deformatæ; capitis oſſa disjuncta & foraminibus præter naturam terebrata. Ventriculi cerebri ad veſicæ modum aqua limpida pleni.

Obſ. 150. Poſt multa mala & horrendos vomitus, ſteatoma meſenterii ingens.

§. DCCXV. Varii Nuperi.

Innocentius Valentini Ej. *repliche academiche alle repliche del* S. Giannadino Moneglia Firenz. 1663. 8.

J. Andr. Moneglia *riſpoſta alle repliche academiche del* Inn. Valentini ib. 1663. 4. Legi etiam annum 1662. De ejus viri cum Ramazzino lite dicetur.

Ej. *de aquæ uſu in febribus* Florent. 1700. 4. Mead. niſi alius eſt ejus nominis. Ej. *de viribus arcani antipodagrici* ib. 1656. 8.

Francesco Pignocatti *la medecina degli animali raccolta de Aleſſ.* Venturi *ed accreſciuta de nuovi ſecreti* Venez. 1663. 12. Thomas.

Melchisedek Thevenot *relation de divers voyages curieux* T. I. Paris 1663. fol. T. II. 1664. f. T. III. 1666. f. T. IV. 1672. f. Memorabilis collectio, in qua paſſim præter materiem medicam, etiam de moribus & curandi ratione & de morbis endemiis peregrinarum gentium aliqua reperiuntur.

Non puto eumdem eſſe auctorem, qui magnis itineribus defunctus eſt, & cujus *voyages en Europe*, *Aſie*, *Afrique* V. Tomis prodierunt Paris 1664. 4. 1674. 4. poſteriora vero volumina 1682. 8. &c. & Amſterd. 1727. 8. *. conf. *B. Bot.* I. p. 522. Hic pregrinator, minime malus auctor, potiſſimum etiam ad rem naturalem & medicam reſpexit, & ex graviſſimo morbo a medicis ejus regionis refrigerantibus medicamentis eſt reſtitutus. Morbi Cairi endemii, cardialgia ab admiſſo frigore, ophthalmia ex ſubtili calidoque ſabulo; tuſſis epidemica malis aurantiis ſanata; peſtis, quæ ſeptimo fere anno redeat, eademque poſt rorem 13 aut 15 Junio cadentem deſinat ſævire. Alepi in medicos publice animadvertitur, ſi infeliciter curaverint. De vento Samiel. Hiſtoria Zorzolacarum, ſ. Vampirorum. Quoties cadaver intra quadrageſimum diem non contabuit, abit in Zorzolacam, & porro incorruptum manet, noctu vero per oppidum oberrat, inclamatque nominatim hominem, qui idem poſt triduum periturus ſit. A ſcorpio in Ægypto ictus rapum edit, & nihil inde mali metuit. Femina vermes ex aure excantans. Guineenſes vermes ex aquis naſci. Idem Ebn. Beitaris opus editurus, Manæ in Perſia immatura morte abreptus fuit.

Henaut *le throne de la médecine* Rouen 1663. 8. Falc.

Charl. Lussaud *apologie pour les médecins contre ceux qui les accuſent de deferer trop à la nature & de n'avoir point de religion* Paris 1663. 12. Bur.

Remede ſouverain contre pluſieures maladies Paris 1663. 12. non plenus titulus.

Animadverſions on the new found way of curing the pox Lond. 1663. 8. OSB.

JOHN. OLIVER *a preſent for teeming wom en or ſcripture directions how to prepare for the hour of travel* ib. 1663. 8. ſi huc facit.

SAMUEL STRANGEHOPE ... *three pars concerning aſtrology, phyſik and husbandry* ib. 1663. 8. BODL.

RICH. MATTHEWS *a pretious pearl in the midſt of a dunghill* ib. 1663. 8.

EJ. *the unlearned alchymiſt, his antidote, or an explanation for the uſe of my pill* Lond. 1663. 8. L.

GEORG KENDALE *appendix to the unlearned alchimiſt. Phyſicians library* Lond. 1664. f.

J. HAYNE *drey unterſchiedliche neue Tractätlein, 1 von Aſtraliſchen Krankheiten, 2 von tartariſchen Krankheiten, 3 von Urinen* Francf. 1663. 8. UFF.

J. R. STOLBERG *u.* THEODOR MAY *Urinbücher* Hamburg 1663. 8.

Annon idem THEOD. MAY *Urinbüchlein ſamt* APOLLINARIS *Tractat vom Urin und Puls* Hamburg 1663.

FERDINAND GRUYWAART *van de doſen der purgatien, vomitorien en opiaten* Middelb. 1663. 8.

HENDRYK v. ROONHUYSE *ordinaris heelmeſter der ſtad Amſterdam heelkondige aanmerkingen betreffende de gebreeken der vrouwen* Amſterd. 1663. 8.*, qui idem eſt tomus II. *der heilcuren end deren aanmerkungen* Nürnberg 1674. 8. *. Anglice prodiit Lond. 1676. 8. (*a*) Hic ad medicinam: de chirurgicis malis alias dixi. Anus & vulva a natura aut caſu clauſa. Quæſtio an hydrargyrus in ſaliva cienda oris fætorem ipſe vi propria excitet. Ab ulceribus, non ab hydrargyro, fætorem eſſe. Alter tomus Belgice Amſterd. 1672. 8. prodiit, Germanice cum titulo libri I. excuſus Nürnberg 1674 8. *. Adnotationes ſunt 40, nonnullæ clinicæ. In viro ſatis imperfecto lotium per exiguos poros oſſis pubis manabat cum nulla veſica eſſet, ex RUYSCHII obſervatione. Caput obſtipum, malum in Belgio frequens, inciſo muſculo maſtoideo ſublatum. Calculi renales per ulcus prodeuntes: calculi ſalivares. Gangræna ſcorbutica, vitrioli oleo feliciter ſanata. Aliquæ harum adnotationum priori opere continebantur.

J. ALB. HUSWEDEL & J. GARMER *kurzer Bericht wie bey einfallender Krankheit ein jeder ſich verhalten ſolle* Hamb. 1663. 4.

§. DCCXVI.

(a) B. Chir. I. 368.

§. DCCXVI. Disputationes.

G. Emmerich *theſes phyſico medicæ* Leid. 1663. 4.

J. Emmerich *de morbo virgineo* Leid. 1663. 4. Haenel.

Tennecoyus Bougard *de colica* Leid. 1663. 4.

. . . . Jænisch *de morbo Hungarico* Leid. 1663. 4. Haenel idem forte, cujus in E. N. C. obſervationes dicentur.

Christoph Becker *reſolutio caſus practici anæmiæ ſanguinis miros fructus repræſentantis* Leid. 1663. 4. Pl.

Robert Padbrugge *de apoplexia* Leid. 1663. 4. Riv.

J. Schuter *de ſcorbuto* Leid. 1663. 4. Haen.

J. Harder *de partu ſeptimeſtri J. C. reſponſis & medicorum placitis inſigni* ib. 1663. 4.

Felix Tschientchi *de diarrhœa* Baſil. 1663. 4. B. Tig. Conf. p. 75.

Ej. *de aſthmate* ib. 1664. 4. L.

Wilhelm Barbor *de lue venerea* Utrecht 1663. 4. Astr.

Georg Henr. Goetz *de theologis pſeudomedicis, num theologo artem medicam exercere liceat* Utrecht 1663. 4.

J. Ulrich Oeler *problemata medica miſcellanea* Argent. 1663. 4. Riv.

Sam. Geidelin *de ſuppreſſione menſium* Argent. 1663. 4. *.

Urb. Ferd. Gudenus *de angina* Argent. 1663. 4. *.

J. Mithob *de colica paſſione* Argent. 1663. 4. *.

Maximil. Honorius Zollichofer *de cholera* Argent. 1663. 4. Riv.

Tob. Jac. Hainzel *de catharrho* Argent. 1663. 4. *.

J. Dan. Eckolt *de diabete* Argent. 1663. 4. *.

J. Phil. Huth *de hemitritæo ſ. ſemitertiana* Argent. 1663. 4. *.

Georg Balthas. Mezger profeſſor Tubingenſis, inter primos novæ academiæ Naturæ curioſorum ſodales fuit.

Ej. *diſſ. de ſcorbuto* Tub. 1663. 4. *.

Ej. *de affectuum hereditariorum theoria* ib. 1663. 4. He. lego 1681. 4. Pl.

Ej. *hepatis extiſpicium medico anatomicum* ib. 1663. 4.

Ej. *de pleuritide* ib. 1663. 4. *.

Ej. *de febre maligna petechiali* Tub. 1665. 4. Riv.

Ej. *de ſyncope* ib. 1665. 4. *.

Ej. *hiſtoria eryſipelatis cum aliorum graviſſimorum ſymptomatum ſatellitio* ib. 1666. 4. *.

Ej. *de fluxu hepatis* ib. 1671. 4. Hef.

Ej. *de ſiti præter naturam aucta* ib. 1673. 4.

Ej. *catarrhi ſuffocativi theoria* 1675. Hee.

Ej. *de tuſſi* ib. 1676. 4. Bur.

Ej. *ſphygmologia breviter delineata* ib. 1677. 4. *.

Ej. *de hæmorrhoidum ſtatu ſecundum & præter naturam* ib. 1677. 4. *.

Ej. *de ictero albo virginum* ib. 1677. 4. He.

Ej. *de alvi conſtipatione* ib. 1678. 4. Pl.

Ej. *de paſſione hyſterica* ib. 1678. 4. Burck Riv. & Hef. 1677.

Ej. *de medicamentis ſternutatoriis* 1678. 4. He.

Ej. *de diabete* ib. 1679. 4. Burkh.

Ej. *de podagra* ib. 1684. 4. B.

Ej. *ſcrutinium* λιθογενεσιας ib. 1685. 4.

Michael Heiland *de lue venerea* Lipſ. 1663. 4. *.

Ej. *de catarrho* Gieſſ. 1677. 4. Riv.

Ej. *de ſuppreſſione menſium* ib. 16 . 4. *.

Ej. *de ſcabie* ib. 1677. 4. He.

Ej. *de tuſſi* 1677. 4. He.

Ej. *de ſterilitate mulierum* 1677. 4. *.

Ej. E. N. C. Dec. III. a. I. 8. Hydrops: aqua pericardii fœtida.

Diſputaverat ſub Hoppio *de purpura* Lipſ. 1652. 4. *.

J. Magiri *Diſputationes ex phyſiologicis & pathologicis doctrinis deſumtæ* Marb. 1663. 4. *.

Annon Ej. *Bericht wie bey der Peſt u. rohten Ruhr ſich zu bewahren* Marb. 1667. 4.

Balth. Loeschenbrand *de paralyſis natura & therapia* Gieſſ. 1663. 4. *.

Id. *de ſuppreſſione menſium* Gieſſ. 1667. 4. *.

Henr. Avenius *de catarrho & ejus deſcendentibus odontalgia, epiphora & otalgia* Roſtoch 1663. 4.

Ant.

ANT. GUNTHER HELLENIUS *de podagra* Jen. 1663. 4. PL.

CHRIST. FRID. FRANKENSTEIN *de ephialte* Lipſ. 1660. 4. MENZ.

GEORG BERNARDI *de chloroſi* Altdorf. 1663. 4. *.

J. LUDER *de hæmorrhagia narium* ib. 1663. 4. RIV.

SIM. FRID. FRENZEL *de chiromantia* Witteb. 1663. 4.

EJ. *de cauſis corporum cruentorum* ib. 1678. 4. de puero cui lacrumæ cruentæ manabant.

EJ. *de cadaveribus humanis ad præſentiam occiſoris cruentatis* ib. 1677. 4. HE.

L. PETRI ALLIOT *theſes medicæ de motu ſanguinis circulato* (ſic) *& de morbis ex aëre profectis de arthritide* Pont-à-Mouſſon 1663. CARRERE.

PETRI BOURDELOT & GASP. MAURIN *E. qui ſunt habitu raro vivaciores* Pariſ. 1663.

NIC. RAINSSANT & JAC. *de* BOURGES *E. qui optimo temperamento ingenioſiſſimi* ib. 1663.

CAR. BRISSET & CASP. MARTEAU *E. medicus eſt ſenſualis phyſicus* Pariſ. 1663.

GUIL. PETIT & JAC. *de* BOURGES *Non E. infantulis imminente dentitionis tempore lac recens oggerendum* ib. 1663.

ROB. MERLET & ANT. *le* MOINE *E. panis, aqua, vita beata* ib. 1663.

STEPH. *le* GAGNEUR & CAR. MARTEAU *E. ſenibus ſtudium contentius ſalubre* ib. 1663.

PETR. BOURDELOT & HIPP. *du* VAL *E. homo fruges conſumere natus* Pariſ. 1663.

JAC *le* MENESTREL *E. arthritide & inveterato rheumatiſmo curandis ſolo lacte veſci convenit* ib. 1663.

NIC. ROBIN & HIPP. *du* VAL *E. hydropi pectoris ſectio* ib. 1663.

§. DCCXVII. VARII.

REGNER DE GRAAF Delfenſis, Sylvianæ ſectæ deditus, anatomica potius ſcripſit, ut tamen nonnulla pathologica & practica intercedant. In diſſ. inaugurali *de ſucco pancreatico* 1664. 8. *. hypotheſin ornavit de ejus ſucci cum bile conflictu, inde orto frigore, & calore, alterne recurrentibus. A cordis nimio motu coſtæ extrorſum pulſæ, ut tamen SYLVIUS malum curaverit. Morbi pancreatis varii. In hypochondriaco pancreas lapideum. Calculos ſe in lentis morbis frequentes vidiſſe, in Gallia etiam frequentiores. Ductus pancreatici orificium cartilagine cinctum.

cinctum. Ab acido ſucco pancreatico frigus internum, fames nimia, ſed etiam epilepſia. Ab ejus ſucci vitiis potiſſimum febres intermittentes oriri. In ejuſmodi febre putat ſe pancreas coacto ſucco obſtructum vidiſſe.

Libellus *de clyſteribus*, qui in poſthumis redit, totus huc pertinet; de clyſteribus agit variis, etiam nutritiis & antifebrilibus, deque ſiphone, cujus ope quiſque ſibi ipſi clyſterem inmittere poteſt.

In l. *de virorum organis genitalibus* Leid. 1668. 8. *. reprehendit chirurgos, qui caput gallinaginis pro excreſcentia morboſa habent. Sedes gonorrhœæ, etiam in proſtata & teſte eſt. Hæmorrhagia penis.

In l. *de mulierum organis* Leid. 1672. 8. *. plura huc faciunt. Menſium ſymptomata. Partus ventrales. Hydatides & morbi teſtium muliebrium. Ovariorum morbi. Uterum in hyſterica paſſione nequaquam adſcendere.

Opera omnia conjuncta prodierunt Amſterd. 1705. 4. *. & Belgice Amſterd. 1686. 8.

In E. N. C. 1670. n. 127. refert de dolore capitis intolerabili, cujus cauſam inciſum cerebrum revelarveit. Arenulæ erant in glandula pineali, lapideum concrementum in carotide arteria, qua ſecundum ſellam equinam curvatur.

Ib. obſ. 128. Uterus ſcirrhoſus maximæ molis, poſt abortum.

Edmundus *de* Meara edidit *Diatribes* Thomæ Willisii *de febribus examen* Lond. 1664. 8. Amſterd. 1667. 12. *. Præter phyſiologica pluſcula; de cauſa periodi febrium a Willisio diſſidet, deinde totam ejus therapiam refutat, potiſſimum etiam emeticorum uſum rejicit.

In adjectis *hiſtoriis rarioribus*, Febris dicitur, quæ remiſit, cum veſicæ erumperent, ut tamen varia mala levi ex cauſa recrudeſcerent, vomitus, lipothymiæ, morbuſque ſucceſſerit hyſtericus. Criſis in febre felix, ſanguine per penem egeſto, & quaſi vermiculis. Suffuſionem erumpentes variolæ ſuſtulerunt. Veri lumbrici per penem egeſti. Hydrops pectoris cum pulmonum ſphacelo. Fœtor in viro cadaveroſus. Ulcus abdominis & utriuſque generis inteſtinorum, tamen ſanatum. Verus bulimus. Guſtus per auris ulcus deſtructus. Dolores inteſtinorum, vomitus, febris, conſumtio. In cadavere nihil memorabile viſum.

Everardi Maynwaring practici Londinenſis, *hiſtoria & myſterium luis venereæ* Lond. 1664. 8. 1673. 8. Francf. Hamburg 1675. 8. vertente J. Lange. Collectio locorum, qui de eo morbo agunt. In curatione fuſiſſimus eſt. Methodus curandi varia. Hydrargyrum tamen omnium conſenſu potentiſſimum eſſe medicamentum.

Ej. *tabidorum narratio*, *ſ. tractatus de tabe Anglica* Lond. 1667. 12 Bur.

Ej. *utiles obſervationes factæ in quibuſdam ſcorbuticorum curationibus* ib. 1668. 12. Bun. & lego *of the cure of ſcurvy* 1667. 12.

Ej.

Et Ej. *treatiſe on the ſcurvy* Lond. 1685. 8. Bodl. 1679. 8.

Ej. *vita ſana & longa* Lond. 1670. 8. Anglice idem.

Ej. *of iſſues and ſetons* Lond. 1682. 8.

Ej. *the method and means of enjoying health and long life* Lond. 1683. 8.

Ej. *on pains and inflammations* Lond. 1697. 8. Osb.

Ej. *efficacy and extent of true purgation* Lond. 1696. 4.

J. Rogers *Analecta inauguralia*, *ſ. diſceptationes medicæ; acced. diatribæ diſcuſſivæ de quinque humorum corporis humani concoctionibus*, *potiſſimum de pneumatoſi*, *& ſpermatoſi* Lond. 1664. 8. *. Regii diſcipulus, homo ſingularis, chemicus, tamen Hippocraticus, qui multum librorum legerit. Plures ſunt libelli. 1, *oratio ανθρωπολογικη ανθρωποφυης explorandæ gratia comparata dicta* a. 1662. in templo Ultrajectino. Multum literarum chemicarum & Hippocraticarum, abſque experimento. 2, *aphoriſmi Hippocratici de ratione evacuandi.* 3, *de pleuritide.* 4. *de apoplexia.* 5. *Diatribæ diſquiſitivæ jatroſophicæ ſ. de pneumatoſi*, *ſ. de quarta corporis humani concoctione* Lond. 1664. 4. *. Pleraque phyſiologica, de ſpiritibus. In eorum motu vitia. Pneumatoſeos morbi organici. 6, *Apologia medicinæ chymicæ*, quam cum Galenica ſuadet conjungi. Philologica aliqua ad medicæ artis dignitatem. 7, *de ſpermatoſi* libri III. etiam pathologiam jatrochemicam continent. Ut calor naturalis fermentationem operetur. 8, Iterum de chymiatria morbiſque ſpermaticis. Morbi hyſterici, eorumque curatio.

Francisci Cross Angli *Diſſ. med. inaug. de febre intermittente* Leidæ 1664. 4. propoſita, recuſa Oxon. 1668. 12. *. Sylvianus, ſuccum pancreatis acidum accuſat, & turbatam cordis effervefcentiam. Acc. *Diſſ. epiſtolaris.* Sylvium diſcipulos in noſodochio urinas & cadaverum liquores guſtare juſſiſſe, ut de morbis cognoſcerent. Hyſtericum malum ab eadem, quam dixi, effervefcentia alterata. Pro febrium intermittentium a ſucco pancreatico origine.

Hermannus Grube Lubecenſis, Bartholini diſcipulus.

Ej. *diſp. de gonorrhœa* Leid. 1666. 4.

Ej. *l. de malo citreo* Hafn. 1668. 8. *. In botanicis dictus; utique multum habet practici. Sylvium aceto in peſte ad præſervationem uſum fuiſſe.

Ej. *de arcanis medicorum non arcanis comm. obſervationibus illuſtrata ad praxin medicam directa* Hafn. 1673. 4. & cum libello Bartholini *de tranſplantatione morborum.*

Ej. *de tranſplantatione morborum analyſis nova* Hamburg 1674. 8. & cum priori.

Ej. *de modo ſimplicium medicamentorum facultates cognoſcendi* Hafn. 1669. 8. *. Multa de bonis effectibus vilium, ut videantur, medicamentorum. Puerperam

cum maximis a partu dolotibus luctantem pelle agnina calente ſe curaſſe, quod auxilii genus in Delphina etiam tentatum fuit. Pulverem febrifugum valde laudat, ex ſale prunellæ, & antimonio diaphoretico paratum. Noxæ ſalis volatilis oleoſi SYLVIANI, in tertiana febre hominis bilioſi. Scabioſæ decocto hæmoptyſis ſuperata. Fontes, ſ. ſigna, ex quibus vires plantarum adgnoſcas: huc non color facit, non ſignatura. Elixir aſthmaticum ROLFINKII utile in pleuritide pituitoſa, inque aſthmate. Claſſes ex odore, & vires medicatæ cum certo odore conjunctæ. Sapor & cujuſque ſaporis vires. Amarorum, calidorum in febribus malignis laudes. In vires ſuperſtitioſas. Ex ſapore, odore, & experimento proprio aut alieno de viribus medicis ſtirpium eſſe judicandum. Chemiæ utilitas ad vires medicamentorum perſpiciendas, nimis breviter. Experientia. Diaſcordii vis alexipharmaca. Poſt uſum acidularum funeſta hypercatharſis. A tribus granis reſinæ Jalapæ plurimæ ſedes. Claſſes alterantium. Triplex vis ex triplici ſapore ſe prodit. Opium reformidat, quo tamen in maligna febre ROLFINKIUS feliciter uſus ſit. Contra purgationem electivam. Venena.

EJ. *de ictu tarantulæ & vi muſices in ejus curatione* Hafn. 1679. 8. *. Ipſam hiſtoriolam pro certa recipit; exempla narrat choreæ S Viti ſibi viſæ, quo & morbum a tarantula natum refert. Vox pueri, viri, ſenis, notis expreſſa muſicis. Hiſtoriola hæmorrhagiæ in variolis carmine ſuppreſſæ.

ROD. LOENIUS *explicationem pathologiæ* FERNELII & *l.* 4 *de febribus* edidit, *prognoſes & curationem* addidit Amſterd. 1664. 8.

J. LANAEI *aphoriſmi hippocratis novo ordine digeſti* Pariſ. 1664. 4.

Pharmacopœa Ultrajectina Utrecht 1664. 12.

CAROL. ANT. PAGGII Genuenſis, *Enchiridion medico aſtro chymicum univerſalem medicinæ theoriam complectens, ac praxin, poſt anatomiam reſtitutam* Lisboa 1664. 4. *Scritt. Lig.*

MIGUEL VILLAR profeſſor Valentinus. EJ. eſt *ſlatera jatrica Valentina, in theriacis viperinis, paſtillis, partium pondera librans* Barcinone 1664. Madrit. 1685. C. de V.

FRANCISCUS AVELINUS EJ. *heuroſis in qua corpori maligna febre laboranti veſicantium uſum interdicentes ex ſacra medicorum doctrina caſtigantur* Meſſan. 1664. 4. MONGIT.

F. MARIÆ BRANCACCIO *de uſu & potu chocolatæ diatribe* Rom. 1664. 4. Lego etiam 1665 & 1666 & 1673 fol. & inter diſſertationes 1677. fol.

FRANCISCI DOMINICI BAVISANI *prophylactica proviſio pro vertiginoſa adfectione* Cunei (Coni) 1644. 4. MAZUCHELL. Cl CARRERE repetit cum nomine BARSANO.

EJ. HIPPOCRATES *medicomoralis ad corporis & animæ ſalutem per geminam ejuſdem aphoriſmi expoſitionem accommodatus* Taurin. 1682. 4. MAZUCH.

EJ.

EJ. *la piſcina ſalutare ai bagni di Valdieri con trattato metodico d'ogni regola neceſſaria ſecondo la diverſita de morbi . . . al . . . uſo pratico di quei bagni . . . & con regolamenti d'alteri* Torin. 1674. 8. MAZUCH. & *de thermis Valderianis prope Cuneum* ib. 1690. 8. CARR.

FRANCISCI VERDE theologi Neapolitani *ingenuæ obſervationes phyſico legales* Lion 1664. 4.

EJ. *anacephalæoſis* ib. 1672. fol.

J. CHRISTIAN JEHRING Plavienſis, *de calculorum in humano corpore præſertim in renibus & veſica generatione* Jena 1664. 4. *. Neque a pituita calculos naſci, neque a frigore, neque a fervido urinæ ſpiritu, ſed a materie fibroſa, in ventriculo ſoluta, & rurſus coaleſcente. A calculo ſubito natus enormis dolor, lapillus cathetere admoto detectus, eductus, & alii ſupra centenos ſubinde ſecuti. Ab arenulis calculi præſentiam omnino indicari. Lithontriptica ex vulgari opinione.

DCCXVIII. FRANCISCUS REDUS.

Aretinus, vir nobilis, eloquens, lingua patria elegantiſſime uſus, fervidus poeta, rerum naturalium ſcrutator, in præſtanda narrationibus fide difficilis, ſimplicis amator medicinæ, archiater Principis.

EJ. *oſſervazioni intorno alle vipere* Firenz. 1664. 4. *. 1686. 4. *. Egregium opus, in quo REDUS oſtendit, quanta ſit differentia inter effectum medicamentorum deglutitorum, quæ eadem ventriculi & inteſtinórum vires coquentes patiuntur, & inter eadem medicamenta continuo in ſanguinem impulſa. Venenum enim viperarum ad aliquot drachmas abſque ullo incommodo deglutitur, experimento facto, cujus minima & inconſpicua guttula, in ſanguinem per vulnuſculum inmiſſa, certam necem infert. Sed neque ira liquorem viperarum venenat, cum mortuæ viperæ ſalivalis ſuccus perinde occidat. Non ſal vero eſſe, quod venenum habet, ſed ſalino adfinem, oleoſum tamen liquorem, ex ſua glandula ſecretum, inque cavum dentem defluentem. Suctu, etiam linctu, canis demorſus ſe ipſum ſalvum præſtitit. Experimenta aliqua, quæ REDUS veneno fecit Indico, quo ſagittæ imbuuntur. Omnes viperas ad theriacam conficiendam perinde valere.

Cum MOSES CHARAS ſuam de ira, virium lethalium veneni viperini unica cauſa, proprio ſcripto tueretur, reſpondit REDUS.

Lettera ſopra alcune oppoſizioni fatte alle ſue oſſervazioni intorno alle vipere Recuſ. in E. N. C. Dec. I. ann. II. Majora animalia difficilius occidi: venenum de ore viperarum exemtum, & de feſtuca in vulnuſculum inmiſſum, perinde occidere: ſic caput truncatum morſu lethum inferre. Minus ea animalia pati, quæ mordentur, poſtquam beſtia partem ſui veneni mordendo amiſit. Viperarum carnes aut capita, ab animale demorſo devorata, periculum non minuere.

Aliæ *lettere d'alcune eſperienze intorno al veneno delle vipere al* S. THOM. PLATT

medico e Litteratore Romano 1673. prodiit. Iterum vulnera ſimplicia non nocuiſſe, ſed fiſtulæ in venenum viperæ tinctæ vulnus lethale fuiſſe. Veneno ſiccato morſum capitis demortui non nocere.

Ej. *eſperienze intorno a diverſe coſe naturali particularmente che vi son portate dall Indie* Firenz 1671. 4. 1686. 4.*. Veneni viperini antidotus cum in pedra de cobra quæreretur, is lapis experimento facto iners compertus eſt. Vehemens venenum olei tabaci, ſi in ſanguinem animalis introduxeris. Lapillus *de cobra* vulneri quidem adhæret, periculum vero non minuit. Magica carmina vim pulveris pyrii non fregiſſe. Eodem modo vires lapidis manati in comprimendo ſanguine noſter refutat, & calculi ſerpentis Africani ad febres, & ungularum alcis adverſus epilepſiam poteſtatem. Fraudes, quas circumforanei butyro moliuntur, quod ante ſumtum venenum deglutiunt. De torpedinis vi ſtupefaciente experimenta. De oculis hirundinum reparatis.

Ej. *eſperienze intorno alli inſetti* Firenz. 1668. 4. *. & 1688. 4. Ad hiſtoriam naturalem pertinet. Per hæc ſua experimenta potiſſimum Redus effecit, ut generatio æquivoca veterum deſereretur. Huc revoces: quæ de vermibus dicit, in capite cervorum reperiundis, inque arietum capite, deque animalculis hepatis ovilli. Aliqua de ſcorpiis, & de ſymptomatibus ab ejus inſecti vulnere Tuneti ſubortis, tamen ut ægri mortem evitarent. Alia experimenta Florentiæ facta, quibus varia animalia omnino ab eo ictu interierunt, id autem venenum perinde ipſo in uſu conſumitur. Nulla noxa carnium animalium ab eo veneno occiſorum.

Ej. *oſſervazioni intorno agli animali viventi che ſi trovano negli animali viventi* Firenz. 1684. 4.* Hoc opus pene totum ad medicinam facit, cum de lumbricis, tæniis aliiſque beſtiolis ſermo ſit, quæ intra animalia vivunt, eorumque valetudini nocent. Cum ſerpens biceps abſque malo ſymptomate animalia momordiſſet, Redus adnotat, æſtate ea venena eſſe efficaciora, quæ frigidoribus anni menſibus parum nocent. Iterum viperarum mortuarum capitibus demorſa animalia perierunt. In viverris (faine) ſacculi vermibus pleni in pulmone reperiuntur, tum ſub cute, ſic in putorio, in marte, in ipſo denique leone. Lumbricorum caninorum fabrica. Experimenta variis anthelminticis remediis facta, quorum pleraque lumbricis nihil nocuerunt, ne oleum quidem, ſed nec amara. Multo efficacius mel fuit, & ſolutum in aqua ſaccharum, tum muria, tabacum, piper, cinnamonum, aquæ aliquæ deſtillatæ, & vinum, & vinum ardens. Lumbricos grandes in vicinia pulmonum falconum duobus in ſaccis habitare, tum alios in rapacium avium inteſtinis, in aliis etiam avibus. Vermes inter tunicas inteſtinorum piſcium. Vermes inter muſculos abdominis variorum animalium, in tuberculis œſophagi leonis, felis, melis, hyſtricis. Vermes pulmonis vulpini. In rene martis unicus lumbricus.

Ej. *lettere di* Francesco Redi a variis amicis ſuppeditatæ, in Tomo I. excuſæ

excuſæ ſunt, varii argumenti, literarii, ad rem naturalem facientis, & ad inſecta. Intercurrunt practica. Icteri curatio per tartari cremorem, qua occaſione pro medicina ſimplici orat. Contra ſalis prunellæ uſum in faucium inflammatione: ipſe aquam nucerinam ſimplicem, cum vino cotoneato aut punicis malis medicatam dedit, aut omphacium. Corticem peruvianum febrifugorum eſſe optimum. Pilulæ quas a REDO nominabant. Calculus veſicæ felleæ. Prudens pro puero glande male perforata conſilium. Repetito ſanguis in tertiana febre per hirudines eductus. In podagræ paroxyſmo clyſteribus, & tenui diæta ſolis utitur. Ante alios in coffea aliquid anodyni ſuſpicatur. Caſſiam ſatis laudat.

In T. IV. *collectionis Venetæ* continuantur *Epiſtolæ*. Aquam Tettuccianam de muriæ genere vehementer adverſus dyſenteriam laudat, ASCLEPIADEM imitatus. Conſilia pro nephritico malo: eamdem aquam nucerinam commendat. Methodus lacte repetitis vicibus utendi. In calido temperamento antimonii uſum non probat. Ardori urinæ ſolam vitæ rationem vult opponi. Alvo obſtructæ ſola mitia mederi, terebinthianam potiſſimum & tamarindos, & electarium Alexandrinum. In aſthmate ſanguineo venam ſecat, diæta leniſſima utitur. Hypochondriacum malum ſola leni diæta & parciori levat. In ſumma debilitate acres clyſteres ſuadet. Icteritio cardinali aquam Tettuccianam (falſam) tamquam verum ſpecificum commendat. A MALPIGHIO conſultus ob vitium renale, ſerum lactis dat. Ab Electore conſultus vinum improbat, & auri tincturam, & Jalappæ reſinam. Arthritico cardinali refrigerantia ſuadet, ſic hæmorrhoidario.

Tomus V. iterum eſt *Epiſtolarum*. Hypochondriacum virum ſuo exemplo ſolatur, qui eidem malo ſit obnoxius; id malum ſolis addit frangi humectantibus. Alium tympanitem metuentem ridendo conſolatur. Elixiris proprietatis quinque aut ſex in diem guttulæ debilius fuerint medicamentum, in quo tamen REDUS ſe continet. Calidam in debili ventriculo laudat. Fructus horæos ſaluberrimos eſſe, etiam crudos, ſic olera. In doloribus nephriticis a copioſo potu theæ ipſe noſter levatus eſt. Hypochondriaci alvum laxat.

Tomus VI. totus eſt *Conſiliorum medicorum*. Pauca ſpecimina indico. Adverſus palpebrarum ſuſpecta tubercula longus uſus leniſſimi ſirupi, etiam ſolutivi, deinde ſerum lactis cum fomentis mere aqueis. VICTORIO SIRI, ſeni podagrico, rejectis omnibus potentioribus remediis, mitiſſima quæque ſuadet. Nephritico tamen & podagrico viro uniones cum matre perlarum aliiſque dat abſorbentibus. In dolore univerſi abdominis ſucci primum mites plantarum, cichorii &c. tunc aqua Tettucciana. In gravi caſu venereo cum ſcabie ſicca, ulceribus oris, melancholia, laxantia dat lenia, aquam nucerinam, ſerum lactis, humectantia omnia & refrigerantia. Lignorum decoctum reprobat. In aſthmate & hydrope terebinthina. In arthritide nephritico homini patientiam ſuadet & ſerum lactis. Plura non licet addere.

Subjunctus eſt 1, *libellus de modo quo diætam lacteam regere oporteat*, qua

Redus plurimum utebatur. Lactis etiam ne nimium æger ſumat, ſerio monet. 2, *Tr. de tumoribus* perbrevis. Aquæ potum ægrotis primus reſtituit (*a*).

In Tom. VII. *Conſilia* continuantur. P. I. & II. prodiit Florent. 1726. 4. In hydrope aſcite & ipſe valida medicamenta purgantia improbat, & terebinthinam commendat. In ſcotomia clyſteres ſed ſimplices, quales ſolos Redus admittebat. Caſſiam abſque correctione meliorem eſſe. Contra formulas compoſitas. Adverſus febres epidemicas Liburnenſes: alexipharmaca, & uniones rejicit, aquam puram cum acore miſtam ſuadet Idem medicamentum frequentius iteratum iners fit. Hic tamen in hydrope cum terebinthina Jalappam conjungit & theam, cui potui quam optime cupit.

Aliæ *lettere*, quæ potiſſimum etiam conſilia medica tradunt. In femina gravida extemplo jubet & abſque mora venam ſecari, ſummamque quietem ad evitandam jacturam ſanguinis per vulvam ſervare.

Ej. *bacco in Toſcana* nobile poema eſt Firenz. 1685. & aliud brevius *de chocolata*.

Vitam viri ſcripſit, inter illuſtrium Arcadium vitas, Salvinus Salvinius Romæ 1708. 4. repetitam in noſtra editione *operum* omnium. Parentavit Antonius Maria Salvinius, quæ etiam oratio hic redit. Vitam etiam Fabronius habet, & cum triplici nummo maximi moduli juſſu principis cuſo Ill. Möhsen. Alia vita auctore *Franciſco Cecchio* exſtat in J. Lamii *memorabil. Italorum præſtant* T. II. P. I. Alia in *Giorn. de lettr. d'Ital.* T. IX.

Liber *de inſectis* latine verſus prodiit Amſterd. 1671. 12. *. 1685. 12. 1686. 12.

Ej. *de viperis* ib. 1675. 12. *. 1685. 12, & una *epiſtola* Lond. 1672. 4, ut lego.

Ej. *de animalibus intra animalia* Amſterd. 1708. 12. *. vertente Petro Coste.

Ej. *de rebus naturalibus ex India adlatis* Amſterd. 1675. 12. *. 1686. 12. *.

Opera omnia aliquoties collecta prodierunt, Neapoli 1687. & 1688. 8. tum Venetiis 1711. 8. maj. 1718, 8. maj. 1742. 8. *. 7 voluminibus 8 maj.

DCCXIX. Varii.

Francesco dal Bosco *la pratica dell infermiere nella quale con oſſervazioni fundate nell uſo in moltiſſimi caſi ſi addottrina il infirmiere per ben connoſcere e ne' caſi repentini*

(a) Roncall. *Europ. med.* p. 332.

repentini applicare i remedi proporzionati a i mali de ſuoi infermi Verona 1664. 4. 1666. 12. B. THOMAS 1669. 8. 1671. 8. Venez. 1674. 12. Bologna 1677. 12. MAZUCH.

J. FRANC. AGGRAVI *antilucerna fiſica ove ſcoperta, la conſervazione della ſanità* Padov. 1664. 4. FALC.

EJ. *trattato della ſovrana medicina curativa univerſale d'ogni infermita illetale reativo magiſterio chimicamente edutto dall arcanizato ſpirito aureo detto roſa ſolis* Venez. 1682. 12. ENDTER.

DONATI CALVI *ſcrittori Bergameſi* Berg. 1664. 4. CARR.

DE LA MARTINIÈRE *l'Empirique charitable* Rouen 1664. 12. d'ETR. 1667. 12. FALC.

EJ *traité de la maladie vénerienne de ſes cauſes & des accidens provenans du mercure* Paris 1664. 16. RAST. 1684. 16. FALC. Chemiſta, chirurgus, peregrinator. Ut a podagra dolores venerei differant. Feminarum caſtarum benigni bubones, qui male inciduntur. Gonorrhœam oportet continuo curare, ne in ulcera & veram luem tranſeat. Tabes dorſalis neogamorum. Contra hydrargyrum, vulgari modo præparatum. Veneream luem, quæ pro curata habeatur, diu quaſi ſopitam tolerari. Deauratores ſæpe ſtupidos aut lethargicos fieri. Ut ipſe auctor multa cum ſollicitudine hunc morbum ſanet, hydrargyro correcto: ſed eam quæ per ſudorifera fit correctionem non aperit. Perfecte hecticum ſe curaſſe. Lues in infantibus. Bubo, qui dudum nulla incrementa cepit, porro nulla capit. A ſuppreſſo fluore albo ſcirrhus uteri. Ex ulcere ſe hydrargyrum eduxiſſe. Minimum quodque veſtigium luis oſtendit, non eſſe ſanatam. Leviores gradus morbi aliquando diæta tolli. Aſtrologicæ næniæ, quibus in ſua curatione noſter plurimum tribuit.

JACQUES CHAILLOU *recherches ſur l'origine & le mouvement du ſang, du cœur & de ſes vaiſſeaux, du lait, des fievres intermittentes & des humeurs* Paris 1664. 8. HAENEL. 1675. 12. 1699. 12. Nihil habet boni aut proprii. Antimonii uſum commendat.

EJ. *tr. des humeurs dans les plus ordinaires emotions des hommes* Paris 1680. 8. TR.

PIERRE BARRA *abus de l'antimoine & de la ſaignée demontré par la doctrine d'Hippocrate* Lion 1664. 12. BOH.

EJ. *abus de la theriaque & de la confection d'hyacinthe* Lion 1667. 12.

EJ. *de l'uſage de la glace, de la neige & du froid* Lion 1678. 12.

FOUQUET *art de monter a cheval avec les remedes les plus efficaces pour les maladies des chevaux* Paris 1664. 8.

H. S.

H. S. *Peſt beſchryving en geneeſing uyt verſchydene eerbare arzten verſamelt* Amſterd. 1664. 8. CARLS.

Unterricht von etlichen ſonderlich in Feldlägern geäuſſerten und gewöhnlichen Krankheiten und Zufällen, ſamt den bewährteſten Mitteln auch ohne medicum und Feldſcherer &c. Gotha 1664. 8. HUTH. an LUDOVICI?

CHRIST. LIPSTORP *Bedenken von der Peſtilenz mit angefügtem Bericht wie man ſich für derſelben verwahren auch wenn man angeſtecket curieren könne auf Begehren des Rahtes zu Stade* Stade 1664. 4.

J. HEBENSTREIT *Arzneyſchaz* Erfurt 1664. 4. An ſeculi XV. J. HEBENSTREITII.

Apothekertax aller Arzneyen der Stadt Ulm Ulm 1664. 4. RIV.

J. GEORG SOMMER *Hebammenſchule nebſt einem Weiber und Kinderpflegbüchlein* Coburg. 1664. 12. 1691. 12. 1715. 12. Arnſtatt 1676. 12. 1693. 12. Coburg. 1705. 12.

EJ. *mediciniſche Verordnung was bey der in benachbarten Landen einreiſſenden Peſt zu thun und zu laſſen ſey* ib. 1683.

EJ. Dec. II. ann. I. obſ. 40. In puella nuper partu edita ulcera ſanguinea centena capitis, quæ terrori materno tribuuntur.

Obſ. 41. femina neque menſes patiens, neque lochia.

Obſ. 43. a croco metallorum cruribus admoto vomitus.

Ann. II. obſ. 172. ab ira abortus.

Multa ſuperſtitioſa omitto.

Obſ. 181. fetus exſanguis.

Ann. III. obſ. 103. 105. 106. Draſtica medicamenta feminæ prægnanti ab inſcio data, abſque malo effectu: ſic Emmanagoga.

Obſ. 108. hæmorrhoides per quadraginta annos periodicæ.

Ann. IV. obſ. 124. Poſt fervidam æſtatem dyſenteria epidemica.

Ann. VI. obſ. 8. A rob ſambuci lotium nigrum.

Ann. IX. obſ. 16. Anorexia, dolor ventriculii emetico ejecta piſa, quæ germinaverant.

Obſ. 17. ex uſu turionum ſambucinorum hypercatharſis.

Obſ. 20. duo ſtudioſi juvenes a frigido potu ſubnâta febre ardente exſtincti.

Obſ. 21. a balneo caſu adhibito, in femina gravida variolæ non exſpectatæ feliciter eruperunt.

Obſ.

Obſ. 22. ex nimio gaudio & riſu infans ſubito exſpirat.

Obſ. 23. fetus cum ſignis variolarum in lucem editus.

Obſ. 24. variolæ veſtis pelliceæ ope communicatæ.

Ann. X. obſ. 81. mater debiliſſima, moribundæ ſimillima, & tamen fetus ſanus editus.

Obſ. 82. a galli morſu magna inflammatio & febris.

Obſ. 84. ſanguis de utero puellæ nuper partu editæ, aliquot hebdomadibus manans, abſque malo.

Obſ. 202. eryſipelas univerſi capitis cum febre continua & delirio, effloreſcentibus de capite veſicis tamen ſanatum.

Dec. III. ann. III. obſ. 151. de factitiis cancrorum lapidibus.

Obſ. 155. ardor ventriculi; ad eum petroſelinum.

Ann. V. VI. obſ. 250. Gallus Meleagris per 17. dies cibo carens ſuperfuit.

Obſ. 255. Mors a phaſeolo in aſperam arteriam illapſo.

§. DCCXX. Disputationes.

Peter Biester *de phthiſi* Leid. 1664. 4. Pl.

J. Jac Doebel ſenior. Ej. diſſ. *de lithiaſi renum* Leid. 1664. 4.

Ej. *de fœdis virginum coloribus* Roſtock 1670. 4.

Ej. Hippocratis & Helmontii *conciliatio de generatione* Amſtd. 1677. 4.

Idem Riverii *Inſtitutionum & Praxeos* L. XIV. & *obſervationum centurias quatuor* edidit Francof. 1674. fol.

Ej. *de ovis exercit.* I. Amſtel. 1676. 4. He.

Ej. *Exercitationes quarum* tertia prodiit Roſtock 1676. 4. He.

Just. Boolcoel *de ſterilitate muliebri* Leid. 1664. 4. *.

J. Moolwyck *de phrenitide* Leid. 1667. 4. He.

Gabriel Mindinger *de diarrhœa* Argent. 1664. 4. Riv.

Gabr. Cramer *de obſtructione jecinoris* Argent. 1664. 4. Riv.

Car. Bardili *de ictero flavo* Argent. 1664. 4. Riv.

J. Melchior Sax *de dyſenteria* Argent. 1664. 4. *.

J. Sebast. Otto *de faſcinatione puerorum & adultorum* Argent. 1664. 4. *.

Casp. *a* Ruoff *de apoplexia* Argent. 1664. 4. Riv.

.... Ammianus *de inflammatione lateris ſ. de pleuritide* Baſil. 1664. 4. Pl.

J. Christoph Rhebus *de pleuritide* Baſil. 1664. 4. Pl.

J. Christ. Steeb *de rabie* Baſi. 1664. 4. Pl.

Felix Tschientschi *de aſthmate* Baſil. 1664. 4. Pl.

Casp. Koelichen *de gutta ſ. morbo articulari* Præf. T. Bartholino Hafn. 1664.

Ej. in Act. Hafn. I. obſ. 79. a julis ſambuci hypercatharſis.

Obſ. 80. furor uterinus in virgine 15 annorum ſanatus.

Obſ. 81. hæmorrhoides in femina menſtruæ.

Obſ. 83. & fluor albus in puella ſexennis, quod exemplum inter noſtras puellas non rarum eſt.

Obſ. 85. graviſſima febris acuta, ex terrore nata.

Obſ. 86. 87. aphonia, apoplexiæ fugacis veſtigium. Emeticum profuit.

Obſ. 121. ex uſu balſami ſulfuris cardialgia.

Obſ. 122. ex febre acuta furor, ut juvenis ſe in puteum præcipitem dederit, qui extractus convaluit, argumento innoxiæ efficaciæ frigoris.

Vol. II. obſ. 99. ex ira phrenitis.

Et obſ. 100. ex riſu effuſo pleuritis.

Obſ. 115. febris epidemica petechialis Hafnienſis. cum cephalæa & ſpuria pleuritide, ex mitibus initiis, ſub quartum diem ingraveſcens. Venæ ſectio, niſi in primis morbi initiis, nocebat, Bezoardica & antidotos parum profuiſſe.

Obſ. 116. apoplexia a fungis comeſtis.

Obſ. 118. in cadavere detectus, qui ignorabatur hydrops pectoris: ventriculus pugno non major, hepar ſcirrhoſum.

Joh. Thomasius *de lue venerea* Altdorf. 1664. 4. Pl.

Jac. Burlin *de feminis ex menſium ſuppreſſione barbatis* Altd. 1664. 4. *.

Ant. Klotz *διασκεψις ιατρικη de hæmoptyſi* Jen. 1664. 4.

Car. Pfauz *de fluxu ſanguinis ad præſentiam occiſoris* Lipſ. 1664. 4.

Jer. Loss prof. Wittebergenſis Ej. diſſ. *de eructatione* Witteb. 1664. 4. He.

Ej. *de diabete* ib. 1666. 4. Riv.

Ej. *ad prælectiones medicas auditores invitat* ib. 1672. 4.

Ej. *de languore lymphatico* ib. 1673, 4. *.

Ej. *de aſthmate convulſivo caſus* ib. 1676. 4. *.

Ej.

Ej. *æger tertiana continua maligna laborans* Witteb. 1681. 4. Hl.

Ej. *erotomaniæ ſ. amoris inſani theoria & praxis* ib. 1681. 4. He.

Ej. *de morborum ab imaginatione ortorum alias idealium idea* ib. 1681. 4. He.

Ej. *de glandularum paſſionibus in genere* 1682. 4. He.

Ej. *de hydrophobia* 1682. 4. He.

Ej. *de iliaca paſſione* 1682. 4. He.

Ej. *de lue epidemica ſ. peſte* 1682. 4. He.

Ej. *de arthritide* 1683. 4. Pl.

Ej. *de inflammatione* 1683. 4. He.

Ej. *de lue venerea* 1683. 4. *.

Ej. *de nuce vomica* 1683. 4. *. Ipſe grana duo abſque noxa ſumſit.

Ej. *Gedanken vom alp* Dreſd. 1701. 8. Boecl.

Anton Adam Goldner *de nullitate* Cur. Var. 1664. 4. Heff. ad medic. for.

Car. *le* Breton & Pet. Legier *E. febri fluente alvo venæ ſectio* Pariſ. 1664.

Claud. Perrault & Ant. *le* Moine *E. bene fluida reddere corpora purgare eſt* ib. 1664.

Tuss. Fontaine & Jac. *de* Bourges *E. viſcerum obſtructionibus ſerum lactis* ib. 1664.

Car. *le* Breton & Guid. Cresc. Fagon *E. ſenibus nocet meri potio* ib. 1664.

Claud. Perrault & Petr. Legier *E. diuturni affectus loci mutatione curantur* ib. 1664.

Franc. Pajot & Car. Marteau *E. etiam poſt variolarum eruptionem venæ ſectio* ib. 1664.

Pet. Legier & Lud. Morin *E.* φιλογελοιοι *habitiores* ib. 1664.

Jac. *de* Bourges & Matth. Thuillier *E. feminæ brevioris ſtaturæ fecundiores* ib. 1664.

Florim. Raimond & Phil. Mathon *Non E. eſt aliqua in ſanguine menſtruo & ſemine prava qualitas* ib. 1664.

§. DCCXXI. J. Jacob Waldschmidt.

Profeſſor Marburgenſis, de Cartesii ſecta, medicam theoriam in æthere peregrino, in poris vitiatis, in acido & viſcido poſuit, & ante diem exſtinctus

 eſt,

eſt. NEUHUSIUS, fidus ejus diſcipulus, primus in prima mea juventute mihi Præceptor fuit.

EJ. *de adfectione hypochondriaca* Gieſſ 1666. 4. *.

EJ. *theriacæ Greiffianæ cæleſtis dictæ vires in calculo, podagra, epilepſia, apoplexia aliiſque innumeris adfectibus & præparandi ac utendi modus* Marburg. 1674. 4.

EJ. *de phthiſi* ib. 1675. 4. *.

EJ. *de cura lactis podagricorum ſolatio & certo podagræ remedio* ib. 1675. 4.

EJ. *de epilepſia von der ſchwerennoht* ib. 1676. 4. *.

EJ. *de colica* 1676. 4. *.

EJ. *monita medica circa opii & opiatorum uſum* 1676. 4. *. In acutis morbis opio jubet abſtinere. Recte monet, ſæpe vomitum ciere. In hydrope funeſtum fuit. SYLVIUM nimium opio uſum eſſe.

EJ. *de ebrietate & inſolentibus aliquot ejus effectibus* 1677. 4. *.

EJ. *de ſtupendo illo affectu catalepſi* Marb. 1678. 4. *.

EJ. *de febribus malignis, peſte, variolis & morbillis* ib. 1679. 4. *.

EJ. *de mania* ib. 1680. 4.

EJ. *ſanitatis ſtudioſorum tuendæ methodus* 1681. 4.

EJ. *ſcrutinium peſtis.* Nomen præfixum eſt NEUHUSII 1683. 4. *.

EJ. *de thea* 1685. 4. *. totius ſectæ gratioſiſſimo potu.

EJ. *de hæmorrhagia narium* 1686. 4. *.

EJ. & filii *de morbis aulicis* ib. 1686. 4. *.

EJ. *de pernionibus* 1687. 4. *.

EJ. *medicus Carteſianus detegens in medicina errores hactenus ex ignorantia philoſophiæ commiſſos* 1687. 4. *.

EJ. & filii *chirurgus Carteſianus* ib. 1681. 4.

EJ. *conſilium pro hæmoptoico* ib. 1688. 4. *.

In *poſthumis* plurimæ diſſ. collectæ ſunt, annis non additis. Inter eas *Aſtrologus medicus.*

Hæmorrhagia narium.

De veneni peſtilentis & alexipharmacorum natura.

De ventriculi & inteſtinorum morbis.

De dyſenteria maligna. Opiata, abſorbentia.

De

De hydrope.

De glandulæ pinealis ſtatu naturali & præternaturali.

De febribus integer tractatus.

De acidularum uſu.

De febre maligna.

De ſcorbuto.

Adoleſcens ſcorbuto laborans.

De paralyſi.

De purgantium ex foro medico proſcriptione. Omnes morbos ab obſtructione eſſe, hinc omnes reſolventibus egere.

Deinde varia viri ſcripta exſtant, *Fundamenta medicinæ* Marburg 1682. 8. *. Breve compendium, ex ſua theoria deductum. In *poſthumis* non redit.

Inſtitutiones medicinæ rationalis Marburg 1688. 8. & in *poſthumis* 1696. 8. 1707. 8. *.

Caſus 84 *medici* quos non prius editos eſſe puto. Brevis hiſtoria morbi, ætiologia, curatio per calida, abſorbentia, etiam in pleuritide, abſque venæ ſectione: in peripneumonia tamen venam incidit. In dyſenteria diaſcordium dat & theriacam.

Ej. *monita medica*, ad morbos chronicos. Hiſtoria & curatio morbi. In febribus continuis tamen venam ſecat & acida dat, & ipſum ſpiritum vitrioli.

Ej. *notæ in chirurgiam* Pauli Barbette.

Ej. *praxis medicinæ rationalis ſuccincte per caſus tradita ad praxin* Barbetti & Baldassaris Timæi Francof. 1690. 4. Riv. Multam addit theoriam, ad Cartesii mentem.

Ej. & Dolæi *commercium epiſtolicum* Leid. 1688. 12. Multa practica. Arthritidem nodoſam, cum tuſſi anheloſa & ſemi paralyſi, uſu multo theæ ſuperatam fuiſſe. Purgantia tamen medicamenta ad primas vias corrigendas conferre. Iterum atrophia theæ cum lacte potu curata. Hamis pueri vivi extracti. In quartana ſpiritu cornu cervi ſe ſalubriter uſum. Peregrinum ætherem defendit.

Ej. *anchora ſalutis pro varioloſis, Beſchreibung eines gewiſſen liquoris der Kinder vor den Pocken zu præſerviren, ſelbigen zu curiren und der Theetrank von falſchen imputationem freygeſprochen* Caſſel 1683 4. Boecler Francfurt 1689. 4. 1690 4.*. In variolis & morbis malignis, liquorem cum multa aqua dat, quem non revelat, ſed acidum vitriolicum eſſe adparet.

Ej. *Catalogus medicamentorum ſimplicium pharmacopoliorum Francofurtenſium* ab Em. Koenig in *Amaltheo* editus eſt, parvus libellus.

Ej. *opera omnia* (ultimo excepto) conjuncta prodierunt Francf. 1695. 4. 1707. 8. 2 vol. *. cum brevi vita viri. Recuſa Neapoli. 1727. 4. 2 vol. 1736. 4. 2 vol.

Ej. ſunt in Eph. Nat. Cur.

Ann. II. obſ. 214. veſicatoria in febribus malignis nunquam ſpem ſuam fefelliſſe.

Ann. III. obſ. 231. In febribus intermittentibus ſe vomitu & ſudore per antimonium nitratum moto uti.

Obſ. 233. pillularum Wildegansii infelix uſus.

Ann. VI. obſ. 152. hydropica poſt paracenteſin ſubnata inflammatione periit.

Obſ. 153. In ſubmerſis neque in ventriculo, neque in pulmone, aquam reperiri.

Obſ. 155. emplaſtrum ex cera, oleo lini, & cinnabari certum eſſe præſidium in lacte diſſipando.

J. Jacob Zaunschliffer *oratio in funera* Waldschmidii Marb. 1689. 4. B. Bun.

J. C. *Vademecum* Waldschmidianum, *h. e. inſtitutiones, medicinæ rationales* J. Jacobi Waldschmidt *per quæſtiones & reſponſiones ſub forma tabellarum diſtinctæ* Francof. 1696. 8. Tr. an idem opuſculum prioris paginæ.

§. DCCXXII. Henricus Meibom.

J. Henrici filius, profeſſor Helmſtadienſis, pariter ut pater vir doctus, qui pauca quidem ſcripſit; Idem *de incubatione in fanis* Helmſt. a. 1659. 4. *. præſide Conringio diſputaverat T. II. p. 625.

Ej. *de longævis epiſtola* ib. 1664. 4. *.

Ej. *de venæ ſectionis in variolarum curatione uſu* ib. 1666. 4. He.

Ej. *de motu ſanguinis naturali & præternaturali* ib. 1668. 4. *. Puella ulceroſa, conſumta, quæ a prima ætate menſtruo ſanguine per os ſe liberaverat. In ea inciſa, uterus ſanus, vaſa epigaſtrica turgida.

Ej. *de oſſium conſtitutione naturali & præternaturali* ib. 1668. 4.

Ej. *de arthritide vaga ſcorbutica* ib. 1668. 4. He.

Ej. *pathologicæ exercitationes undecim de morborum differentiis, cauſis, ſymptomatis, ſignis, pulſibus, urinis, febribus, cephalalgia* 1668. & 1669. 4. He.

Ej. *theſes medicæ ex univerſa arte depromtæ* 1668. 4. He.

Ej. *de oleorum ſtillatitiorum natura & uſu* 1679. 4. He.

Ej. *de hæmorrhoidibus* 1670. 4. He.

Ej. *de bubonibus* 1671. 4.

Ej. *de cephalalgia* 1672. 4.

Ej. *de atrophia* 1672. 4. He.

Ej. *de reſpiratione, ejus difficultate, ejuſque cauſis* 1673. 4. *.

Ej. *de colica* 1674. 4. He.

Ej. *de ſanguinis eductione* 1674. 4. He.

Ej. *de phthiſi* 1675. 4. He.

Ej. de *ſuppreſſione urinæ* Helmſt. 1676. 4. *. Ab uno rene obſtructo, tamen lotium integre ſupprimi. Iſchuria abſque dolore & inflammatione, ex renis lardoſa depravatione.

Ej. *de variolis & morbillis* ib. 1676. 4.

Ej. *veris morborumque vernalium & medendi rationis iſto tempore inſtituendæ conſideratio* ib. 1677. 4.

Ej. *de febribus intermittentibus epidemicis* Helmſt. 1678. 4. *. Omnino contagio ſe propagaſſe, ſub principio epidemiæ, non ſub fine. A miaſmate concipi. Venæ ſectione occupari gravia ſymptomata alioquin ſuperventura.

Ej. *de vomitu* ib. 1678. 4.

Ej. *de tumoribus pedum* 1679. 4. *.

Ej. *de cardialgia* 1679. 4. *.

Ej. *de febribus malignis* 1679. 4. *. In febribus Ungaricarum ſimilibus veſicatoria ſuadet.

Ej. *de conſuetudinis natura, vi & efficacia ad ſanitatem & morbos, ejuſque in medendo obſervationis neceſſitate* 1681. 4. He.

Ej. *de concoctione ventriculi læſa* ib. 1682. 4. *.

Ej. *de lue venerea* 1683. 4. He.

Ej. *de ſuffocatione hyſterica* 1688. 4. He.

Ej. *de hæmorrhagia* Helmſt. 1684. 4. *.

Ej. *de fluxu humorum ad oculum naturali & præternaturali hujuſque curatione* ib. 1687. 4. *. & in noſtra *collectione anatomica.*

Ej.

Ej. *de phthiſis curatione per lac* ib. 1687. 4. *. Pulmonis vulnera ſanavit & phthiſin, lacte mulieris, & bubulo lacte, & victu mere lacteo.

Ej. *de vomitu aquæ ex gula* ib. 1688. 4. Pl.

Ej. *de aquæ calidæ potu* 1689. 4. *. Laudat in colica, in malo hyſterico, in podagra, in aſthmate, in phthiſi, in urgente ſiti febris tertianæ.

Ej. *de leniorum medicamentorum eximio uſu* 1692. 4. He.

Ej. *de hydrope aſcite* 1695. 4. He.

Ej. *de abſceſſuum internorum natura & conſtitutione* Dreſd. 1718. 4. *.

Idem a. 1664. Bootii *morbos rariores* recudi fecit, cum præfatione ad hiſtoriam medicam, de ſcriptoribus obſervationum & conſiliorum.

Ej. *de cereviſiis* Helmſt. 1668. 4. *. erudita de potu hordeaceo antiquorum eſt diſſertatio.

Idem Helmſt 1669. 4. *. *epiſtolam ad* G. H. Welschium *de medicorum hiſtoria ſcribenda* dedit. Adfectum opus a patre acceperat, harum rerum gnaro viro: eos libros perficere & edere receperat: ſed nihil ejus unquam apparuit. De Labbeo, Menagio aliis ſcriptoribus ejus hiſtoriæ judicia.

Nuperiorem editionem operis paterni, *de flagrorum in re venerea uſu* Hafn. 1669. 4. *. *epiſtola* auxit *ad res venereas ſpectante.* Prodiit etiam, neſcio an cum hac epiſtola, Lond. 1665. 32. In *catalogo.*

Multæ Cl. viri epiſtolæ ſunt inter Schelhammerianas.

Programma academicum in ejus funere Helmſtatt 1700. 4. B. Bun.

Memoria Meibomiana ib. 1700. 4.

Ej. vita apud Niceron.

§. DCCXXIII. Fridericus Ruysch.

Haagienſis, ex pharmacopolio prodiiſſe dicitur. Idem Amſtelodami ad ſummum ſenium vixit, poliatri munere defunctus, & innumera cadavera incidit, plurimoſque potiſſimum caſus morboſos vidit & breviter fere deſcripſit.

Primum Haag 1665. 12. (1666. 12. *Journal des ſavans*) deinde ſæpe alias (v. *Bibl. Anat.*) edidit elegantiſſimum l. *dilucidationem valvularum in vaſis lymphaticis.* Adjectæ ſunt aliquæ obſervationes de vermibus ventriculi equini. Vermes in aneuryſmate arteriæ meſentericæ equi (quod aneuryſma frequens malum eſt). Ancyloſes vertebrarum; vermes renales canis; ren conſumtus, alter ureter ampliſſimus. Vermis omenti. Meatus cyſticus calculoſa materie repletus, hinc veſicula a bile diſtenta. Pori bilarii boum & ovium cruſta calculoſa obducti.

Scirrhi

Scirrhi meſentericarum glandularum. Vacca rigida, ob glandulas conglobatas ſcirrhoſas. Calculus in hepatis cane. Hydatides in tumores cyſticos degenerare.

Ej. *obſervationum anatomico chirurgicarum centuria* Amſt. 1691. 4. *. Multa memorabilia. Uteri polypus. Uterus ſcirrhoſus prolapſus, vaſti ponderis. Ulcus funeſtum uteri. Inteſtina ab inflammatione connata. Ren uterque conſumtus, membranæ craſſæ, inde diabetes. Hydrops ovarii. Tumor piloſus in omento; Veſicularum acervus in pulmone aere plenarum, obſtructarum, cum aſpera arteria non communicantium, inde aſthma; alia exempla adfinia. Placentulæ retentæ in molas degeneres. Molas eſſe abortuum reliquias aut uteri ſteatomata. In hydrope hydatidum acervus, membranaceo ſacco incluſus. Mola ſanguinis coacti. Veſicula fellis cruſta calculoſa obducta. Placenta veſicaria. Spinæ bifidæ cum oſſium degeneratione aliquot exempla. Sic aneuryſmata arteriæ aortæ. Scirrhus funeſtus ventriculi. Cephalæa ſetaceo repetito curata. Ex aperto bubone lymphæ magnus fluxus. In hydropico hepatis glandulæ tumefactæ. Hepatis ſcirrhus & ſuppuratio, idem cauſtico admoto felici eventu exuſtum. Hernia cerebri. Aſthma cum pulmone aqua ſpumoſa pleno. Lien in pelvim prolapſus. Ovarium mole auctum, inde tumor ventris oblongus. Vermes renum, hepatis. Vermes in ductu cyſtico & choledocho ovis, in aneuryſmate aortæ, in hepate aſelli, hi anguillarum ſimiles. Maſſa cruoris pro mola habita. Tumores aquoſi fetus communicantes cum aquis ventriculorum cerebri. Hepar in hydatides degener. Ab inedia ventriculus & inteſtina contracta. Valvulæ cordis oſſeæ & coalitæ. In peritonæo hydropicæ arenulæ. Bulimus a pyloro relaxato. Scabies veſicæ cum cavernulis. Alveolos dentium in ſenibus evaneſcere. In ſterili femina tubæ Fallopianæ clauſæ. Sanguinem per tubas in abdomen effundi. In hydropico ſcirrhus hepatis & induratæ glandulæ, ſic in viro cum calculis felleis. Invaginatio inteſtinorum. Tormina funeſta, colon inteſtinum enormiter dilatatum. Uterum in puerpera vere moveri ſenſit. Ureter latiſſimus, pure plenus. Dyſuria, inteſtinum rectum craſſius & mire coarctatum, Renes & ureteres latiſſimi, ab impedito lotii exitu.

In *catalogo rariorum muſæi ſui* una edito, aliqua morborum veſtigia recenſentur. Tenaciſſimus polypus ſinus falciformis. Tubæ ſanguine turgidæ, ejus grumus ovario adhærens. Exoſtoſes aliique oſſium morbi. Hydatides in ramulis aſperæ arteriæ bubulæ, frequens morbus. Tumor inteſtini aneuryſmati vero analogus. Os ſincipitis giganteum & tamen humanum.

Ej. *Epiſtolæ* parum habent hujus argumenti. In *Epiſtola* VI. J. Henrici Graetz 1696. 4. *. polypus aſperæ arteriæ dicitur, qui eam arteriam cum ſuis ramis imitabatur. In Ep. XIV hiſtoria ſpinæ ventoſæ chirurgici potius eſt argumenti. In Ep. XV chordam penis eſſe involucrum penis a parte inferiori induratum.

In *Epiſtola de fabrica glandularum ad* Boerhaavium Amſterd. 1722 4. *. morbos varios, quos Boerhaavius glandulis dilatatis tribuit, noſter aliter in-

 terpre-

terpretatur, ut celluloſæ telæ morbi ſunt, hydatides vero vaſa degenerantia. Hydropis peritonæi exemplum. Morbus, in quo equorum adeps in cavum abdomen effunditur.

Uberior *theſaurorum* eſt ſeges, etſi catalogi ſunt perbreves eorum, quæ RUYSCHIUS ſolebat pretio conſtituto oſtendere.

In Theſ. I. Amſtd 1701. 4. Calculi varii, etiam podagrici, tum fellei. Dens unicus, ſed & integer dentium acervus ex ovario muliebri. Vermiculos videri a muſcis poſitos, quorum cum lotio nymphæ prodibant. Calculi pulmonales.

In Theſ. II. ib. 1703. 4. excuſo fungi veſicæ urinariæ, inter eos calculi. Mira hiſtora concrementi ex utero educti, artuum nempe multorum fetuum, ſingulorum & ſolutorum. Chirurgos monet, ne naturales tonſillarum foveas pro abſceſſibus habeant. Calculi equini per anum redditi. Hepar totum celluloſum. Vermis in tumore hepatis.

In Theſ. III. ib. 1703. 4. Fibræ veſicæ urinariæ calculoſa cruſta obductæ. Calculi humani, veſi ales, inter eos molles, qui ſervati dureſcebant. Molæ ex retentis placentulis natæ. Penis alieno loco perforatus. Crinium glomer ex omento humano.

In Theſ IV. ib. 1704. 4. Veſica urinaria vaccæ craſſior, calculoſa cruſta obſtructa, cujus particulæ in caveam delapſæ liberos calculos conſtituebant. Plica Polonica.

In Theſ. V. ib. 1705. 4. *. Calculi fellei rotundi, alii anguloſi. Calculi pinealis glandulæ. Oſſa tarſi emollita.

In Theſ. VI. ib. 1705. 4. Altheromata, in eorum uno pili. Membrana ex ſanguine conquaſſato parata. Mola maxima vaccina, ex pilis ſtipata. Placentula retenta tuberculoſa. Iterum placenta veſiculoſa. Quæ pro molis habentur, eas eſſe placentulas induratas.

In Thſ. VII. ib. 1707. 4. *. Inteſtina feminæ nitentia, ſcintillantia, quaſi gelu obſita fuiſſent. Oſſa leviſſima & carioſa; ex lue venerea. Peritonæum & hydatides plexus chorioidei.

In Theſ. VIII. ib. 1714. 4. *. Oſſa fracta male ferruminata, ſolo ſpongioſo textu coaleſcente. Ab arſenico ventriculi tunica interna ulceribus eroſa. A fractura collum femoris deſtructum, ut evaneſceret, eam eſſe claudicationis cauſam, Glandulæ ſpuriæ in uteri facie interna.

In Theſ. IX. ib. 1714. 4. *. Os tibiæ plenum & abſque medulla. Aneuryſma arteriæ intercoſtalis ovi mole, poſt anxietates & lipothymias funeſtum. Placentæ crus humanum ad funiculi in placentam inſertionem adhærens. Iterum collum femoris fractum, deletum. Animalculum catello ſimile, vomitu redditum cum teſtimoniis: hæſerat in membranaceo ſacco, qui per funiculum adhærebat.

Capilli

Capilli ſponte glomeratim delabentes, etiam repetito. Tumor tendineus manui adhærens, granulis plenus, ab uſtione renatus. Meſenterium hydatidibus fartum. Ureteres prope veſicam in veſiculam terminati, minimo foramine apertam, hinc merito tumidiſſimi. Atheroma placentæ uterinæ. Capilli in atheromate. Teſtis humanus in cellulas cartilagineas converſus. Ex utero prægnantis ovis officula per ulcus educta.

In Theſ. X. ib. 1715. 4. *. Atheromata: Aliqua pilis feta. Inteſtini ſuſceptio, cui cauſæ noſter volvulum tribuit. Oſſa carioſa.

In *Theſauro omnium maximo* ib. 1724. 4. *. cujus deſcriptiones perbreves ſunt, pauca huc faciunt. Cranii fetuum oſſa ſæpe paſſim deficere. Fetus humanus per annum in utero retentus, flaccidus, ſed incorruptus. Os femoris ab œdemate in ſpongioſam naturam converſum.

Ej. *adverſaria anatomico medico chirurgica. Decas* I. Amſt. 1717. 4. *. Hæc boni ſenis opera reliquis utiliora ſunt. Iterum hic de animalculo quadrupede fiſſipede, caudato, vomitu reddito. Poſt magnos dolores nulla in renibus urina, ſed ren tuberculoſus. Glandulæ œſophagum comprimentis felix per hydrargyrum reſolutio.

Decas II. ib. 1720. 4. *. Abſceſſus meſenterii. Ex uretere pure pleno vaſa exeuntia verſus ſiniſtra, pariter pure plena. Femina ex nimia ſalivæ jactura debilitata, ea retenta convaluit. Rachitiça oſſa mollia curvari. Membrana veſicæ gangrænoſa decidens. Placentam, quæ firmius adhæſerit, non debere avelli, naturam enim muſculo proprio ea mole ſe liberaturam. Oſſa pelvis in partu laxari, coccygem cedere.

Decas III. ib. 1723. 4. *. Atheroma. In ovario pilorum faſciculus & carnes, cum oſſe & cartilaginis fruſto. Aliud in quo oſſa & dentes molares. Sanguis in puella poſt terrorem per poros univerſæ cutis ſudans. Inteſtina in fetu ſuſcepta.

Ej. *de muſculo in fundo uteri reperto* Belgice Amſtd. 1726. 4 & latine 1726. 4. *. Muſculum jam in adverſariis dixerat, depinxerat, nullo fibrarum ordine, niſi quod circulares videantur & parallelæ; eum hic repetit, & confirmat, placentæ exitum a natura exſpectari debere.

Ej. *Curæ renovatæ, ſ. theſaurus anatomicus poſt curas poſteriores novus* XII. 1728. 4. *. Pili ſub naſi radice erumpentes, ne igne quidem compeſcendi. Vitulus per ſex menſes in utero vaccæ retentus.

Index operum Ruyschii *ab* Ysbrando Gisberto Arlebout editus eſt ib. 1725. 4. *.

Vita & inventorum critica hiſtoria a J. Friderico Schreiber ib. 1732. 4.

§. DCCXXIV. Richardus Lower.

Medicus Oxonienſis, vir doctus, erecti ingenii, archiater. Ej. *diatribæ* T. Willisii *de febribus vindicatio* Lond. 1665. 8. Amſterd. 1666. 12. *. Mearam Willisii ſententiam parum fideliter exponere. Puellam, quam hæmorrhagia laborantem Willisius chalybeatis contra Mearæ opinionem curaverat, ſanam ſupervivere. Sudores nigri. Sudor, cæruleus, Lowero viſus. Mearam temere triſtia prognoſtica effatum. In tabe meſenterium & omentum ſunt abſque adipe.

Ej. celeberrimus *tractatus de corde, item de motu & colore ſanguinis & chyli in eum tranſitu* Lond. 1669. 8. *. & ſæpe alias (*a*), anatomici quidem & phyſiologici eſt argumenti, continet tamen, quæ ad morbos faciunt. Poſt deliquia animi & frigus artuum frequens, pericardium cordi totum adnatum, idem calloſum. Vermes intra pericardium generari, ſyncopen facere. Febrem intermittentem fomentis anthelminticis diſſipari. Aneuryſmatum & varicum effectus. Vinculum venæ cavæ injectum facile ferri, aortæ circumdatum miras facere anxietates: inde angina. In hydrope pectoris vaſa lymphatica turgida. A lacte in venam injecto anxietas in cane maxima. Poſt tabem & deliquia, & dextri & ſiniſtri ventriculi cordis oſtium carneo concremento fere obturatum: varii ſitus corporis in ſanguinis motum effectus. De catarrhis, non deſcendere a capite, nec ex glandula pituitaria poros in os ſubire. Transfuſionis ſanguinis hiſtoria. Varios in venas vivorum animalium, liquores ſe ante multos annos injeciſſe: deinde transfuſionem feliciter eſſe molitum, quam fuſe deſcribit. Lacerato ductu thoracico canis contabuit, cum tamen bene aleretur.

In editione Londin. 1680. 8. *. accedit in titulo, *Acceſſ. diſſ. de origine catarrhi, in qua oſtenditur illum non provenire a cerebro*, quæ editio Leidæ 1727. 8. *. recuſa eſt. Caput Act. *de catarrhis*. Ex proceſſibus mammillaribus nihil ad fauces deſcendere. In lethargico ventriculi cerebri aqua pleni, infundibulum ſero diſtentum, glandula pituitaria gelatina repleta.

Ej. *bromographia, oder Habercur* Amſtd. 1669. 8. & germanice vertente I. Franco Ulm. 1715. 8. 1722. 8. *. Strasb. 1754. 8. Suecice, vertente cum notis J. Chr. Nordenheim Stokholm 1724. 4. Medicum J. de S. Catharina hoc decocto ad 120 annum vitam protraxiſſe, Lowerum ad nonageſimum (ita Francus). Ptiſana rubra ut inde paretur, ad omnem acrimoniam ſanguinis & humorum utiliſſima, cum curatorum ægrotorum hiſtoriis, a Franco deſcriptis.

Ej. *receipts* Lond. 1700. 8. *Engliſches Arzneybüchlein* Leipz. 1701. 8. 1734. 8. 1753. 8. vertente C. Ludovici.

In *Phil. Tranſ.* n. 28. de transfuſione ſanguinis in cane adminiſtrata agit. Multa ab eo invento ſperat.

Apud Birch & ad annum 1666. refert de transfuſione inter duos canes feli-

(a) v. Bibl. Anat.

feliciter adminiſtrata. Periit alter, omni ſanguine amiſſo, alter vegetus ſuperfuit.

In *Phil. Tranſ.* n. 29 perforato pectore animal perinde vitioſe reſpirare, ut equus aſthmaticus *Windbroken horſe*: ei abdomen in inſpirando detumeſcere & viciſſim. Idem BIRCH. II. p. 210 n. 32. deſcribit morbum in oculo equi, ſpongioſum concrementum ex uvea tunica efflorefcens, cujus culpa animal ſole fulgente nihil videt, nocte utique (dilatata pupilla).

EJ. apud BIRCHII II. p. 203 207. canem ſe facere hydropicum, ligato vena cava aut jugulari.

ID. n. 220 rupto ductu thoracico animal conſumtum.

§. DCCXXV. NATHANAEL HODGES.

Medicus Londinenſis, clinicus. EJ. ſunt *vindiciæ medicinæ* Lond. 1665. 8.

EJ. *λοιμογραφια*, ſ. *peſtis nuperæ apud populum Londinenſem graſſantis narratio hiſtorica* Lond. 1672. 8 *. 1675. 4. TR. Anglice cum notis J. QUINCY Lond 1715. 8, 1720. 8. Peſtem anni 1665 deſcribit, in qua, cum SYDENHAMIUS fugeret, ipſe cum uno ſocio medici peſtilentiarii munere functus eſt, atque periculum felix ſuperavit. Calidæ equidem & diaphoreticæ curationi addictior, tamen, ut recti judicii vir, utiliter ſcripſit. Sequeſtrationem equidem & ædium occluſiones hactenus non male improbat, quod in ejuſmodi damnatis ædibus, cum poſt quadrageſimum diem aperirentur, nemo vitalis repertus ſit. Rogi accenſi inpenſe nocuerunt, ut intra unicam noctem quater mille mortales perierint (a). Cauſam mali noſter in aëre ponit, & ante noſtrum SCHREIBERUM magnam adfinitatem reperit peſtem inter & veneream luem: Fuiſſe etiam in peſte, quibus ſaliva abunde fluxerit. Scrophuloſos & podagricos peſtis ſanavit. In cadaveribus veſiculæ in plexu chorioideo, pulmo putris, cor ſtigmate nigro infectum. Venæ ſectio nocuit. Spes omnis fuit in ſudore moto. Omnem etiam naturalem hæmorrhagiam funeſtum eventum ſortitam eſſe. Perierunt aliqui abſque manifeſta febre & abſque ſymptomate. Cæterum luem peſtiferam cum omni ſuo horrido ſatellitio deſcripſit. Maculæ frequentes eruperunt. In primis ſymptomatibus rigor fuit, ſæpe & vomitus, aut certe ad vomendum conatus, & pene continuo delirium, & vehementiſſima cephalalgia. Febris alias latens, alias manifeſta, typo nullo. Sopor frequens. Sudor ſæpe profuſus & funeſtus, idem ſæpe fœtidiſſimus. Carbones vix in gangrænam tranſibant, niſi chirurgi vitio. Petechiæ rariſſime criticæ. Gangrænæ exiguæ (tokens) etiam in orthoſtadiis funeſtæ, erat ubi multæ in unum vibicem confluebant. Bubones numeroſi meliores, carbunculi numeroſi deteriores. Urinæ nulla fides. In curatione noſter vomitum ciebat, tamen nonnunquam

(a) p. 24. 25.

quam alvum ducebat, ſudorem movebat ſerpentaria Virginiana, ſpiritu cornu cervi, theriaca, zingibere, aquis aromaticis. A lapide bezoar nihil magni præſtari vidit. Caſu detectum eſt, epiſpaſticum emplaſtrum in vicinia bubonis impoſitum profuiſſe: & ea emplaſtra in univerſum utiliter adhibita fuerunt. Omitto curationem prophylacticam. Noſodochia ſuadet. Inter 97306 cives peſtis abripuit 68596, intra annum, vel omnino plures.

HENRICUS *a* MOINICHEN Danus, BARTHOLINI & Italorum diſcipulus, cum LYSERI *cultro* Hafn. 1665. 8. *. & 1679. 8. *. edidit *obſervationes medico chirurgicas.* Pleuritis metaſtaſi in crus ſanata. Abſceſſus renis per urinam judicatus. In iliaco morbo mercurium crudum profuiſſe. Frigidæ fomentum eryſipelati impoſitum ægrum jugulaſſe. Arthritis veſicis ad genu excitatis ſublata, & icterus ſucco condenſato cichorii. Calidis abſque venæ ſectione admotis pleuritis curata. Auriculares vermes ſpiritu vini adſperſo educti. Aneuryſma arteriæ popliteæ ſponte ruptum, pulſus ſublatus, pes extenuatus, æger tamen evaſit. In pene callus durus & curvatio, ſanata guaiaco & hydrargyro.

Has obſervationes LANZONUS recuſas dedit, & Dreſdæ etiam redierunt 1691. 12.

In *Epiſtolis ad* BARTHOLINUM I. n. 44 de quartanæ curatione dixit.

T. II, ventriculi duo abſceſſus obſ. 41.

Ib. obſ 97. abſceſſus inter primam & ſecundam coſtam, pure plenus, non longe a ſterno diſtans, pulmo purulentus.

In *actis* Hafnienſibus Vol. I. obſ. 78. Cardialgia, ſpiritus difficilis, ſenſus moleſtus ventriculi: feliciter dato emetico ſuperatus. Tremor artuum, & debilitas a variolis.

§. DCCXXVI. EBERHARDUS GOECKEL.

EBERHARDUS GOECKEL Ulmenſis, clinicus.

EJ. *fidus Achates oder Frauen und Kinderbüchlein* 1665. 8.

EJ. *Betrachtungen des Zorns und der daraus entſpringenden Krankheiten* Hall. 1665. 8. LEHMANN; etiam 1667. 8. TR.

EJ. *de venenis, eorum cauſis & antidotis* Aug. Vind. 1669. 12.

EJ. *epitome theoriæ practicæ de odontalgia, oder Bericht von dem Zahnweh* Nordling. 1668. 8. TR.

EJ. *enchiridion medico practicum de peſte ejuſque origine, cauſis, ſignis & antidotis, partim ex probatiſſiorum medicorum libris, partim ex obſervationibus propriis concinnatum.* Annexus eſt *l. de venenis* Aug. Vind. 1667. 8. TR. 1682. 8.

EJ. *conſiliorum & obſervationum medicinalium decades* VI. Aug. Vind. 1683 4. *.

Hiſtoria

Hiſtoria eſt integri alicujus morbi, ut ſcorbuti, luis venereæ, cum curatione, & plurimis medicamentis. Aliquæ curationes notabiles ſunt, ut morſus canis rabidi abſque ſymptomate ſanatus. Acidularum analyſis per reagentia; etiam per argenti ſolutionem in aqua forti. Non probes, quod diebus hoſtilibus a venæ ſectione ſe abſteriori patiatur. Femina fulmine percuſſa, ſanata. Epilepſia ab animalculo lacertam referente, & per ſeceſſum egeſto. Ex panis gangræna mortuus, cum noſter nihil contra moliretur. Figulum ex fumis ſaturninis laborantem, medicamentis ex hydrargyro ſumtis ſanavit. Ex halece menſtruo ſanguine venenato funeſta nauſea. A frigidæ potu, cum corpus a vino accenſum eſſet, funeſtus eventus.

EJ. *curieuſe Beſchreibung des a. 1694, 1695, 1696 durch das Silberglätt verſüſſten ſauren Weins, und der davon entſtandenen neuen und vormals unerhörten Weinkrankheit* Ulm. 1697. 8. TR.

EJ. *Bericht von dem Beſchreyen und Bezaubern auch denen daraus entſtandenen Krankheiten* Lipſ. 1699. 8. TR. Idem, ut puto, l. cum ſequente.

Tractatus polyhiſtoricus magicus medicus curioſus Francof. 1717. 8.

EJ. *Gallicinium medico practicum ſ. conſultationum & curationum medicinalium novarum Centuriæ duæ cum dimidia* Ulm. 1700. 4. *. 1722. 4. TR. Hiſtoria morbi cum medicatione numeroſiſque formulis. Intercedunt & alia, ut anatomica, monſtra, chirurgica, aquarum mineralium analyſes. Superſtitionem noſter tamen non probat, ut puerum a dæmonio ſylvatico perterritum, aphonum, convulſum, pedibus contractum, quæ omnia mala abſque dæmone terror facere poſſit. Aliqua non graviſſima narrat, ut curationem cauſi, qui in tertianam abierat, vindicante ſe natura. Febris tertiana ſyncoptica, abſorbentibus & antidotis curata. Similibus aſthma periodicum ſanatum, & in univerſum his auxiliis noſter fere indulſit. Struma enormis ſoporem faciens, funeſta. (Ejusmodi caſum in docto viro vidi, cui ſtruma ferreum lethargum fecit). Hypochondriacum malum purgantibus acidis anodynis curat. Quartana febris corde quidem leporis, ſed etiam ſale ammoniaco & ſalibus lixivioſis ſanata. Diabetes, rarum malum. In empyemate pericardium conſumtum, pulmo dexter pene totus deletus. A fulmine occiſi cadaver nigris maculis varium. In pleuritide abſque venæ ſectione noſter abſorbentibus uſus eſt. Ex terrore circa oſtium ventriculi natus anthrax, mollientibus & virus abſorbentibus ſanatus; & alius in dorſo anthraxi & aſthma ſale volatili cornu cervi, ſpiritu ſalis ammoniaci ſublatum. Cephalæa bimeſtris, cum aurium dolor e enormi, demum pure per aurem effuſo ſanata. In conſilio inſerto WEPFERI venerea mala lignorum decocto ſuperata. Volvulus, cum hydrargyrum potum malum non ſuſtuliſſet, purgante medicamento ſanatus. Sphaceli ſpontanei pedis funeſti. A devorato ſublimato hydrargyro vomitus motus, data theriaca, felici eventu. Ambulandi impotentia curata lignorum decocto. Verum ſingula perſequi non licet.

EJ. *von den wütenden Hundesbiſſen* Augſp. 1679. 8.*. Varii a cane & fele de-

demorſi, in iis priuſquam hydrophobia erumperet, malum ſcarifatione, unguento Ægyptiaco, longa exulceratione, & remediis, etiam cancris combuſtis ſanati.

Ej. E. N. C. dec. II. ann. IV. obſ. 27. Ex terrore in puero aphonia & convulſio.

Obſ. 28. Ex dentitione ſeriori decennis pueri convulſio, & ſyncope, ut difficulter reſtitueretur.

Ann. VII. obſ. 125. empyema, cum non perforetur, funeſtum, de pulmone tantum tenuis pars menbranacea reſidua, pectus pure plenum.

Obſ. 126. capitis & auris diuturnus dolor, rupto abſceſſu, effuſo pure levatus.

Obſ. 128. aſthma periodicum pene ſuffocans, ſanatum ſpiritu ſalis ammoniaci & calidis.

Et obſ. 129. ſimilibus ſublatus dolor periodicus ſiniſtri hypochondrii.

Ann. VIII. obſ. 60. morbus convulſivus, cum vario delirio. Emetico pulvere, deinde ſolitis abſorbentibus pulveribus æger ſanatus.

Obſ. 65. cum hypochondriacus vitæ pertæſus hydrargyrum ſublimatum deglutiviſſet, horrida ſymptomata, vomituritio, tormina, acutiſſimi dolores. Vomitu excitato, deinde data theriaca & butyro, atque lacte, demum æger ſervatus eſt.

Obſ. 67. Tumor glanduloſus intra rectum inteſtinum natus, hæmorrhagiam periculoſam fecit.

Ann. IX. obſ. 65. In puella tumor abdominis, pedum tremor, capitis convulſio, ſingultus, per tres hebdomadas ab ictu majoris aranei.

Ann. X. obſ. 164. a terrore dolores colici feroces, inde febris intermittens putrida, aliaque mala ſanata.

Obſ. 166. convulſiones epilepticæ, ſedatæ expulſo animaculo lacertam referente.

Dec. III. ann. II. obſ. 142. Febris tertiana in viro convulſionibus ſtipata, ut cæcitas ſuperveniret, ſanata amaris calidis.

Ann. III. obſ. 53. Juvenes hypochondriaci, in ſcorbuticam acrimoniam proni, colica convulſiva correpti & intolerabili cephalæa, perierunt, quarto ſervato, cujus ſimilis morbus fuerat.

Obſ. 54. egeſtæ per lotium acus, clavi, cincinni crinium, alia abſurda, ut malum manifeſto, ut noſter exiſtimat, ex faſcino eſſet.

Ann. IV. obſ. 30. vinum aceto lithargyri emendatum. Inde enormia mala, colici dolores, paralyſis, hydrops, qualia etiam mala figulis impendent. Monaſterium totum inde diris malis infeſtatum.

Ann. V. VI. obſ. 37. Spaſmi cynici herniæ ſectioni ſupervenientis curationes, & alterum exemplum funeſtum.

Ann. VII. VIII. obſ. 92. ex fiſtula inguinali erumpentes lumbrici, malum ſanatum.

Obſ. 193. Febris maligna petechialis infecit per flores, quibus cadaver pueri ornatum fuerat, eo malo abrepti: quos flores alii pueri olfecerant.

Ann. IX. X. obſ. 73. a conclavi nuper calce oblito aſthma, æſtus, languor, ſitis, plerique ægri ſanati.

Obſ. 75. epilepſia impræviſa, ſubito lethalis.

§. DCCXXVII. Varii.

Caspar Theophilus Bierling clinicus Magdeburgenſis.

Ej. *diſſ. de elephantiaſi* Argent. 1665. 4. Riv.

Ej. *adverſariorum curioſorum centuria* 1. *cum ſcholiis & appendice medicamentorum* Jen. 1679. 4. *. Morbus funeſtus Ducis Henrici Julii, cui poſt morbum lentum calculi in veſicula fellea, ventriculus lividus ſanguineam materiem continens. Sopor, delirium ex eſu hyoſcyami; extracto caſtorei ceſſerunt. Eſu viperæ ſublata ſymptomata morſus viperini. Febris intermittens cum tumore ſiniſtri hypochondrii, ſanata lapidis candefacti vapore calido. Cœliaca vera, ſ. tabes cum excretione materiæ albæ. Ab arſenico in mortario tuſo, cum vapor ore receptus fuiſſet, tumor univerſi corporis. Sulfuris ſuffitu epilepſia curata (aut certe paroxyſmus ſublatus). Hydrops purgantibus ſanatus, deinde roborantibus. In cadavere reperta veſicula fellis aqua plena & lapidibus. Ex ira eryſipelas; cum tumor aperiretur, in ulcus abiit immedicabile. A febre quartana hydrops, facile ſanatus. Contra pharmacopœum ægros curantem. Lepra Græcorum. Felix in febre hungarica oſtreorum deſiderium. Toxicum ignotum, quo integra familia venenata fuerat, oleo ſuperatum. Scriptionum ad omnes morbos inſignis numerus, non abſque ſuperſtitione.

Ej. *conſilium febrifugum* Magdeb. 1680. 8. Germanice *Gutachten wider die Peſt* Helmſt. 1680. 8.

Ej. *problema pharmaceutico medicum an in peſte Magdeburgenſi medicamenta ανω και κατω evacuantia tuto præſervationis & curationis gratia exhibita fuerint, necne* Helmſt. 1684. 4. lego & 1689.

Ej. *tractatus medico politici prodromus* Lipſ. 1691. 8. Tr.

Ej. *theſaurus theoretico practicus continens obſervationes & curationes medicas, cum* J. Michaelis *arcanis* Jen. 1694. 4. Alii Magdeb. 1693. 4. cum præf. Jac. Wolfii.

Ej. *medicus theoretico practicus* Jen. 1697. 4. Tr.

In E. N. C. Dec. I. obſ. 152. atrophia ex diarrhœa chyloſa.

Obſ. 253. febris tertiana, ſublata verme ſupra ſcapulam exeunte.

Obſ. 268. ſterilitas a carnea excreſcentia os uteri claudente.

§. DCCXXVIII. Varii.

Michael Lipari Meſſanenſis, in Malpighium ſcripſit *Galeniſtarum triumphum neotericorum medicorum inſanias funditus eradicantem, ne mortales ex eorum perpetuo ſepeliendis doctrinis immatura imo violenta morte moriantur* Coſenza 1665. Capite ob rebellionem idem plexus fuit, acer homo, vel hoc titulo teſte.

J. Alos Barcinonenſis. Ej. *criticum apologema adverſus ſtateram jatricam* Michaelis Villar prodiit Barcinone 1665.

Ej. *Pharmacopœa Catalana* ib. 1686.

Ej. *diſquiſitio de corde hominis phyſiologica anatomica* Barcin. 1694. In ea continetur obſ. 22. an ex invento ſanguinis circulo mutata rationalis methodus medendi; obſ. 23. chirurgia infuſoria: obſ. 24 de transfuſione ſanguinis ex altero animali in alterum: 27 de variis & notabilibus pulſuum præternaturalium differentiis Seguier.

Petri Michaelis de Heredia archiatri Regii, *de morbis mulierum & utero gerentium* Lion 1665. fol. Redit in operibus omnibus.

Ej. *opera medica* Antwerp. 1690. fol. 4 Vol. In volumine I. *de differentiis febrium.*

Vol. II. Commentaria in Hippocratis *l. de morbis popularibus* 1688. fol. 1690. fol.

Vol. III. *de morbis acutis, ſomno, vigilia, delirio ejuſque cauſis* Lion 1685. fol. Antwerp. 1691. fol.

Vol. IV. *de adfectibus particularibus & de mulierum & utero gerentium morbis* Lion. 1665. 1685. fol. Antverp. 1690. fol.

Hanc editionem recognovit & emendavit Petrus Barea d'Astorga.

Hieronymi Nigrisoli *Progymnaſma de hirudinum applicatione internæ parieti uteri in puerperis & menſium ſuppreſſione; de ſucci citrei & limonii viribus & uſu in febricitantibus & puerperis; de vena in febribus malignis ſecanda an ſuperior an inferior; de Romana muliere per biennium utero gerente* Guaſtalla 1665. 4. Falc. Bur.

Antonii

Antonii Petitæi *Criſimologium dierum criſimorum ratio* Amiens 1665. 8. Gunz.

Hieronymi Barbati *de arthritide* L. II. Venet. 1665. 4.

Daniel Georg Morhof viri docti, *Princeps medicus* Roſtock 1665. 4. *. Hiſtoria ſanationum a Regibus Galliæ patratarum, in Hiſpania etiam tentatarum. Sed & Carolum II. Angliæ Regem ſcrofuloſum tetigiſſe vidit. Hiſpanorum *ſaludadores*, qui inhalando ſanant, Valentinus Greatrake.

Ej. *polyhiſtor literarius philoſophicus & practicus, ſ. de notitia auctorum & rerum commentarii* Lubec. 1692. 1695. 4. 1732. 4. *. Præter notitiam antiquorum, variis modis tamen ad medicinam ſpectantium, huc facit Tomi III. liber VII. medicus, perbrevis quidem. De Bibliothecis, de MS. de libris ineditis, prohibitis, inpiis. Exſtitiſſe tamen Basilium Valentinum. Libri chemici, illi veterum Ægyptiorum. Societates eruditæ. Bibliothecarum & catalogorum ſcriptores & vitarum. Polygraphi, Epiſtolographi. Memoriæ ſubſidia. Scriptores Græci. Latini. Poetæ antiqui, veteres, Philoſophi huc & Aristoteles. Hiſtoria naturalis ut inſtituenda ſit. Phyſica poetarum, philoſophorum nuperorum, Paracelſi. De elementis, lapidibus, ſalibus, plantis, animalibus ſcriptores.

Ej. *de auro* Kiel 1690. 4.

Petri Lambecii literatoris, *Commentarii de Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi* Huc faciunt Liber II. Vienn. 1669 fol. B. B. quo Græci quidam codices fuſiſſime deſcribuntur, ſpecimina eduntur codicum, ſæpe ab editis diverſa, demum de vita & ætate ſcriptorum quæritur. Potiſſimum hic Dioscoridis in alphabeti ſpeciem redacti, & Julianæ Aniciæ ſumtubus ſeculo VI. exarati deſcriptio habetur, cum inutilibus, quod doleas, figuris; ſic de Crateva; aliiſque Græcis medicis, vitæ & ſcriptorum monumenta.

In *itinere Tirolenſi* recenſet Codices MS. nuperorum medicorum, etiam morbos.

L. VI. ib. 1674. fol. dicuntur codices medici Græci, pluſculi, neoterici & ſemibarbari, tamen etiam Hippocratis, Galeni, Aetii, Oribasii, Moschionis. Ex Eutecnii ad Nicandrum ſcholiis deſumtæ animalium icones. Ex codice arabico icones ſerpentum. Iterum de Dioscoridis codicibus.

L. VII. ib. 1675. fol. Quadraginta philoſophorum Græcorum codices, quos inter pluſculi medici, imprimis neogræci. Fuſiſſime etſi & abſque ullo ordine vir Cl. ſcripſit, neque ad ea ſatis advertit, quæ præcipua erant, bona utique ſua habet propria, neque alibi reperiunda.

Cæsaris Egassi Bulaei *hiſtoria univerſitatis Pariſienſis, ipſius fundationem, actiones, facultates &c. privilegia, reformationes a* Carolo M. *ad noſtra tempora complectens* Tom. I. ab. a. 801. ad 1100. Pariſ. 1665. f. T. II. ab 1110. ad 1200; ib. 1665. fol. Tom. III. a. 1200. ad 1300., ib. 1666. fol. Tom. IV. ab a. 1300.

1300 ad 1400. Tom. V. ab a. 1400. ad 1500. Tom. VI. ab. a. 1500. ad 1600. ib. 1673. f. B. BUN. Multas ob cauſas ad bibliothecam medicam pertinet.

Comes *de* FLISCO *de fato anniſque fatalibus tam hominibus quam regnis* Frf. 1665. 4. TR. ſi huc facit.

Epiſtolæ clariſſ. virorum & reſponſa tum medica, tum philoſophica Roterdam 1665. 4.

FRANCISCUS PIENS *de febribus in genere & ſpecie ex veterum & recentiorum ſcriptis perpenſis* Amſterd. 1665. 8. 1669, 8. Genev. 1689. 4. cum adnott. MANGETI.

§. DCCXXIX. VARII.

MONCONIS *voyages* Pariſ. (Amſterd.) 1695. 8. vol. 5.*. Germaniſce Augſp. 1697. 4. Ex magiſtratibus patriis fuit, curioſiſſimus homo, ut arcana & peculiaria aliqua videret, Europam, Aſiam & Africam adiit, magica venatus & lapidem philoſophorum: hæc quidem Cairi & alibi meras reperit eſſe fabulas, paſſim tamen magnam vim ſcriptionum medicarum, chemicarum, phyſicarum collegit. Non omnia fida eſſe, facile dedero: neque credo viro, ſanguinem vulpis in veſicam injectum calculum ſolvere: neque ſympathiam ſanguinis & vitrioli calcinati. Melior eſt ſcriptio ad gangrænam ex ariſtolochia in vino cum ſaccharo temperato. Plurima hippiatrica. Bryonia ad hydropem, in vino infuſa. Pueris macilentis vermis ex recto inteſtino erepſit. Radicis cardui aſinini cortex ad ambuſta. Balſamum ad vulnus ulceroſum, hoc unguentum ipſe expertus eſt, cum alias pleraque aliena fide recenſeret. Sideritis ad pleuritidem. Ad arenulas cancri vivi contriti. Varia, quæ in conſeſſu ſocietatis Regiæ Britannicæ audiverat. Pice liquida in dorſum illita bufo occiſus. Bardanæ laudes ad pleuritidem. Scriptio pulveris comitiſſæ (*Kent*). In T. III. integrum volumen ſcriptionum ſ. formularum.

JEAN THOMAS RIOLLET *remarques curieuſes ſur la theriaque, avec un traité ſur l'orvietan* Bordeaux 1665. 8. RIV.

BELL'S *remembrancer of chriſtenings and mortality containing the weekely bills during the plague* 1665. 4. OSB.

London's dreadfull viſitation, or a collection of all the bills of mortality for the year 1665.

Certain neceſſary directions as well for the cure of the plague, as for preventing the infection by the colledge of phyſicians Oxford. 1665. 4. MEAD.

GUALTHER NEEDHAMS *medela medicinæ a plea for the free profeſſion and a renovation of the art of phyſik* Lond. 1665. 8.

GUIL.

GUIL. DRAGE's (DRAGEUS) *pyretologie* Lond. 1665. 12. De febribus intermittentibus, neſcio an nomen latinum ſit.

W. G. *A true gentlewomans deligth wherein is contained all manner of cooking* Lond. 1665. 8.

NIC. MATTH. SIEGFRIED *wahrhaftige Beſchreibung des balſami vitæ ſ. ſulphuris oder Schwefelbalſams* Schleuſingen 1665. 4. TR. 1676. 4.

ROBERT HOOKE mathematicus, mechanicus, a ſocietate Britannica annona ſublevatus, ut experimenta in conſeſſu faceret, vir meditabundus & melancholicus. EJ. ſunt *Philoſophical experiments and obſervations*, quæ poſt mortem viri prodierunt edente GUILIELMO DERHAM Lond. 1726. 8. *, Mortes boum & ovium a gramine in aſperam arteriam recepto vidit. Colica a fumis plumbeis in comitatu. Derbyshire endemia, etiam animalibus infeſta. Vir periodice aphonus. Alvi, hinc & lotii, ſuppreſſio, extracto de ano lapide ſublata. Agnus in omento matris repertus. Orvietani vera ſcriptio. Vis narcotica cannabis Bangue. Puer ex ſumpto pulvere cynæ vomuit animalcula numeroſa, millepedum ſimilia.

ANDR. MACKII *Unterricht wie die ungariſche Krankheit zu erkennen* Rudolſtatt 1665. 4. TR.

Officina pharmaceutica Quedlinburgica, Verzeichnis aller Materialien ſo in den Apotheken zu Quedlinburg zu bekommen Quedlinb. 1665. 4. 1701. 4. TR.

Der Stadt Bremen erneuerte Apothekenordnung ſamt beygefügter ſpecification der medicamenten und deren præparation Brem. 1665. 4. RIV.

Hausmittel für ſchwangere und gebährende Frauen Ingolſtatt 1665. 8. HEIST.

GEORG KRESLIN *neuvermehrtes und verbeſſertes Aderlaßbüchlein* Nürnberg 1665. 8.

J. ANDR. CAMMERER *Bericht wie ſich ſchwangere Weiber zu verhalten haben, oder aſtronomiſcher Grund von aderlaſſen, ſchröpfen und baden* ib. 1665. 8.

§. DCCXXX. MICHAEL ETTMULLER.

Lipſienſis Profeſſor, ex chemica HELMONTIANA & SYLVIANA ſchola, acidorum hoſtis, patronus abſorbentium, ante diem vitæ finem fecit, non ſupra 39 annos natus, & ſuo tamen tempore inter celeberrimos medicos habitus eſt.

Ipſe pauca ſcripſit, varia vero eo vivo ab aliis edita ſunt, plurima poſt mortem viri.

Diſputavit a. 1663. 4. *. *de ſingularibus*, ſed auctorem puto eſſe G. WELSCHIUM, qui idem præſes fuit.

Inauguralis diſputatio ipſo auctore prodiit Lipſ. 1665. præſide M. F. FRIESE cum tit. *coralliorum tincturæ examen.* Chemiæ inter artes medicæ partes noſter plurimum ſe dedit. Num genuina detur tinctura quærit, num mera corroſio, aut pulvis coralliorum in liquore ſuſpenſus. Veram tincturam non exſtare, ſolutiones vero aliquas non inutiles. Laudat, quæ fit coralliis in ſucco citri ſolutis ſuperfuſo, ſpiritu ſaſſafras: aut ſpiritu coralliorum ſuper coralliis repetito digeſto.

EJ. *de morſu viperæ* Pr. S. R. SULZBERGER Lipſ. 1666. 4. *. 1679. 4. *. 1685. 4. *. Pene cum CHARASIO adfirmat, mortuam viperam non nocere, totam eſſe alexiteriam, neque vivam, niſi irritatam mordere. Deinde ſigna morſus & curationem dat, quæ obtinetur vinculo injecto, uſtione, aliis modis.

EJ. *de chirurgia infuſoria* Lipſ. 1668. 4*. De nobili Luſato, cujus venator infuſo in venam vini ſpiritu canem inebriaverit. Ipſe auctor ſpiritum ſulfuris injecit, inde canis periit, ſanguine non coacto (cani enim etiam ſaniſſimo viſcidus eſt ſanguis). Oleum tartari ſanguinem diſſolvit, necem perinde intulit; ſic a mercurio ſublimato, in aqua ſoluto & injecto, animal periit, eliquato ſanguine.

EJ. *medicina Hippocratico chymica* Lipſ. 1673. 4. *. 1679. 4. 1684. 4. *. Leid. 1671. 12. *. nempe auctoris, qui chemicis principiis adoptatis, veterum laudes vel honoris cauſa cum laudibus chemicorum conjungebat. Vera enim HIPPOCRATIS ſtudia, & accuratam morborum adnotationem, noſter non urſit.

EJ. *de dolore hypochondriaco vulgo, ſed falſo putato ſplenetico* Lipſ. 167 . 4. *. Recte lienem abſolvit. Vidit in hoc malo colon ſumme diſtentum, gyrum ejuſdem inteſtini ſiniſtrum arctiſſime contractum. Auctor dicitur, qui reſpondit, EMANUEL BLUM.

EJ. *valetudinarium infantile* Lipſ. 1675. 4. *. Crinonum icon microſcopio aucta, adeo difformis animalculi, ut vix adgnoſcas animal eſſe.

EJ. auctore reſpondente ADAM SIGISM. SCHOLZ *cerebrum orcæ vulgare ſuppoſititium ſpermatis ceti larva develatum* Lipſ. 1671. 4. *. Valde laudat ſperma ceti ut venereum, anodynum, antihyſtericum, ad tormina utile, ad catarrhum ſuffocativum, & aſthma, hic potiſſimum manifeſto nociturum.

EJ. *de medicis balneis artificialibus* Lipſ. 1672. 4. *.

EJ. *de malo hypochondriaco auctore* & Reſp. I. CHRISTOPHORO TROPANEGGER Lipſ. 1676. 4. *. 1684. 4. *. In ventriculo malum reſidere.

EJ. & A. Reſp. GODOFREDI WEINLIG *de epilepſia* Lipſ. 1676. 4. *.

EJ. & A. Reſp. MAXIMILIANI PREUSS *parva magnorum morborum initia* ib. 1676. 4. *. Experimentum ETTMULLERI, Pomum colocynthidis a ſale tartari omni

omni vi purgante exui, neque pondere minui. Mercurium vitæ a ſpiritu vini cicurari, ut deorſum alvum cieat. Una guttula olei aniſi 30 libras aquæ odore imbui &c.

Ej. & auctor. Reſp. J. Frid. Ittig *diſp. de temulentia* Lipſ. 1678. 4. *.

Ej. *vis opii diaphoretica* Lipſ. 1679. 4. *. Jen. 1682. 4. *. 1696. 4. Gunz. Venet. 1727. 4. Melioris notæ & veriſſima diſp. Certum enim eſt, ab opii uſu pulſum augeri, perſpirationem cum caloris ſenſu cieri, relaxatis una poris; hinc in calculo utile eſſe: ab ejus uſu lotium ſalibus cryſtallinis plenum reddi, quod cum doloribus pallidum ſit & tenue. Phthiſicis conſummatis convenire. Nonnunquam, (& veriſſime) opium vomitum moviſſe.

Ej. *de præcipitantium vero uſu feroque abuſu* ib. 1681. 4. *. reſpondente J. Guilielmo Pauli, poſtea profeſſore Lipſienſi. Nempe de abſorbentibus, omni laude dignis ſecundum auctorum, cum plerorumque morborum acor cauſa ſit & fomes. Fixa tamen abſorbentia non ultra primas vias operari. Ventriculo moleſta eſſe. Acorem morboſum nimis figere, nocere coctioni ciborum, recidivas facere.

Ej. & Reſp. Georgii Melchioris Wiedemann *de corpulentia nimia* ib. 1681. 4. *.

Ej. *idea præſcribendarum formularum* ib. 1682. 4. *. Integer tractatus: in elegantia formularum noſter cum Wedelio excelluit.

Ej. *oratio ad inaugurationem cathedræ botanicæ* ib. 1682. 4. *. Ut ars aſperiora medicamenta mitiget. Sulfur antimonii in ſomniferum, & mite, medicamentum reformari. Salem tartari vetegabilium omnium vim frangere.

Ej. *de ſingularibus* R. filio M. Ernesto Lipſ. 1683. 4. *. nempe medicamentis alicui medico propriis, unique morbo ſubigendo deſtinatis. Diſplicere, quod a rationali medicina abducant. Male ab inventoribus occultari.

Quæ ſequuntur *poſthuma* omnia, eorumque pluſcula ſubleſtæ fidei ſunt.

Primum continuo a morte viri J. Christophorus Aussfeld M. D. Hamburgenſis, Leidæ, ſuo ſumtu a. 1684. 4. *, edidit *Chemiam rationalem ac experimentalem curioſam*, & multa alia, præter prælectiones Cl. viri ſe editurum promiſit. Eam chemiam publico programmate ſuppoſititiam eſſe Ettmulleri vidua & filii monuerunt. De ea tamen hoc loco dico, quod ipſe filius fateatur, videri prælectiones eſſe chemicas, a Parente ſtatim ab adito munere publico dictatas. Cæterum veri nominis chemia eſt, in qua multa ſunt, quæ ad artem medicam faciunt, ut caput de correctione medicamentorum acrium. Purgantia draſtica ex regno vetegabili ſumta, per acorem mineralem fere corrigi. Elaterium tamen melius fermentatione cicuratur. Colocynthis temperatior, ſic opium. De præparatione medicamentorum. Non ſimplicia conſideranda, ſed integræ compoſitionis

vires

vires. Cæterum ETTMULLERUS filius hanc chemiam in ſua editione omiſit, tum GEORGIUS FRANKE in editione Francof.. 1688. fol. *.

Succeſſit, eodem ut puto AUSSFELDIO curante, *medicus theoria & praxi inſtructus, i. e. fundamenta medicinæ vera* F. Lipſ. ſ. potius Dreſd. 1685. 4.*. Lion 1685. 4. Pathologia, hygieine & therapeutice huc faciunt. Prælectiones ſunt, cum additis notis. Theoria fermentorum, acidi morboſi, neceſſariorum in morbis acutis volatilium medicamentorum & calidorum, hic redit. Citatorum locorum paginas editor addiderat. Experimenta nonnulla in urina facta. Eam ab adjecto oleo tartari magnum ſedimentum ponere (ſed & aqua fontana ab oleo tartari album pollinem dejicit). Iidem lixivioſi ſales urinam turbidam limpiditati reſtitudunt, ſanæque reddunt ſimilem. Cum ſpiritu nitri ſales cryſtalliſati parietibus matulæ adhæreſcunt, & urina magis turbatur; ut adeo alcali lotium naturali ſimile reddat, acor morboſo, adeoque concrementa producat. Multa vero ſunt & peculiaria experimenta. Sudorem in acutis valde commendat. Epilepticus idemque venerea lue infectus, hydrargyro ab utroque malo liberatus eſt. Hic libellus cum utilia contineat, tamen pro ſuppoſititio habitus, & in *operum* collectionibus omiſſus eſt.

Sed etiam Londini 1683. 4. Lugd. 1685. 4. 1686. 4. 1690. fol. curante PETRO CHAUVIN, Leid. 1685. 4. *. prodierunt *Opera omnia theoretico practica, morborum omnium dilucida deſcriptio & curatio per ſelectiſſima. Acc. Chirurgia medica, methodus conſultatoria, tum tractatus aliqui particulares.*

De Leidenſi & Lugdunenſi editione ACTA ERUDITORUM conqueruntur (*a*).

Iterum Lugduni *opera pharmaceutica*; SCHROEDERUS *dilucidatus*; *Comm. in* D. LUDOVICI *l. de pharmacia moderno ſeculo applicanda*; *Pyrotechnia rationalis*, *ſ. Collegium chymicum experimentale* Lion 1686. Perinde *prælectiones* extemporaneæ, adeo neque elaboratæ ſcholæ.

Alium codicem nactus bibliopolas edidit *Opera omnia* curante GEORGIO FRANCO Francof. 1688. fol. *. Eo volumine continentur, 1. *Inſtitutiones medicæ.* Pathologia, ut in l. jam citato, ſemeiotice breviſſima, therapeutice.

2. Porro EJ. *adnotationes practicæ ad Inſtitutiones medicas ex prælectionibus* anni 1670. Pleraque in formulis verſantur. Malignitatem, & contra eam calida alexipharmaca hic & alibi noſter confirmat.

3. *Collegium practicum de morbis humani corporis*, perinde ex prælectionibus deſcriptum, tamen ut citationes etiam adjectæ ſint. Inter purgantia præfert antimonialia, eaque infuſa, & jubet ad liquoris pondus magis adtendere, quam ad pulverem. Prælectionem ſubitaneam excuſes, quando Cacao cum *Cocoſnüſſe* confundit. Verum, ne per ſingula eundo in inmenſum labor creſcat, de ſolis dicemus variolis.

Mira

(a) 1685. n. 7.

Mira hiſtoriola J. MICHAELIS, variolarum in uno latere, morbillorum in altero; tum variolarum, quæ eodem tempore diſſitis locis habitantes fratres invaſerint, occiderint. Curatio ſuſcipienda per bezoardica & alexipharmaca. Febrem modo ſimpliciter malignam eſſe, modo cum ardente maligna complicatam. Petechias tamen ſudoriferis non urgendas. Alvum non laxandam, ne clyſtere quidem, cujus effectus funeſtus eſſe poſſit. Hoc peſſimo J. MICHAELIS præcepto ipſe me puerum pene jugulatum fuiſſe memini, cum medicus alvum 14 diebus clauſam immotus contemplaretur. Vomitum in principio mali in malignis ſæpe jure cieri. Venæ ſectioni nullum locum eſſe. Cum ſanguis tamen a ſale volatili in morbis malignis diſſolutus ſit, acida oportere cum alexipharmacis conjungere. Opium in malignis ſalutare eſſe, non ita theriacam. In variolis motus nimius potius conpeſcendus eſt, & putredini reſiſtendum. Inter ſudorifera eminere camphoram, deinde ex cervo deſumta medicamenta, & ex vipera, tum calculum humanum bezoari vi ſua æqualem, ſulfur antimonii fixum, bolum, terram ſigillatam (mirum cum acidis conſortium, quæ, & quidem mineralia, pariter laudat); ſudorem etiam pane calente ciet umbilico impoſito. In principio præcipitantia (abſorbentia) conferre, in progreſſu ſudorifera. Morbillorum eruptionem promtam, urget liquore cornu cervi ſuccinato cum aqua florum ſambuci propinato. Hæmorrhagiam narium bufone adpenſo compeſcit. Retrocedentibus variolis veſicatoria potentiſſime mederi. Puſtulis lardum imponit, peſſimo iterum conſilio. Salivationem ſymptoma eſſe. Proxima variolis febris purpurata *der Frieſel*, cujus cauſa ſit malignus & ſui generis acor.

EJ. *chirurgia medica*. Pariter fere in formulis eſt, atque in medicamentis internis. In contuſione non exſpectandam maturationem, & prius ſedem mali incidendam, ne in gangrænam abeat. Parotidum maturatio cepis adjuvanda. Carbunculo in medio apice illiniendum antimonii butyrum, aut emplaſtrum arſenicale A. SALÆ. Oedemati cataplaſma ex caprillo ſtercore inponendum: Strumis emollientia, ut ſuppurentur. (Nunquam ſtruma ad ſuppurationem duci debet), habet tamen & ſpongias. Scirrho radix bryoniæ cum caprillo ſtercore.

4. *Collegium conſultatorium*. Caſus ut videtur varii, ut quiſque auctori curandi obtigerit, ad quemque conſilia & formulæ. Catarrhus a. 1675. per Germaniam epidemicus; etiam cum dolore punctorio pectoris conjunctus. Laudano & papaveraceis hic uſus eſt. In dyſenteria iterum acorem accuſat, & terras abſorbentes opponit, opio in progreſſu mali abſtinet (non bene). Caſus ſunt 38.

5. SCHROEDERUS *dilucidatus*. Hic iterum deſideres, ut abeſſent vires imaginariæ temere ubique plantis tributæ, quæ nihil ejuſmodi vere poſſint præſtare. Plantarum ad veneficia catalogus, nullo iterum fundamento nixus. Mireris de arnica ſcribentem dicere, plantam eſſe exoticam, de ea ſe nihil legiſſe, quæ tamen multo prius Germanis nota fuerat. Quis ferat hydropem, bellidis uſu curatum ? Suturarum a cephalæa diſceſſionem MICHAELEM emplaſtro de ranis cum emplaſtro de betonica miſto curaſſe. Biſtortam ſanguinem effuſum diſſolvere, acerbam plantam; Dentiſcalpia ex buxo facta vi narcotica dentium dolores ſopire. Secunda-

 rum

rum humanarum mira efficacia. Argentum capiti reſpondet, ejus malis & epilepſiæ medetur.

6. *Commentarius in* SCHROEDERUM *&* MORELLUM, *inque eorum methodum præſcribendi formulas & præparationem medicamentarum compoſitorum.* Artificis opus.

7. *Commentarius in* D. LUDOVICI *pharmaciam moderno ſeculo accommodatam.* Iterum artificis opus. Sirupos ob naturam ad fermentationem pronam in morbis acutis non convenire. Cohobationem, quæ fit ſpiritu proprio ſuper ſiccam plantam adfuſo, nullius eſſe uſus. Materiam perlatam CRUGERI ex lapide violaceo parari (Granite obducto byſſo rubro iridem redolente). In aloe vim purgantem a parte gummea eſſe, tormina & hæmorrhoidum excitationem a reſina. Scammonium veterum noſtro multo mitius fuiſſe. Colocynthidis grana aliquot cum ſale tartari blande alvum expurgaſſe. Succo elaterii recente ad cochlear dato auctor hydropicum valide purgavit. Fermentatione ſe ex elaterio potum vinoſum obtinuiſſe, cujus ſpiſſatum extractum blande alvum duxerit. Ad aſthma iridis ſuccus proficuus eſt. Caſu datus albus helleborus pro nigro, cum periculo vomitum & alvum civit. Angelicam Helvetiorum Germanica præſtare, nimis civiliter, cum in Helvetia Angelica vera rariſſime creſcat, & fere ex ultimo ſeptentrione accerſi debeat. Hoc cæterum opus in univerſum ex melioribus eſt.

Pyrotechnia rationalis. Collegium, quod in locum chymiæ primo loco dictæ ſucceſſit. De tribus principiis chemicis. De acido ventriculi nihil inquit ſe dicere, cum a nemine non admittatur. Recte, omnem animalem adipem acorem continere. Salem ammoniacum ſingulare eſſe ſtomachicum adverſus ἀπεψιαν remedium, ſummum etiam febrifugum poſt vomitum datum, potentius futurum, ſi cum cancrorum oculis conjunxeris. Salem marinum recte ſali fontano præfert; ſalem heterogeneum nitro admiſtum ejus eſſe vitium, quod ſal fuerit omnino marinus. Ab alcali fixo nitrum optime depurari. Spiritum nitri in febribus malignis aliis acidis ſpiritibus mineralibus præſtare. Ætheris, aut certe liquoris anodyni veſtigia in ſale volatili, quem noſter leniſſimo igne de ſpiritu vini conjuncto ignis vi elicit. Camphora in ſpiritu nitri ſoluta potens adverſus maniam medicamentum eſt. Recte, plerumque in vitriolo ferrum cum cupro miſtum ſubeſſe. Omnino vitriolum calcinatum aëri expoſitum novum dat ſpiritum acidum. In antimonio multum latere hydrargyrum metallicum, qui de natura ſaturni participet. De hydrargyro fuſe: Mercurium vitæ cum mercurio dulci tritum abire in catharticum innocuum. Stannum ſulfure abundare, & cum nitro in igne agitatum inflammari.

Poſt octo annos ſucceſſit editio J. CASPARI WESTPHAL Francf. 1696. fol., quam editor per decem annos integros ETTMULLERI auditor duplo auctiorem vocat. Sed MICHAEL ERNESTUS auctoris filius parum ei acceſſiſſe monet, & parum in eo quod acceſſit boni eſſe, ſynopſin enim inſtitutionum fruſtra adjici,

cum

cum inſtitutiones ipſæ proſtent. Confuſum de præſcribendis formulis tractatum diſſertatione authentica deteriorem eſſe.

Alia editio operum omnium Lugduni (Lion) dicitur a. 1690 prodiiſſe.

Alia Londini 1701. 8.

Alia Amſtelod. 1702. hæc minus plena FRANCIANA.

Demum ſucceſſit Francof. 1708. fol. 3 vol. * editio, quam MICHAEL ERNESTUS MICHAELIS filius curavit, jam a. 1703. adornatam. Hanc ex chartis paternis plurimum auxit, & ex *prælectionibus*. Acceſſit vero præter FRANCIANAM editionem, *diſcurſus phyſicus de principiis rerum naturalium*, breve opuſculum, in quo chemia ſaliumque hiſtoria cum morborum origine connectitur.

Tentamina uromantica. Hic experimenta redunt, quæ diximus, facta a. 1676. in urina humana, cui varios ſales admiſcuit, ſed ornatius hic repetuntur pleniuſque, omnino centum quinquaginta, deinde in P. II. corollaria ſubjecta ſunt. Lotii colores ab acido eſſe, aut a concentratione contentorum. Deinde urinas per morbos perſequitur. In febribus acorem mali cauſam eſſe, eoque ſuperato febrem ſuperari. Coctionem poni in acoris converſione in ſalem neutrum, quæ per effervescentiam fiat.

Inde *Collegium chemicum* ſatis fuſum anni 1671. omitto hactenus, etſi cum medicina utique connectitur.

Tentamina chymica. Experimenta nempe auctoris propria. Proceſſus chemici. Eventus præcipitationis per ſpiritum urinæ factum, ejus ſpiritus ad acores chemicos habitus, deinde cum ſolutione plumbi. Cum eodem conjunctorum ſuccorum vegetabilium phænomena, ſingularium etiam plantarum deſtillationes, ſpiritus fætidus hyoſcyami, qui debiliter fermentat, & tamen fætorem deponit. Experimenta cum magneſia facta. Fermentatio vinoſa. Sanguinis phænomena cum admiſtis ſalibus chemicis & acore marino, ſic cum ovo, cum bile, liquore &c.

Diſputatio de fermentationis & putredinis convenientia, cui annus non additur, quo propoſita fuerit. Duas has mutationes ſibi opponi, illam in acorem tendere, hanc in alcali.

Tomum II. ſolum efficit *collegium practicum*, non modicum volumen. Morbos a capite ad calcem hic auctor perſequitur, unicum vero ego caput excerpam, *de febribus malignis*. Ita dici, quæ ſubito vires proſternant, & quarum magna ſint ſymptomata. Sudorem ſubdulce quid & fatuum olere, quale quid cadavera ſub initio putredinis ſpirant. Se in arthritide vaga ſudorem acidum percepiſſe. Deglutitionem difficilem frequens & lethiferum ſymptoma eſſe. Cauſam contagioſorum morborum eſſe in maligno fermento multiplicabili, quod ſe adſociet mumiæ humanæ ſpirituali, vitali. Naturam ei eſſe acidam volatilem, &

& ſuperari iis, quæ acori reſiſtunt. Et ſanguinem adficere, & ſpiritus, hos deſtruere. Ad curationem requiri expulſionem fermenti per eruptiones cutaneas, humorum reſtitutionem in naturalem temperiem, per balſamum, ſulfur, alexipharmaca, theriacam: ſed in principio mali vomitum cieri debere. Opium utramque replere paginam. Veſicatoria utilia eſſe. Inde formulæ, ſudoriferorum potiſſimum. In petechiali febre peculiariter malum placidum videri, etiam tunc quando proxime nunc lethum inferet. Omnibus rite factis ægros non difficulter convaleſcere, per vomitoria, ſudorifera, abſorbentia, theriacalia, veſicatoria. Purpuram *Frieſel* oriri a ſale volatili, acore ſui generis maligno ſaturato. Curatio eadem. Scorbutum cum malo hypochondriaco confundere objicit Cl. LIND.

In T. III. *Collegium medico chirurgicum* ei ſubſtitutum, quod olim prodierat *chirurgiæ medicæ* nomine. Mumiæ & magneticæ curationi fidem præſtat.

De chirurgia transfuſoria diſputatio, non alias ni fallor, excuſa. Collectio experimentorum paſſim factorum. Totam cæterum curationem improbat, de ejus incommodis monet, ad juventutem reparandam fruſtraneam eſſe confirmat, vitia ſanguinis rarius curare vult, prodeſſe tamen melancholicis forte, & iis qui cum periculo hæmorrhagiis obnoxii ſunt, pleriſque in morbis nihil poſſe, quos recenſet.

Collegium medico practicum. Amplum opus. Ægroti ſunt 318, quorum morbos noſter breviter deſcribit, & ſua conſilia ſubjungit. In exemplo, Pleuritis eſt ab acore; ejus caſus pene deſperatus, ægra tamen ſervata per alcalia volatilia, abſorbentia, laudanum, ſudore ſuborto, abſque venæ ſectione. Hepatis inflammatio iterum ab acido viſcido fit, pulſus ei undoſus eſt, curatio obtinetur per cremorem tartari, antiſcorbutica, epithemata. Hæmoptyſes ab ulcere tibiæ clauſo. Fonticulus tunc aperiendus, pulmo hedera terreſtri & chærefolio conſolidandus.

EJ. *caſus & obſervationes* 313 multo breviores. Tuſſis humida pectoralis. Noſter oxymelle ſquillitico uſus eſt, papavere, opio. A verberibus in femina epilepſia, ſanguis per alvum: clyſteres dati, & ſpiritus ſalis ammoniaci, bono eventu. Phthiſi oppoſitum ſperma ceti, & oxymel ſquilliticum, fruſtra, ut exſpectares.

Vitam dedit filius cum hac editione, & dederat JOACHIMUS FELLER Lipſ. 1681. f. B. BUN.

Curante NICOLAO CYRILLO Napoli 1728. fol. opera ETTMULLERI recuſa ſunt.

Hic *animadverſiones* acceſſerunt, de quibus M. ERNESTUS ETTMULLER in *Actis Erud.* conqueſtus eſt, ſed reſpondit in *Bibl. Italica* T. XVIII. CYRILLUS, tum in proprio libello, quem dicemus.

Porro

Porro *Opera omnia* MANGETUS & CYRILLUS Genev. 1736. fol. 4 vol. recuſa dederant. Plena repetitis & inutilibus eſſe filius queritur, & *Inſtitutiones* per theſes cum adnotationibus practicis omiſit, quod in amplioribus *Inſtitutionibus* redeant.

Compendium operum prodiit Lond. 1702. 8. Amſtel. 1702. 8. 2 vol. & Lion vel Baſil. 1705. 8. *. abſque nomine viri. Germanice *kurzer Begrif der ganzen Arzneykunſt* Baſil. 1738. 8. 2 vol. Leipz. 1717. 4. 1735. 4. cum SYDENHAMIO Anglice Lond. 1699. 8. 1703. 8. 1712. 8.

Seorſim prodierunt ex operibus Cl. viri, ut videtur, decerpta capita *Tractat von Flekfiebern auch andern hizigen und zufälligen Krankheiten in einem conſilio medico gezeiget* Freyburg 1726. 8. TR.

EJ. *practice of phyſik* aliquod fuerit ex operibus jam recenſis, quæ prodiit Lond. 1690. 8. Fuerit idem cum Gallico libro *Pratique de médecine ſpeciale ſur les maladies, avec des diſſ. de l'auteur ſur l'épilepſie, l'ivreſſe, le mal hypochondriaque, la douleur hypochondriaque, la corpulance & la morſure de la vipere* Lion 1691. 12.

Libelli CYRILLI quos citavi ſunt, 1. *In ea quæ in Actis Lipſienſibus* 1731. *M. Maj. de Neapolitana operum* ETTMULLERI editione carpſerat. Reſponderat M. E. ETTMULLER filius. CYRILLUS iterum reſpondet, non ille molliter.

Pro N. CYRILLO pugnatur in l. inſcripto *vindiciæ adverſus Lipſienſium reſponſiones*, perinde 4. *. ACTORUM ERUDITORUM auctores pro ETTMULLERO reſponderant, noſter ſe tuetur. Verum tota lis non eſt tanti.

§. DCCXXXI. DISPUTATIONES.

J. BERGER *de lue venerea* Leid. 1665. 4. PL.

J. *de* LOUVAIN *de palpitatione cordis* Leid. 1666. 4. MOELL.

GIBERT RULE *de rachitide* Leid. 1665. 4. *.

WILHELM *de* VRIES *de peripneumonia* Leid. 1665. 4. *.

DANIEL WESTELIER *de ſcorbuto* Leid. 1665. 4. *.

CORNEL. *v.* DYCK *de ſuffocatione hypochondriaca* Leid. 1665. 4. *.

HUBERT HOEN *de ſyncope* Leid. 1665. 4. HE.

CHRISTIAN POLITIUS *de catarrho* Groning. 1665. 4.

SEPTIMIUS ANDREAS FABRICIUS *de catulis hydrophoborum* Patav. 1665. 4. *. Imaginarios eſſe.

Ej. *μελετημα ιητρικον medicinæ univerſalis* Venet. 1666. 4. *. ejusmodi adverſus medicamenta. Adjecta eſt hiſtoria duorum ſerpentum, qui a purgante medicamento ſumto de pueri alvo prodierunt.

Ej. *diſcurſus medicus de termino vitæ humanæ* Rom. 1666. 4. Tr.

Marci Koch *de melancholia hypochondriaca* Argent. 1665. 4. Pl.

J. Mithob *de paſſione colica* Argent. 1665. 4. Moell.

J. Philip Gieswein *de febre maligna* Gieſſ. 1665. 4. *.

Ej. *de ſuffocatione uterina* ib. 1665. 4. *.

Ej. *Hodegus medicus ſ. ſyſtema univerſæ materiæ medicæ Galenico chymicum* Francf. 1676. 8.

J. Wilh. Mogen *de miſerere mei ſ. Ileo dicto* Gieſſ. 1665. 4. Mellin.

J. W. Hechler *de noctambulis* Gieſſ. 1665. 4. Pl.

Christoph Faseltus *de ſtillicidio ſanguinis ex interemti hominis cadavere præſente occiſore* Witteb. 1665. 4. Vat.

Ej. *de natura ſenii* 1671. 4. He.

Christ Hundeshagen *de imaginatione ejuſque viribus* Jen. 1665. 4.

Ej. *de ſtillicidio ſanguinis in hominis violenter occiſi cadavere conſpicuo, an ſit ſufficiens præſentis homicidæ indicium?* Jen. 1679. 4. & in Valentini *novellis.*

J. David Ulstaett *de mola* Altdorſ. 1665. 4. Pl.

J. Geuder *oratio de Democrito Abderita cognominato ab injuria vindicato* Altdorf. 1665. 4. Pl.

Henrici Stæhelin *aſſertiones medicæ de catarrho* Baſil. 1665. 4.

Ej. *poſitiones de lactis defectu* ib. 1669. 4. Leu.

Ægidius Dexbach *de adfectu hypochondriaco* Baſil. 1665. 4.

Phil. Jac. Waldschmidt *de pica* Baſil. 1665. 4. *.

J. Amman *de inflammatione lateris ſ. pleuritide* Baſil. 1665. 4. Scheuchz.

Ej. puto, J. Ammani *gründlicher Bericht von der Peſt* Schaffhauſen 1677. 8. *. Collectanea, non diſſimulante auctore. Poſt difficilem annonam anni 1629. peſtem in urbe patria ſecutam eſſe. Prognoſtica: noſter multum lunæ tribuit. Contra amuleta. Venæ ſectionem & purgationem rejicit. Gelatinas pro alimento commendat. In ſudoriferis totus eſt. Bubonis in vicinia veſicatorium emplaſtrum imponit, tamen ut bubonem adtingat. De petechiis ſilet, quæ certiſſime funeſtæ ſint, neque ulli auxilio cedant.

Nic.

NIC. GROJEAN *de incubo* Baſil. 1665. 4. *. præſide J. R. BURCKART.

GEORG HORST *de ſiriaſi* Baſil. 1665. 4. *.

JACOB ROTH *Theſes inaugurales medicæ* Baſil. 1665. 4. *.

GUID. CRESC. FAGON olim archiatorum coſſmes *E. ſudor cruentus, naturæ vi* R. PET. LOMBARD Pariſ. 1665.

DIONYS. JONQUET & RAYM. FINOT *Non E. ſemper & certum impedimentum generationis, amoris vinculum* ib. 1665.

ANT. *le* MOINE & ROB. RAOULT *E. ſtatim a menſtruorum effluvio concepti firmioris valetudinis* ib. 1665.

TUSS. FONTAINE & MATTH. THUILLIER *E. μονοσιτια mentem & ſenſum acuit* ib. 1665.

FRANC. PAJOT & ROB. RAOULT *E. graciles obeſis vivaciores* ib. 1665.

FLOR. LANGLOIS & CAR. *le* LONG *Non E. unquam ſalubris ebrietas* Pariſ. 1665.

CH. *le* VASSEUR & LUD. MORIN *Non E. annus qui fructuum, idem & morborum ferax* ib. 1665.

HIPPOL. *du* VAL & RAYM FINOT *E. vindicat ab abortu venæ ſectio* ib. 1665.

CAR. MARTEAU & CAR. *le* LONG *E. omni apoplexiæ jugularium ſectio* Pariſ. 1665.

MICH. MARES & PET. LOMBARD *E. mulieri utero gerenti επικρασις* ib. 1665.

MART. AKAKIA & MATTH. THUILLIER *E. incunte febre continua ſævo dolore ventris opii uſus phlebotomiæ non præferendus* ib. 1665.

DCCXXXII. PHILOSOPHICÆ TRANSACTIONES.

A multis annis, dum bellum civile ſæviebat, Oxonii docti viri, auctore potiſſimum JOHANNE WILKINS, conveniebant. Iidem a. 1648. (*a*) Londinum migrarunt, & ſuos conventus iterarunt, & experimenta fecerunt, aut noviter inventa imitati ſunt, inque acta ſua faſtoſque retulerunt. Ad eos mature acceſſit ROBERTUS BOYLE & alii Cl. viri. Inde, cum CAROLUS II ad avita regna revocatus fuiſſet, idem anno 1662. & 663, privilegiis neceſſariis ſocietatem ornavit, juſſitque regiam dici, ipſe non expers naturalis philoſophiæ, ſtatuta etiam legeſque eo tempore nova ſocietas ſibi ſcripſit. Præter conventus ſolitos, ceperunt iidem 6 die Martis a. 1665, qui Anglis eo ævo audiebat 1664, edere *Philoſophical Tranſactions giving ſome account of the preſent undertakings, ſtudies and labours*

(a) Ita SPRAT, BIRCH. n. 1645.

labours in many conſiderable parts of the world: nam I. volumen annis 1665 & 1666. reſpondebat. Ejus operis ſcopus eo tempore fuit, non ſolos labores edere, ſed recenſere, quæ ubicunque aut noviter inventa eſſent, & experimento confirmata, aut publicis etiam typis excuſa. Collector, & hactenus auctor, erat HENRICUS OLDENBURG Bremenſis, cujus vitam dedit THOMAS BIRCH (*a*). Etſi princeps ſcopus virorum hiſtoria naturalis fuit, medicinam tamen non neglexerunt.

Ita n. 3. retulerunt de vi pulegii ſylveſtris Virginiani ad occidendos ſerpentes caudiſonos efficace.

IDEM HENRICUS OLDENBURG ann. III. obſ. 126. de oſſibus & inter ea 30 vertebris, carioſis fere: de abſceſſu umbilici in viro excretis, ex DENISII relatione.

In I. cæterum volumine Tranſactionum ROBERTUS MORAY de morte ſubita ſeptem foſſorum, qui in fodinis carbonariis in veterem cuniculum venenato aëre plenum deſcenderant; ii omnes ſubito tamquam fulmine percuſſi perierunt.

IDEM n. 5. retulit de morbo D. BELCARRAS, cujus corpus inciſum vidit, ut pericardii aqua nulla eſſet, calculi inter utrumque ventriculum duo, corpus emaciatum.

N. 6. LOWERUS & TIMOTHEUS CLARKE de gramine non infrequenter in aſpera arteria ovium boumque reperto.

N. 7. CHRISTOPHORUS WREN Aſtronomus & Architectus, circa a. 1660. propoſuerat infuſionem medicamenti in venam animalis. Curavit experimentum R. BOYLE. Opium canem ſtupidum reddidit, crocus metallorum vomitum funeſtum civit. Ab eo tempore experimentum ſæpe iteratum fuit a variis, potiſſimum a TIMOTHEO CLARKE. Inventum tamen debetur CHRISTOPHORO WREN.

N. 12. J. BEALE de curatione tumorum cyſticorum (*wen*) quæ obſtinetur fricando tumorem manu mortui corporis, a qua admota ægrotus frigoris ſenſum ad cor tendentis percipiat. Alia non probabilia.

N. 22. NATHANAEL FAIRFAX monet, araneas abſque noxa deglutiri. A ſucco venenato bufonis labium mire intumuiſſe, neque unquam naturalem modum recuperaſſe.

CAROLO II. imperante & hactenus ſocietati favente, ſatis feliciter Nova Societas ſe ſuſtinuit: nummi tamen extortu difficiles fuerunt, cum paulatim, qui libere ad ſumtus publicos contribuerant, ſuam liberalitatem interrumperent. Multum enim edendis novis libris, inſtrumentis emendis, experimentis adjuvandis impendebant. Lites etiam inter HOOKIUM & OLDENBURGIUM Societati moleſtæ

(a) *hiſtor of the R. ſoc.* III. p. 354.

moleſtæ fuerunt, ut de HENRICI STUBBS iniquiori judicio ſileam. Ita demum eo res rediit, ut ab a. 1688. ad 1690. Acta Societatis edi ceſſarent. Eorum loco ſolus ROBERTUS HOOKE ab anno 1679. edere cepit *Philoſophical collections*, quarum ſeptem numeri prodierunt, deinde *lectionum* CUTLERIANARUM titulo nova phyſica porro publicavit.

Demum imperante GUILIELMO Societas convaluit, & ab anno, ni fallor 1691. nunquam deſiit ſua acta ſolito tempore edere. Legibus etiam utilibus ſe circumſcripſit. Ita penes virum, qui a ſecretis Societatis erat, hactenus ſolum arbitrium fuerat ſeligendarum ad editionem diſſertationum, is vero ſelectus non omnibus placuerat, hinc nuper ſtatutum eſt, ut nihil ederetur, niſi a ſelectis membris ſocietatis probatum fuiſſet. Numerus etiam ſociorum, qui fere in nimium excreverat, lege circumſcriptus eſt, ut quotannis pauci, iique per ſua opera noti exteri adoptarentur.

Numeri ad uſque n. 497. numerati fuerunt, inde volumina pro numeris ſubſtituta fuerunt, & nuper ſancitum, ut extemplo fere ederentur, eodem anno nempe prior dimidia pars communicatarum cum Societate diſſertationum, proximo anno altera ſemiſſe; ut omnino multo promtius nunc ea omnia poſſideamus, quæ Societas edit.

Penſum cæterum Societas ampliſſimum ſibi ſumſit, hiſtoriam naturalem totam, medicinam, artes nobiles, matheſin puram, demum & literas.

THOMÆ SPRAT Epiſcopi Roffenſis (*Rocheſter*) *hiſtory of the roy. Society of London for the improvement of natural knowledge* Lond. 1667. 4. . . . 1734. 4.*-1764. 4. Fuſa dictione ſcripta eſt & eloquente, ut ſæpe in multa alia ſe auctor diffundat, apologiam contra obtrectatores interponat, & aliqua noviter cum ſocietate communicata interponat.

Sed nuper THOMAS BIRCH, qui eo tempore ſocietati a ſecretis erat, ex ejus ſcriptis & faſtis decerpſit diarium eorum, quæ in nova ſocietate, inque ſingulo conſeſſu, prioribus annis geſta ſunt, & multa nobis ſervavit, quæ OLDENBURGIUS olim prætererierat. Titulus eſt qui SPRATII, & prodiit Lond 1756. 4. & ſqq. annis, quatuor voluminibus. *

Compendia plura prodierunt, ſed quæ utilius nunquam prodiiſſent, cum & utiles libellos omiſerint & titulos corruperint. Primum J. LOWTHORP numeros ad 1700. in *compendium* contraxit, ediditque London. 4. *.

Inde BENJAMIN MOTTE ab. a. 1700 ad 1720. *compendium* continuavit.*

Aliud *compendium* eſt Cl. JONES, REIDII & GRAII ad a. 1732.

Aliud *compendium* eſt ab a. 1719 ad 1772. JOHANNIS JAMES & J. MARRARD ab a. 1733 ad 1749, aliud iterum J. BADDAMII X. vol. 8.

Tomi primi quinque *Tranſactionum* prodierunt latine Lipſiæ 1675. 4. *. Sex volumina Amſterd. 1668. 12. *. Gallice aliquot volumina an. 1731. ad 1736. curante D. BREMOND, & ab a. 1737 ad 1746. cura D. DEMOURS. Nuper etiam Wittebergæ ceperunt recudi.

Ante a. 1665. Socii egerant Jun. 1661. cum TIMOTHEO CLARKE, de infuſione liquorum in venam vivi animalis.

A. 1662. de vini præparatione & artibus longa diſſertatione.

Sic ROBERTUS MORAY de malta a. 1663.

IDEM a. 1663. de venenis, venenatis ſagittis, de veneno tabaci.

R. HOOKE de mortibus animalium in vacuo ſpatio incluſis.

T. CLARKE potiſſimum, & alii a. 1663. de fetubus in utero retentis, quorum oſſa variis modis per abſceſſus prodierunt, de partu ventrali, de medicamentis calculum ſolventibus.

IDEM a. 1663. experimenta infuſoria fecit.

POPE a. 1664. de vapore lethifero ſpecus Agnani.

Anno 1665. de morte a morſu viperæ Anglicæ, ſi vera eſt hiſtoria.

Anno 1665. experimenta circa mortes animalium in vacuo ſpatio iteraverunt.

Experimenta facta veneno in venas vivi animalis injecto, quod vocant Florentinum. Ab oleo tabaci injecto canis vomuit.

DANIEL COX feles oleo tabaci, etiam unica guttula in linguam deſtillante, occidit.

De veneno Macaſſarico.

Junii die VII. JOHANNES WILKINS de experimento transfuſorio ad Societatem R. retulit.

Canis a vipera Anglica demorſus ſponte convaluit.

§. DCCXXXIII.

§. DCCXXXIII.

Journal des Savans.

In Gallia eodem fere tempore diarium cepit edi, cujus initia fere eadem ſunt, quæ *Tranſactionum Philoſophicarum*, non quod eruditæ ſocietatis opus fuerit, ſed quod partim libros recenſeat, & partim nova experimenta & adnotationes det. Ejus primus auctor fuit Denis de Sallo Senator in Curia Pariſina, primumque *folium* prodiit 5. Jan. 1665. 4. B. B., & porro hebdomadatim exiguis foliis, poſterioribus vero temporibus ab. a. 1707. menſtruis. Ej. Sallo diarium tranſiit in curam abb. Gallois, qui ab a. 1666, nomine uſus eſt domeſtici ſui de Hedouville. Ab anno 1675. auctor fuit *Abbé de la* Roque, a. 1687. ſenator Cousin. Demum a. 1701. ſocietati hæc opera tradita eſt, cui Cancellarius præſidet, idemque diarii auctores ſeligit, & ab eo tempore paſſim celeberrimi in quaque arte viri cenſuras dederunt, adnotationes vero rariores factæ ſunt, ut pene ſolæ librorum recenſiones ſuperſint.

In hoc diario paſſim etiam & medici libri recenſentur, & obſervationes medicæ excuſæ dantur. Pariſiis pergit prodire, & Amſtelodami forma 12 auctius recuditur. *

LIBER DECIMUS.

THOMAS SYDENHAM.

§. DCCXXXIV.

Magnam in medicina converſionem huic viro debemus, qui recto judicio & abſque præjudicio ad artem acceſſit, & eventus abſque præconcepta opinione ſpeculatus, morborum curationes ad naturæ nutum reformavit. Hactenus enim tres ſectæ regnaverant. Galenici in meridionali Europa, & apud Gallorum pleroſque, artemque medendi quatuor qualitatibus, atque remediis cuique qualitati contrariis ſuperſtruebant. De eorum polypharmacia & debilibus in maximis malis auxiliis, cum vulgo ægroti quererentur, exſtitit in Germania ſecta *Chemica*, quæ cauſis morborum non magni factis, rejectis qualitatibus, victus ratione exigui habita, medicinæ perfectionem in certis & potentibus medicamentis ponebat, arte chemica paratis; ejus adſeclæ venæ ſectionis oſores & Galenicæ purgationis, calidis fere medicamentis indulgebant, & caldis atque ſudoriferis. Tertia ex chemica ſecta & ex Carteſiana theoria compoſita Sylviana, incipiebat circa hæc tempora in Belgio prævalere, & paulo poſt in Germania & ipſa regnavit, quæ in fermentis vitioſis, inque acore potiſſimum, & in viſcore, cauſas morborum ponebat, iiſque medebatur præſidiis, quæ his cauſis contraria eſſent, alcalinis fixis & volatilibus, aromatibus, eſſentiis, demum paulo poſt adtenuantibus & theæ infuſo.

Thomas Sydenham variolas & morbos acutos in univerſum his calidis & alexipharmacis medicamentis deteriores fieri convictus, & naturam freno ſæpiſſime egere, non ſtimulis, curationem febrium acutarum totam immutavit, & in refrigerantibus & acidis, in aere libero, in venæ ſectione ſuam ſpem poſuit. Porro conſtitutiones epidemicas idem accurate obſervavit, & comperit, aeris ſtatum ſuis annis certos morbos producere, diverſos ab iis morbis, qui eodem cum nomine aliis annis regnaverant, alias variolas, alias dominari febres, alias dyſenterias, alia indigentes curatione, aliis egentes criſibus, quam quæ eodem cum nomine morbi notæ fuerant. Idem vidit conſtitutionis epidemicæ proprium morbum etiam in aliis morbis regnare, ut in exemplo, ſi dyſenteria dominator fuerit morbus, etiam in febri-

bus alvum laxam faceret. Plerique medici, & princeps BOERHAAVIUS, SYDENHAMI præcepta amplexi ſunt, quæ viderentur ad HIPPOCRATICAM ſimplicitatem nos revocare, ad accuratam morborum obſervationem, & ad curationem, qualis in *l. de victu acutorum* deſcribitur. Poſteri tamen, RICHARDUS primum MORTON, tum JOHANNES HUXHAM, in SYDENHAMIO notarunt, quod eam quidem curationem ſapientiſſime nos doceat, quæ febribus cum inflammatione conjunctis opponi debet, non perinde utiliter nos ei forè obſecuturos, ſi in febribus nervoſis & malignis perinde ſanguinem profunderemus, refrigerantia urgeremus. Nuperrime denique compertum eſt, febrium acutarum ſimplicem curationem eo fere redire, ut in principio tamquam inflammatoriis medeamur, alvum laxemus, acida propinemus, putredini reſiſtamus; a ſtatu vero morbi pene idem malum tamquam malignum morbum & vires proſternentem tractemus, & cortice chinæ chinæ, vino, aliiſque in eum ſenſum auxiliis, labaſcentem naturam ſuſtineamus. In febribus vero nervoſis & malignis omnino ab antiphlogiſtica curatione nuperi abſtinendum duxerunt, acore quidem inhibendam putredinem, cæterum nihil admittendum, quod vires frangat, quarum princeps per totum morbum ratio ſit habenda.

EJ. *methodus curandi febres propriis obſervationibus ſuperſtructa* Lond. 1666. 8. 8. TR. 1668. 8. TR. 1683. 8. des TOURN. Amſterd. 1666. 12. *. Totus parvus libellus inſertus eſt in *Conſtit.* I. reſecto capite de variolis.

Alius titulus eſt, *Obſervationes medicæ circa morborum acutorum hiſtoriam & curationem*, quæ ſignatæ ſunt a. 1675; Lond. 1676. 8. *. Genev. 1683. 12. *.

Princeps viri opus, ſex ſectionibus febres omnes & morbos inflammatorios cum febre conjunctos continet; deinde peculiariter Conſtitutionem 1. ab anno 1661. ad 1664, alteram annorum 1665, 1666, tertiam ab anno 1667 ad 1669, quartam ab anno 1669 ad 1672 & 1673, quintam ab a. 1673 ad 1675.

In præfatione de medicis queritur, qui de cauſis certis & proximis ad remotas & diæteticas receſſerunt indagandas. Inde de morbis acutis in univerſum. Eos omnino ut HIPPOCRATES, noſter pro naturæ conaminibus habet, ſubigendæ materiæ morboſæ & expellendæ dicatis. Tum de febribus epidemicis, quæ diximus. In iis quoties nova conſtitutio ſibi occurrebat, SYDENHAMUS curando abſtinere, naturæ nutum, conamina, juvantia & nocentia adnotare, ſecundum adnotata curationem reformare ſolebat. Conſtitutio I., febribus continuis malignis, deinde autumnalibus intermittentibus fiebat, quæ prægreſſis intermittentibus ſatis analogia eſſet. Naturam in iſtis diarrhœam fere civiſſe, ſe vomitum moviſſe, a quo certum levamen ſit ſecutum, turbatum eo vomitu ventriculum paregorico ſedaſſe; quod ubique ſolebat eo die dare, quo alvum moverat, novo conſilio. Tunc elyſteres, eoſque ſæpe repetitos, adminiſtrari jubebat, & cardiaca morbo ſuperato ex aquis aromaticis miſta. Symptomata; adverſus phrenitidem dabat laudanum ſuum opiatum. Intermittentes autumnales difficiliores eſſe, quæ neque venæ ſectionem ferant neque purgationem. Corticem peruvianum non debere dari, niſi morbo paulum fracto, tunc utilem futurum. Vernales

 ſponte

ſponte fere cedere (quod longe aliter cecidiſſe vidi, ut viginti poſt paroxyſmos cortice peruviano opus fuerit). In quartana corticem in parvas doſes diviſum dari debere. In ſecunda conſtitutione peſtis Londinenſis tangitur, quam eamdem N. Hodges deſcripſit, noſter non vidit. Febres peſtilentiales eam præceſſerunt & ſecutæ ſunt. In principio mali auctor (non viſo morbo) venæ ſectionem repetitam profuiſſe didicit, cum victus ratione antipleuritica. Altera ſpes in calido ſudore per 24 horas continuato ponebatur. In tertia conſtitutione pleniſſima eſt hiſtoria variolarum, quas noſter primus explicite in diſcretas & confluentes ſeparavit, & utriuſve generis ſymptomata, eventus criſeſque & curationem diſtinxit. Diſcretas fere naturæ comittit. Confluentium pericula indicat, venam ſecat, emetica dat, anodyna. Febris varioloſa abſque eruptione. Quarta conſtitutio dyſenterica. In ea cholera morbus, quem ante Hiſpanos juſculo pullorum tenui per os adſumto, & per clyſteres injecto, debellare conatur. In dyſenteria venam ſecat, alvum ducit, narcotica dat: in teneſmode ſpecie ſolo ſero lactis utitur, iterum & epoto & in alvum injecto. Febris dyſentericæ ſimilis, ſed abſque alvi fluxu. Morbilli, quos victus ratione & ſubinde datis anodynis debellat. Variolis curationem antipleuriticam, hydrogalam, anodyna opponit: Colicæ bilioſæ venæ ſectionem, narcotica. In conſtitutione quinta febris comatoſa diuturno capitis ſtupore & languore ſe diſtinguens. Eam noſter continuo fere uſu evacuantium debellabat. Variolæ mali moris, cum maculis nigris, quæ ſoli fere oleo vitrioli cedebant: pleuritis, peripneumonia, tuſſis epidemica, quos morbos omnes venæ ſectione & curatione antiphlogiſtica ſubigit. In ſexta conſtitutione morbi varii, febres intermittentes ſui generis. Pleuritis, cujus antidotus eſt venæ ſectio: peripneumonia notha, pituitoſa. Hic auctor ſemel venam ſecat, deinde repetito alvum ducit. Rheumatiſmum venæ ſectione curat & auxiliis antiphlogiſticis; febrem eryſipelaceam venæ ſectione, cathartico, mollientibus. Neque tamen videtur in diras ejus generis febres incidiſſe, quales per æſtivos ardores vidi, ut gangræna ſuperveniret. In angina venam fere ſecat.

Epiſtolæ reſponſoriæ duæ, 1. *de morbis epidemicis a.* 1675 *ad* 1680. Lond. 1680. 8. *Altera de luis venereæ hiſtoria & curatione.* Hoc tempore fere febres intermittentes ſolæ dominatæ ſunt, niſi eas error medentium in continuas exacerbaret. Corticis peruviani hic uſum laudat, ejus innocentiam tuetur, & negat, unquam ſibi nocere viſum eſſe. Male continuo ante paroxyſmum exhiberi. Recidivas fieri ex uſu ejus auxilii non ſatis continuato. Cum vino exhibet. Rheumatiſmum nunc ſolo ſero lactis ſuperat. Mali venerei ſatis plena hiſtoria. Gonorrhœam fere catharticis adgreditur, luem veneream inunctione mercuriali.

Diſſertatio epiſtolaris de obſervationibus nuperis circa curationem variolarum confluentium, nec non de affectione hyſterica Lond. 1682. 8. 1683. 8. Francof. 1683. 8. &c. De variolis primum confluentibus. Principem ſpem ponit in ſirupo de meconio, in abſtinentia a lecto, cum univerſa diæta refrigerante. Morbum hypochondriacum & hyſtericum perinde oriri ab ἀταξία ſpirituum, uterumque noſter ſple-

ſplenemque pariter abſolvit. Spem fere ponit in corporis exercitatione, in roborantibus & chalybeatis.

Ej. *diſſ. de febre putrida variolis confluentibus ſuperveniente & de mictu ſanguineo & calculo* Lond. 1682. 8. ipſius nempe auctoris morbo renali.

De febre putrida ſecundaria, quæ die XI variolis ſupervenit. Refrigerantibus nimium variolarum proventum præcavendum eſſe. Febris putrida anodyna poſcit, deinde purgationem alvi. Hæmorrhagiæ internæ auctor venæ ſectionem & anodyna opponit.

Mictus ſanguineus a calculo renibus impacto requirit mollientia, ante paroxyſmum autem frequentem mannæ uſum, ſubjuncto ſubinde paregorico. Redeunt Lond. 1685. 8.

Ej. *de podagra & hydrope* Lond. 1683. 8. Tr. Cum podagra auctor ipſe vehementiſſima conflictatus, a multo decubitu etiam calculo correptus, hæc ſcripſit, & ante ſenium periit. De curatione radicali deſperat, cauſam podagræ in coctione ciborum debilitata ponit, obponit roborantia amara, patientiam, corporis exercitationem. In hydrope alvum ducit, & draſticis, cum admiſtis anodynis, & ſubſequentibus roborantibus.

Ej. *Schedula monitoria de novæ febris ingreſſu* Lond 1688. 8. Febrem ſtationariam peripneumoniæ ſimilem deſcribit, & de univerſa ratione febrium malignarum agit: male hic calidis medicos uti monet.

Ej. *proceſſus integri in omnibus fere morbis curandis* Lond. 1693. 12. 1695. 12. Osb. 1702. 8. 1717. 8. 1726. 8. Amſterd. 1694. 8. Genev. 1696. 8. Venet. 1696. 8. Tr. Edimburg 1750. 8, Tr. Anglice Lond. 1710. 12. Smith. Germanice Norib. 1772. 8. Latine in E. N. C. 1691. Gallice 1774. 4. Rast.

Nonne idem fuerit, *the practice of phyſik by* Sydenham Lond. 1695. 8. In univerſum compendium eſt, verbotenus ex operibus Cl. viri decerptum. Aliqua etiam fuſius expoſita, de phthiſi, de ſcorbuto, In phthiſi alvum ducit, dat ſirupum de meconio, & equitationem quotidianam imperat. Alia tabes a tuſſi pronata, venæ ſectione & catharſi ſuperatur, & materie febrili in pulmonem emandata.

Opera ſummi viri frequentiſſime repetita ſunt Londin. 1685. 8. 1705. 8. 1734. 8. Amſterd. 1683. 8. (quæ nempe eo tempore prodierant) 1687. 8. Tr. Lipſ. 1695. 8. 1711. 8. *. Genev. 1684. 12. 1696. 8. 1716. 4. 1723. 4. 1737. 4. 2 vol. *. 1757. 4. 2 vol. Leid. 1726. 8. B. B. cum pleno indice; 1741. 8. 1754. 8. Venet. 1735. f. 1762. f. Lion. 1737. 4. Anglice vertente C. Pechey Lond. 1696. 8. 1729. 8. 1734. 8. & cum notis J. Swan Lond. 1742. 8. Tr. 1753. 8. Germanicus liber *mediciniſche Werke* Leipz. 1717. 4. quid ſit ignoro: num opera omnia.

§. DCCXXXV.

§. DCCXXXV. Varii.

J. Michael Fehr Swinfurtenſis, ex primis Novæ Academiæ Naturæ Curioſorum collegis, & alter præſes.

Ej. *Anchora ſacra, ſ. de ſcorzonera* prodiit Jen. 1666. 8. *. quo libro omnes formulæ fere recuduntur, in quibus in quocunque morbo ſcorzonera locum invenit. Paſſim tamen aliqua congeſſit, quæ ad medicinam in univerſum ſpectant: ut exemplum diri contagii, in quo quinque medici ad epiſcopum curandum vocati, qui febre maligna laborabat, cum chirurgo omnes ad unum interierunt. Ea occaſione multa de curatione peſtis, febris petechialis, purpuræ miliaris *der Frieſel.* Poſt morbillos a. 1644. multos tuſſi & lenta tabe interiiſſe: puella tamen rauca cum eſſet, rupto in pectore apoſtemate integram valetudinem recuperavit. A variolis cranium carie tentatum: & ulcus ſinuoſum circa os ſacrum, aliaque erupuerunt ulcera; & ſpinæ ventoſæ ſucceſſerunt, circa articulos. Roſaliæ a. 1652. epidemicæ & a. 1657. febris catarrhalis ſæviit. A terrore viſarum viperarum ſubita febris. Fuſe de venenis.

Ej. *Hiera picra, ſ. de abſinthio analecta* Lipſ. 1667. 8. *. Ordo & methodus eadem. Vermis de naribus excuſſus, quem putat forficulam eſſe, apus erat & alis deſtitutus, forte vermis, aut muſcæ alicujus ea conditio, quæ eſt ex ovo prodeunti. Puer potu abſtinens, ex nævo. A cereviſia producta epidemica cachexia. Sanctorium per duo oſtia naturalia aquam hydropicam inſerto ſiphone eduxiſſe, teſte J. Christiano Keyser, tamen ut inſtrumentum non revelaret. Lumbrici lati icon, & pluſculæ ejus ulnæ purgante medicamento expulſæ. Mira capitis univerſi prurigo; educta per aures, perque gingivas ſanie malum ſanatum. Barbi piſcis ova choleræ cauſa fuerunt & convulſionum.

In E. N. C. aliquæ viri adnotationes exſtant.

Dec. I. *ann.* IV. V. *obſ.* 28. cum corporis marcore abdomen obeſiſſimum, inteſtina glandulis adipoſis adſperſa, pulmone a nimio adipe compreſſo, hinc difficilis ſpiritus.

Ann. VI. VII. *obſ.* 87. Mures in clibano ſiccatos, comeſtos, certum incontinentiæ urinæ remedium, ſi Cl. viro fides.

Obſ. 191. Sue ſtrumoſa in cibum recepta, vertigo in familia excitata, inde lipothymiæ, mors.

Ann. IX. X. De Arnicæ, eo tempore minus notæ, efficacia ad ſolvendum ſanguinem a lapſu effuſum, ſic in catarrho. De moxæ in tollendo dolore podagrico efficacia.

Dec. II. *ann.* I. *obſ.* 1. Catalepſis ſæpius de die redeuns, ut quaſi ſomno obruta nihil de ſe ſentiret. Alia exempla morborum ſoporoſorum. Deliria cum cantilena, a qua æger levatur.

Obſ.

Obſ. 2. In hydropico hepar ſcirrhoſum; in meſenterio quaſi grandines.

Ann. II. *obſ.* 1. Poſt vulnus capitis ſubnata plica.

Obſ. 3. Pro lactis in podagra utilitate teſtimonium.

Ann. III. *obſ.* 2. Fluxus hepatici ſanati exemplum, ut agrimoniæ potiſſima laus inſignis ſanationis deberetur.

EJ. *cum* WELSCHIO *commercium literarium* diximus. Titulus eſt *Epiſtolæ mutuæ argonautæ ad Neſtorem* Aug. Vind. 1677. 4.

MICH. FRIDERICI LOCHNER *Memoria* FEHRIANA Norib. 1690. 4. *. & in *appendice* ad *ann.* VIII. *decadis* II. E N. C.

MICHAELIS BOUDEWYN Colonienſ. Med. Præſidis *Ventilabrum medico theologicum, quo omnes caſus tum medicos cum ægros alioſque concernentes ventilantur, & quod SS. PP. conformius, ſcholaſticis probabilius, & in conſcientia tutius decernitur* Antwerp. 1666. 4. *. Caſuiſta medicus qui infinitis quæſtionibus inquirit; quid medico per conſcientiam liceat, quo oporteat ſe abſtinere. Seculi non noſtri eſſe memineris, qui amuleta permittat, tanquam eorum aliqua eſſet poteſtas. Dæmoniacos hactenus a medicis curari conſentit, quatenus morbos una patiuntur humanos & naturales. Chemicis remediis uti pro licito pronunciat, tanquam rem hactenus dubiam. Coſmeticen etiam medicis non negat, & aphrodiſiaca dare intra certos limites & virginitatem deſtruere, ſi ea violentia ad morbum curandum neceſſaria fuerit, & abortum nonnunquam procurare; & caſtrare vetat, niſi lepra aut certi morbi id poſcant. *Caſuiſtas* vero, & D. THOMAM fere ſequitur.

SEBASTIANI BARTOLI *Examen artis medicæ dogmata communiter receptorum in decem exercitationes paradoxas diſtinctæ* Venet. 1666. 4. *. Pharmaca non agere in excrementa inve humores, ſed in vitam, quæ contenta in corpore humano movet. Vita reſtituta. Spagiricæ medicinæ triumphus. Nobilis, cum pro tabido curaretur, cumque medici repetita alvi purgatione eum ad incitas redegiſſent, ut animæ deliquium paſſus, frigidus, abſque pulſu moribundus jaceret, a SEBASTIANO dato elixirio proprietatis, & generoſi vini hauſtu, primum refocillatus, denique integre reſtitutus.

EJ. *thermologia Aragonica* &c. Neapoli 1679. 8. *. Thermas alias dicemus, ſed hiſtoriam habet medicorum Salernitanorum, qui ſpecum a ſerpentibus medicatam deſtruxerunt.

GEORG ARAS *Enchiridion hermetico medicum, in quo virtutes, doſes atque appropriationes omnium fere medicamentorum ſpagiricorum compendioſe deſcribuntur. Acc. Idea, ſ. ſynopſis vivæ & experimentalis illius philoſophiæ, quantum ad dicta medicamenta, tum ad alios uſus, accurante* FR. TRAVAGINO Venet. 1666. 12. TR.

Ej. Travagini eſt *Synopſis nova philoſophica & medica cujus fundamenta ſ. principia ſal acidum & ſalſum ex quibus oritur omne fermentum* Venet. 1667. 12.

Mich. Rodriguez de Pedrosa *ſolutiones philoſophicæ & medicæ in difficultatibus quæ a philoſophis omittuntur vel negliguntur Salmantic.* 1667. fol.

Josephus Laurentius ſcripſit a. 1666. *polymathiam.*

Ej. eſt, & in *theſ.* Gronov. T. 8. *de agyrtis* in T. 9. *de prandiis & cœna veterum & de conviviis.*

Balthazaris Andreæ Ferrioli *armamentarium phyſicoantipeſtilentiale* Frf. 1666. 8. Tr. Germanice ib. 1666. 8.

Ej. *morboſi ventriculi infelix hactenus tentata cura* ib. 1668. 8. Annon forte hoc Christophori fuerit opus? Germanice ib. 1668. 8.

Matthiæ de Porras *animadverſiones de nivis in potu uſu* Limæ Peruvianæ 1666. 4.

Michael Baldit *ſpeculum ſacro medicum octogonum* Lion. 1666. 8. Rast. 1670. 8. B. Thomas.

J. Marchant *tr. de febre purpurata a. 1666. per Burgundiam graſſante* Divione 1666. 12. d'Etr. Nullum rubrum ſanguinem in rerum natura eſſe, ſed unice ſerum; id corruptum febres facere.

F. P. M. *Elogium* J. Marchant *verſibus elegiacis* Dijon 1678. 4.

Jac. Boujonnier *alexiterium* Rouen 1666. 8. Falc.

Siboldi Tiberii Hemsterhuys *hiſtoria & analyſis arthritidis vagæ* Leuward 1666. 12.

Isaaci Roet *peſtis adumbrata in libros V aphoriſm.* Lond. 1668. 8. niſi error eſt Amſterd. 1667. 12. Falc. Diſcrimen peſtis a febre peſtilente.

J. Matth. Nester Arch Brandeburgicus *de peſte & dyſenteria* Bayreuth 1666. 4.

Ej. *getreuer Rathſchlag wie ſich ein jeder bey der graſſirenden Soldatenkrankheit auch der einſchleichenden Peſt verwahren könne* Bayreuth 1677. 12. Tr.

Ej. Epiſtolas ad Reinesium diximus.

Ej. In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* IV. *obſ.* 190. Abſceſſus infra genu cum maximo dolore, apertus, in eo vivus vermis.

Ann. VIII. 1677. obſ. 23. hæmorrhoides cum euphoria fluentes, quibus ſuppreſſis febris ſucceſſit.

Obſ. 25. In puella octenni fluor albus, frequens malum.

Obſ. 26. Urinæ in dies 22 menſuræ redditæ, cum ſiti ſiccitate & febre hectica, eventu funeſto.

Alberti Bartholini Caspari fil. *de ſcriptis Danorum l. poſthumus auctior redditus a fratre* Thoma Bartholino Hafn. 1666. 8.*. Tranſiit in Moelleri magnum opus. Nic.

NIC. GERVAISE *catharſis, ſ. ars purgandi corporis humani Carmen* Pariſ. 1666. 4. FALC. Idem fuerit, quem diximus auctor.

Reip. Noribergenſis valor, ſ. taxatio medicamentorum ſimplicium & compoſitorum Norib. 1666. fol. 1669. fol.

CHRISTIAN THEOPHIL SCHEURL *de arteriotomia* ib. 1666. 8.

§. DCCXXXVI. C. HARVEY.

GIDEON HARVEY medicus clinicus, a GUILIELMO probe diſtinguendus, ſatyricus & litigator.

EJ. *morbus anglicus, or the anatomy of conſumptions, containing the nature, cauſes, ſignes, ſubjects, prognoſtiks, præſervation and method of curing conſumtions, cough and ſpitting of blood* Lond. 1666. 8. 1672. 8. 1673. 8.

EJ. *great venus unmaskd or a more exact diſcovery of the french diſeaſe and virulent runnings of the reins with the ſeveral methods of curing them* London 1666. 8. 1672. 8. OSB.

Et EJ. *little venus unmaskd or a perfect diſcovery of the french pox compriſing the opinions of moſt ancient and modern phyſicians, with the authors jugdment, and obſervation on the nature, cauſes, ways of curing of the french diſeaſe and running of the reigns* ib. 1670. 8.

The fourth edition with large additions, a new treatiſe of the ſcorbutik pox, a ſecond treatiſe of a mangy pox, alterd of a heretik pox, and an appendix of the venereal gout ib. 1675.

Obſ. 131. Canis vetulus ſcabioſus, a recepto per transfuſionem ſanguine junioris catelli ſuſcitatus & alacris.

Obſ. 133. Qui a paſtu alimenta revomebat, & inde contabuit. In pyloro ſcirrhus ulceroſus.

Ann. X. *obſ.* 68. In hypochondriaco diarrhœa, vomitus atræ bilis fætidiſſimæ, ab ovis duris adſumtis, vix nono die per clyſteres eductis: inde atroces convulſiones, mors ipſa.

Obſ. 69 poſt diarrhœam a purgante medicamento coercitam, ſæva tormina, & diuturni dolores, vix opiatis & mucilaginoſis ſedati.

Obſ. 70. a purgante medicamento acri diarrhœa, ventriculus tener, ut facile laceraretur, villoſa inteſtinorum tunica deraſa.

Obſ. 71. 71. a ſumto medicamento purgante puris 4 ℔ & ultra per os & anum egeſtæ.

Dec. III. *ann* II. *obſ.* 74. ab ulceribus pedis in cachectica clauſis convulſiones.

Obſ. 76. Ab hydrargyro in femoris fiſtulam impulſo, ſalivatio.

Ann. IV. *obſ.* 64. Cum urina in homine calculoſo mucago prodiit, quæ in aere continuo in calculum obriguit.

EJ. *Encyclopædia medica theoretico practica* Francf. 1684. 4.*. Amſterd. 1688. 8. ASTR. Venet. 1691 4. ib 1695. 4 RIV. *Acc. tr. de theriaca cæleſti*; obſervationes ex E N. C. & commercium epiſtolicum cum WALDSCHMIDIO Morborum enumeratio a capite ad calcem cum ætiologia & enumeratione medicamentorum, quæ vel Galenica ſchola cuique morbo obponit, vel chemica, cui noſter potius favet,

favet, acidæ & ſulfureæ theoriæ & archæis deditus. Phrenitis furor eſt Coſmetorgi, Melancholia microcoſmetoris deſponſio. Contra dulcium abuſum, quibus vulgares medici putant ſe morboſum acorem expugnaturos, acria enim eſſe, quæ guſtui dulcia videntur. Subinde, infrequenter equidem, proprias aliquas adnotationes morborumve hiſtorias interſpergit. Opium ad maniam commendat. Ren lapideus. Adfectus verminoſi curatio. Multum REGIO debere objectum eſt (*a*).

Idem opus cum alio titulo prodiit *Encyclopædia medico dogmaticæ* Francof. 1691. 4. *. Auxit ex ſua praxi, ex nuperis libris; princeps opus idem eſt. Hæc ſola in poſthumis redit, omiſſa priori.

EJ. *Encyclopædia chirurgico rationalis* Francf. 1689. 4 *. Amplo opere, ut fere in chirurgicis ſolent, tradit etiam medica aliqua de hydrocephalo, morbis pilorum, morbis cutaneis, hæmorrhagia narium, coryza, linguæ malis & variis vitiis, ſalivatione, dentium morbis, angina, ſtrumis, ſcrofulis, œſophago impervio, œdemate aliiſque malis medicis.

EJ. *epiſtolæ ad* J. J. WALDSCHMIDT *de variis argumentis medicis* Marburg. 1687. 4. cum ejus viri operibus recuſæ Francof. 1707. 8. *. Morborum hiſtoriæ, medicamentorum vires, & de novis libris judicia. Homo clavis & verrucis obſitus. Salivatio ab hydrargyro quadraginta fere ante diebus inuncto. Diabetes: egeſtæ ad 18 in dies libræ lotii, cum potus non ponderet ſupra $2\frac{1}{2}$. Ulna per cariem deſtructa & a natura reparata. Poſt multum cum ictero colicum dolorem, calculi in fellea veſicula. Vermis per umbilicum erepens, octipes; ſecutus eſt chylus ex ulcere, maxima copia, fauſto tamen eventu. Ex virginis digitis manuum, pedumque aut ſanguis aut verrucæ, quæ intra 14 dies delapſæ, noviter renaſcebantur. Eo tempore corpus nulla incrementa capiebat. Calculi fellei toti, ut putat, ferrei. Morbus epidemicus: ſubita virium proſtratio, dolores pleuritici, cum progreſſu morbi diarrhœa, pancreas inflammatum. Ex vi hypotheſeos noſter venæ ſectionem, ipſos clyſteres, & acida medicamenta vult exſulare.

EJ *de furia podagræ lacte victa & mitigata tract. novus* Amſterd. 1707. 12.*. Anglice Lond. 1732. 8. vertente STEPHENS. Belgice *geneezing der Gicht doorr de melkc cur.* Harlem 1709. 8. Poſt GREISELIUM, qui idem argumentum tractaverat, & ipſe experimenta proponit, etiam ſua, & aliorum, qui a podagræ ſævitia debilitati ſani exſtiterint, cum ad lactis uſum ſe recepiſſent, omni prӕterea alio cibo & potu excluſo. Fatetur tamen noſter, vires ventriculi ſibi a lacte vehementer fractas fuiſſe. Fatetur idem, non perpetuum effectum eſſe, tamen ut malum a lacte levius eſſet. Ipſe uncias 56 in dies ſumſit. Salem vitabat. Arthritis & contractura eodem remedio ſuperatæ, calculus diminutus. Podagræ ſedes eſt in glandulis HAVERSII.

EJ. *opera omnia* Venet. 1693. fol. Francf. 1703. fol. 2 vol. OSB.

Act.

(a) GRÆBNER *tract.* 9.

Acc. *theatrum de theriaca cæleſti Hoffſtadiana* Hanov. 1680. 12. quæ ſcriptio numeroſa ingredientia hujus antidoti recenſet, ut vires medicas, in malignis etiam febribus & variolis, & morbillis conſpicuas.

Inde aliæ breves fere variorum ad DOLÆUM epiſtolæ, ejuſque reſponſa fere 85.

Reperio & tribui *adfectuum totius corporis humani præcipuorum theoriam & praxin tabulis exhibitas* Francf. 1664, 4.

§. DCCCXXII. DIARIA ad a. 1676.

PHILOSOPHICÆ TRANSACTIONES.

In *Vol.* XI. & XII. ad ann. 1676, 1677. PHIL. ROGERIUS MOSLYN refert de vapore venenato fodinarum carbonis foſſilis ex genere inflammabili, fætidiſſimo, qui operarios nonnullos ambuſſit, tamen ut convaleſcerent.

In BIRCHII hiſtoria anni 1676. de ſecali corniculato & de morbo ex ejus uſu nato; atque animalibus ab eo necatis. Hæc adnotatio pertinet ad DIONYSIUM DODART, juvenem tum medicum & *Acad. R. ſcient ſoc.* PATINI jam laudes meritum. Morbus a ſtupore incipit, tranſit in dolorem, & gangrænam incurabilem, niſi per amputationem exterminatur. In provincia Solonienſi id malum vulgare eſſe *Journal des ſavans* ejus anni N°. 6. Redit in *Mémoires de mathem. & de phyſ.* T. X. p. 560.

EJ. *mémoires, pour ſervir à l'hiſtoire des plantes* Paris 1676. fol. 1731. 4.*. Vide *B. Bot.* I. p. 591. Ab analyſi lento igne facta ſperat, propius nos ad naturam medicatam plantarum acceſſuros.

Porro apud BIRCH, NEHEMIAS GREW vir egregius, feminam produxit, quæ & per vomitum calculos reddidit, & per urinam, variæ magnitudinis eos, friabiles alios & calcareos, alios ſiliceos. Iſtos ſpiritus nitri non ſolvebat, ſilicum videbantur duritate eſſe.

EJ. eſt *muſeum Regalis Societatis, or a catalogue of natural and artificial rarities belonging to the Royal Society and preſerved & Gresham college* Lond. 1681. fol. *. Huc pertinent morborum veſtigia & cauſæ. Partus ex ovariis mulierum exciſi. Oſſa per ancyloſin connexa & pumicoſa. Oſſis fragmentum & ſphæra plumbea per lotium egeſta, tum calculus enormi mole. Calculi ex animalibus & pilæ crinitæ. Lacrymæ lapideæ cervi, & os de corde ejus animalis.

EJUSDEM in *Phil. Tranſ.* n. 194. in puella 19 annorum lien quaſi putridus 25 unciarum doloreſque in ſiniſtra parte uteri gravativi.

Ab anno 1675. *diarium literatorum Italicum* diviſum eſt in duo diaria: alterum prodiit continuatum. Ad annum 1679. Romæ apud BENEDICTUM: alterum porro ab anno 1675. ad 1679 apud TINASSUM, J. CIAMPINI & L. A. PORTII neque J. FRANCISCI NAZARI opera *B. Bun.*

§. DCCCCXXIII.

Gunther Christoph Schelhammer.

Profeſſor Jenenſis, Helmſtadienſis, Kilonienſis, vir acuti ingenii, Conringii gener inque ſoceri gratiam peripateticæ ſectæ addictus, vir cæterum ſplendidus, Christophori F.

Ej. & Wedelii *de voce ejuſque adfectibus diſſ.* Jen. 1677. 4. *. Auctorem putem fuiſſe Schelhammerum. Pars altera huc facit, de vitiis vocis, aphonia ejuſque cauſis. Vox obſcura nonnullis phthiſicis familiaris. Aphonia emetico ſuperata. Raucedo.

Ej. *de capitis dolore exercitatio medica* Jen. 1678. 4. Hef.

Ej. *de peſte diſſ.* Helm. 1682. 4.

Ej. *de aphoriſmorum Hippocratis ortu & certitudine* Jen. 1685. 4. *.

Ej. *pathologiæ generalis diſputationes tres* Jen, 1683. 4.

Ej. *epiſtola ad* G. W. Wedel *qua pulſus ratio omnis diligentius expenditur* Jen. 1690. 4. *. recuſa in T. II. operum omnium. Poſt phyſiologiam pulſus pathologia & ſemeiotice.

Ej. *progr. de medico philoſopho ισοθεω* Jen. 1690. 4.

Ej. *diſſ. de tabe dorſali* 1691. 4.

Ej. *de epulide & parulide cum adnexa dentium & gingivarum εξεςευνησει* Jen. 1692. 4. *. ob curationem medicamentariam: docta diſputatio.

Ej. *diſſ. de tumore* Jen. 1692. 4.

Ej. *diſſ. de lethargo* ib. 1692. 4.

Ej. *de genuina febris curandæ methodo* Jen. 1693. 4. *. Naturam febris in calore eſſe, cauſam in ſanguine ejuſque fermentatione. Hæmorrhagiæ cauſæ propiores. Miaſma inflammationem & gangrænam in viſcere aliquo excitam, & ſanguinis incraſſationem; hanc in febribus intermittentibus ſolis. Methodus medendi. Ephemeram febrem curari ſolo calore ſubnato. Morbi maligni epidemici ſævierunt, cum dies æſtuoſi, noctesque frigidæ eſſent. Intermittentium cauſa ſuperata, ſic in putridis. Singulatim cujuſque peculiaris febris curatio, hic narcotica mitiora tamen, quæ ſanguinem incraſſent. Intermittentes vomitu curantur, non alvo ducta, unde vires vehementer dejiciantur. Paroxyſmi ſunt a ſanguine viſcido reſiſtente. In China Chinæ non eſſe in elemento terreo efficaciam, validiorem enim eſſe quæ parum amara ſit. Ad paroxyſmum ſedandum ſudorifera, radices, aromata, ſales, adſtringentia. In ardentibus febribus cum putredine venam vix unquam ſecandam. Frigidæ potus. Aciduli potus abunde ſumti in ſe ipſo optimum effectum expertus laudat. Malignæ, ſ. ſporadicæ, ſ. epidemicæ. Venæ ſectio hic nocet, ſic purgatio: emetica

in

in principio, & ſudorifera tutiſſima. Veſicatoria non laudat. Liber in univerſum acute ſcriptus, etſi noſtri ævi inventa non habet, & in generalibus verſatur.

Ej. *diſp. de pareſi ſ. paralyſi ex colica* Jen. 1693. 4.

Ej. *de morbis ætatum* ib. 1694. 4.

Ej. *de anxietate præcordiali* ib. 1694. 4.

Ej. *de febrifugorum ratione agendi & applicandi modo* ib. 1694. 4.

Ej. *de dyſpepſia* ib. 1695. 4.

Ej. *de oncologia in genere, ſ. de corporis humani tumoribus* Jen. 1695. 4. *. ob theoriam, ob carbunculos, bubones, cyſtides.

Ej. *de fonticulis diſp.* Jen. 1696. 4.

Ej. *de natura l. bipartitus* Kiel. 1697. 4. *. Theoreticum opus, in quo quærit, quid medici per naturam intelligant, quid philoſophi. Contra Archæum. Naturam eſſe leges æternas motus, quæ ſingula cum univerſis connectunt. Ut medicus naturæ miniſter ſit. Medicamenta quibus morbi præcaventur vomitoria, venæ inciſio. In chronicis, corporis exercitatio, acidulæ. Acido arcano ſe ſororum tertiam a contagio variolarum ſervavit. Curatio quæ impoſſibilis. Corruptis viſceribus fruſtra aquæ hydropicæ educuntur. Paroxyſmum febris tertianæ magna doſi corticis peruviani cum conpeſcuiſſet, alvus repetito reſpondit, & ſudor ſucceſſit. Contra G. Harveium, naturæ obpreſſæ eſt ſubveniendum. Laudes confectionis alkermes veræ ad pericula malignarum febrium. Hydropicos ſudore excitato ſanari. Larga doſi 20 ad 30 gran. opii ſuperata graviſſima mala. Naturæ erroribus ut occurrendum. In febre epidemica non alios evaſiſſe vitales, niſi qui purgati eſſent. Nitrum cum camphora in pleuritide laudat, in dyſenteria pulverem Pannonicum. Adnotationes aliquas, circa triginta, interſpergit.

Ej. *theſes medico miſcellaneæ* Kiel. 1697. 4.

Ej. *de ſpina dorſali* ib. 1698. 4.

Ej. *de fine medicinæ* ib. 1700. 4.

Ej. *de odontalgia tactu ſedanda* ib. 1701. 4. *. Non inutilis diſputatio.

Ej. *naturæ vindicatæ vindicatio* ib. 1704. 4. Contra Sturmium.

Ej. *de obſeſſis* ib. 1704. 4.

Ej. *de morbis magicis* ib. 1704.

Ej. *de fundamentis artis medicæ præcognoſcendis in materia medicæ ulteriori notitia* ib. 1707. 4.

Ej. *orat. de augmentis & decrementis artis ſe primo præſidium ſumente* ib. 1708. 4.

Ej. *de proportionibus corporis humani deſtructis morborum-cauſis* ib. 1706. 4. *. Morbos ad exceſſu aut defectu alicujus quantitatis vel elementi oriri.

Ej. *diſſ. de nitro* Amſterd. 1709. 8. *. De vi medica parcus eſt. Externo uſu ad ſudorem movendum, ad ſcabiem nitrum, a veteribus adhibitum iterum vult reſtitui. Sed eorum nitrum erat alcali foſſile.

Ej. *via regia ad artem medendi* Kiel. 1709. 4. Ejus ſtadium V. erat *de therapeuſi.* VII. *de pharmacia.* VIII. *de formulis præſcribendi* IX. *de curatione per diætam* Kiel 1708. 4.

Ej. *de humani corporis adfectibus* ib. 1713. 4. *. Exempla effectuum in corpus humanum & collectitia & ſua. Hiſtoriolæ vix fide dignæ. Canis, qui nolebat die veneris laborare.

Ej. *ars medendi univerſa* a morte viri prodiit, cujus volumen II. & III. huc faciunt. Edidit Ernestus Fridericus Burchart. In T. II. Wiſmariæ 1747. 4. *. edito, Pathologia traditur. Habet tamen præter acuta ratiocinia, morborum generalia, & partitiones, cauſas morborum, claſſes, ſigna, prognoſes, proprias etiam adnotationes. Obſtructiones non frequentes eſſe, cum injectus in arterias liquor facile in venas tranſeat. Febrem intermittentem inſperato cortice peruviano ſublatam. Corticis nullas certas vires eſſe. Febrem paulatim hominem dereliquiſſe, ut caput primum dereſeret, inde pectus, denique pedes.

Vol. III. Wiſmar 1752. 4. *. edente anonymo, qui ſubinde calamum auctoris non ſatis potuit interpretari. Vita viri. Materia medica. Aliqua de arte pharmaceutica, chirurgica, diætetica, plus vero abſtractionum, nominum & methodi quam rerum. Brevia aliqua, ut ſcriptio ſalis volatilis Sylvii, quem virum invidia preſſerit. Aquam hydropicam ſimul & ſemel exhauſit. In diæta indulgentem ſe præbet. Theam laudat, commendat. Adverſus diarrhœam utiliter vaccinia dedit. Medendi methodus brevis & facilis.

In T. I. *phyſiologiæ* Wiſmar. 1752. 4. *. hiſtoriam medicinæ brevem dat. Jatromathematicis non favet, neque Cartesianis: neque Stahlio. An medicina ars ſit an ſcientia multis quærit.

Virorum clariſſimorum ad G. C. Schelhammerum *epiſtolæ*: recenſuit, vitam addidit Christian Stephanus Scheffel Weiſmar. 1727. 8. *.

Idem etiam Sch. Conringii Soceri *introductionem in univerſam artem medicam* multis & magni momenti notis edidit Helmſtad. 1687.4. recuſam Hall. 1726.4.*. Acris autem noſter judex eſt. Multa *poſthuma* reliquiſſe Scheffelius, quæ & recenſet.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* V. *obſ.* 8. Quartana febris epidemica anni 1684. etiam triplicata, mali moris, cum ſudoribus fætidis, debilitate, frigore diuturno. Sanavit noſter cortice peruviano.

Obſ. 10. de abſceſſu lateris prorumpentes lumbrici.

Obſ.

Obſ. 11. abſceſſus hepatis, denique lethalis. Pus de viſcere ſub cutem effuſum magnum in tumorem collectum erat.

Obſ. 12. a tribus granis opii adſumtis ſomnus turbulentus, vertigo, leve delirium, ſenſus etiam tactus obtuſus erat, frigus acceſſerat. Demum convaluit nulla cum rerum geſtarum memoria.

Obſ. 14. in abdomine matris mortuæ fetus ſe vehementer agitans.

Obſ. 16. ab opio ſudor efficaciter motus.

Ann. VI. *obſ.* 13. a bufone enecato puero in os intruſo anxietas & ſubita ſcabies.

Obſ. 114. Diuturna epilepſia ab ictu in ſinciput accepto.

Ann. VII. *obſ.* 197. ante paroxyſmum vir epilepticus percipiebat aliquid a cerebro ad brachium deſcendere, inde brachium movebatur, & paulo poſt totum corpus.

Obſ. 199. Viro fervidioris ingenii, ſi quando genio indulgeret, ſanguis proſiliebat ex minimi digiti articulo, etiam ad duarum ulnarum altitudinem; ceſſans idem nullum ſui oſtii veſtigium relinquebat. Alteri circa lien tumor efferebatur, tum ſanguis ad aliquot libras vomitu reddebatur.

Dec. III. *ann* II. *obſ.* 88. Infans atrophicus: inteſtina inflammata, glandulis duris ſcirrhoſis obſita: eadem inteſtina paſſim perforata, plurimis lumbricis feta.

Obſ. 89. fetus mortuus abſque malo ſymptomate duobus menſibus utero geſtatus.

Ann. III. *obſ.* 90. Cephalalgia periodica in juvene cum convulſione, ſanata fere cortice peruviano.

Obſ. 91. de cruſta gelatinoſa ſanguini innatante in febribus intermittentibus aliiſve.

Ann. V. VI. *obſ.* 222. Dyſenteria caſtrenſis in diuturna inteſtinorum ulcera degenerans.

Obſ. 226. febris autumnalis epidemica mitis, facilis, pulſu fere ſani hominis, ſenſim debilior, cum ſtupore & ſopore, abſque criſi ſæpe deſinens. Vomitum ciere, calida dare proficiebat cum mixtura ſimplici.

Ann. IX. X. *obſ.* 81. Urina per chartarium colum tranſmiſſa in colo reliquit lutoſum quid, quod in lapidem concrevit.

Obſ 82. Urina, quæ in febre maligna ſalutare ſedimentum poſuit, ſæpe ad priſtinam cruditatem rediit.

Obſ. 83. ſanæ ſimilis in hectica febre.

In *Act. Lit. Mar. Balth.* comparatio aquarum Schvalbacenſium cum pyrmontanis.

§. DCCCXXIV. Varii.

Franciscus Calmette Ruthenenſis D. Academiæ Monpelienſis dedit a. 1677. & recudi fecit Lyon 1704. 12. 2 vol. 1714 12.*. Anglice Lond. 1706. 8. l. qui *Riverium renovatum ſ. praxis medicæ Riverianæ non abſimilis* T. I. & II. Caſu factum eſt, ut judicium amiſerim, quod tunc deſcripſeram, ut ſoleo, quando librum modo legeram, nunc quæ obvia erant, ea ſola repeto. Morbi ſunt abdominis cum pathologia acida, ſalſa & ſucco pancreatico acido & acida. Ventriculi morbi. Laudat hic theam jejuno ventriculo ſorbtam, coffeam, tum maxime innoteſcentem, aquas thermales. Vomitus, fuſe. Cholera morbus, hic emetica mitiora, narcotica, etiam in clyſtere, non tamen quando vires jam valde adtritæ ſunt Alvus nonniſi morbo ſuperato movenda. Colicæ variæ, etiam Pictavienſis, in qua febrem lentam recipit & corporis marcorem; hic valida emetica poſcuntur, volatilia, purgantia, venæ ſectio, manuum & pedum ſcarifatio, demum anodyna. Alvus adſtricta, lienteria, diarrhœa, dyſenteria. In adfectu inveteraſcente thermales aquæ. Mercurium in aquo forti ſolvit, per alcali volatile præcipitat, hunc hydrargyrum vulgari ſublimato præfert.

T. II. Teneſmus, Fluxus hepaticus, Lumbrici: ſe ejuſmodi animal, quod ulnæ eſſet longitudine adſervaſſe, utrinque in gracile acumen terminatum, ut cohæſio cucurbitinorum in unam tæniam locum habere nequeat. Hæmorrhoides; Hepatis calor; inflammatio, abſceſſus, ſcirrhus, icterus. Ad obſtructionem hepatis non ſolum ferrum, ſed etiam theriaca, aliæque antidoti. Hydrops varius, paracenteſis partitis vicibus inſtituta. Lienis obſtructio, ſcirrhus: morbus hypochondriacus: ſcorbutus varius, acidus, rancidus. Meſenterii inflammatio, abſceſſus & pancreatis ex theoria, ut puto. Mala quæ vitio lotii fiunt & calculus. Mictus ſanguineus, Iſchuria, ſtranguria & incontinentia lotii. Nihil valde habet propriæ adnotationis.

Lego ſeorſim prodiiſſe *de morbis abdominis* Genev. 1735. 8.

Matthias Garcia Valentinus Profeſſor *diſputationes medicæ ſelectæ in duas partes diſtributæ* Leon. 1677. fol. Vide ne ſit Garcia Carrero dictus ad a. 1626.

Epiſtolæ mutuæ Argonautæ ad Neſtorem & Neſtoris ad Argonautam de theſauro experientiæ medicæ de abortu 1677. 4. Argonauta fuit J. Michael Fehr.

Camillus Baldus *de podagra* Nurnberg. 1677. 12.

Israel Conradi *diſſ. med. phyſica de frigoris natura & effectibus* Monaſter 1677. 12. Gunz.

J. Cornelii Weber *anchora ſauciatorum ſ. liquor ſtypticus ſanguinem confeſtim*

feſtim ſiſtens Brieg. 1677. 8. Breslau 1680. 8. *. In univerſum etiam de iis, quæ ſanguinis fluentum compeſcunt. Archæiſta fuit.

J. Böhm *catalogus medicamentorum rariorum* Venet. 1677. 4. & 1709.

§. DCCCXXV. Aliæ Linguæ.

Robertus Plot L. D. & muſæi Ashmoleani cuſtos, rerum naturalium, hiſtoriæ etiam patriæ ſtudioſus, collector non inutilis.

Ej. *natural hiſtory of Oxfordshire* Oxford 1677. fol. *. Ruſtici hominis filia aſita per 70 dies, quæ tamen ad victum naturalem rediit. Greeniæ exemplum, quæ ſuſpenſa ad vitam revocata fuit, cum chirurgi nunc incidere vellent.

Ej. *natural hiſtory of Staffordshire, being an eſſai towards the natural hiſtory of England* Oxford 1696. fol. *. De animalibus multa, & morbi ſingulares. Longævorum exempla. In vacca reperta ſceletos vituli, cujus caro conſumta, ſic in cerva. In aſthmatico homine calculi in veſicula fellea; nullum in pulmone vitium. Lepus, ut putat, extra uterum conceptus, & vivus exciſus. Suſpenſa, quæ poſt 36 horas convaluit. Catella oſſibus fetus ſe per vulvam liberavit, cum fetubus ventralibus detectis, dum incidebatur. Femina, cui fetus in utero mortuus reſidebat, tamen concepit & peperit. Vituli, cum naſcerentur, prægnantes. Pilæ in animalium ruminantium ventriculis. Nævi, ut putat. Partu redditus tumor, in quo dentes & pili. Exempla diuturni ſomni & aſitiæ 40 dierum in femina carceri incluſa. Ex vena brachii forcipe acus educta. Qui funes & lintea devorabat. Qui nunquam exſpuit. Gangræna ſpontanea in impio ſe ipſum exſecrante.

Jean Ravelly diſſ. *ſur la nature des cours de ventre & ſur les remèdes qu'on y peut aporter* Paris 1677. 12. *. Multum ad longam ſuam experientiam provocet. Diarrhœam facit lientericam, chyloſam, balioſam, melancholiam, pituitoſam, dyſentericam, teneſmum, dyſenteriam adipoſam. Singulo malo curationem tradit multis cum formulis. In lienteria vomitum ciet, vitriolo in aqua diſſoluto, de quo ferrea terra ſubſidendo ſeceſſerit. In chyloſo alvi fluxu purgat, datis rubeæ radicem, tincturam, alia inſolita. Inblioſa diarrhœa agit de opio quod fit calidum, diaphoreticum & diureticum, cum quo caute oporteat mercari, hic adſtringentia dat cum acidis miſta, confectiones cum ſpiritu vitrioli. In feroſa diarrhœa theriacam ſales alcalinos fixos exhibet, tum chalybem & abſorbentes terras. In dyſenteria alvum ducit, ipſa ut jalapa utatur; ulcus ſubnatum ſanat rheo barbaro, terebinthina ſymphyto & colcothare cera involuto ad unam duaſque drachmas. Adipoſam diarrhœam periculum habere, ſuccedere longis malis cum putredine & cum febre hectica conjungi. Hic jujubas dat & eboris ſcobem, ſemina frigida, ptiſanas.

Ej.

Ej. *traité de la maladie de la rage* Paris 1696, 12. A lupo rabido demorſi plerique rabidi ipſi & mordere cupidi perierunt. Adurere vulnus jubet, hinc vomitum antimonio ciere, inde ſudorem, & herbas dare vulnerarias.

Giov. Cinelli Calvoli *bibliotheca volante continuata da* Dionysio Andr. Sancassani Venez. 1734. 4. *. verum Calvoli 1677. incepit hanc bibliothecam ſparſis ſchedis edere, cujus ſtanzas fecit 17 quibus tres demum Sancassanus adjunxit, ultimam anno 1718. Librorum fere italorum cenſuræ hic continentur, ob quas, & ob vindicatum ſibi animalculorum ſcabiem facientium inventum, cum Redo inimicitias alens, etiam in carcerem conjectus, patriam maluit relinquere quam deprecari. Diu per Italiam oberravit, paſſim *medicus conductus*, & demum Loretti obiit, fuitque ex iis doctis viris, quorum labores fortuna non remuneravit. In editione mea 20 *ſcanze* in formam dictionarii redactæ ſunt; Multa quidem tradit exigui monumenti, verum in poſterioribus numeris etiam medica hic recenſentur. Varia adjecit nuperus editor D. A. C. M. C. In T. II. Cinellus de lite cum Redo ſe purgat. In lite etiam Ramazzini cum Moneglia aliquæ noſtri partes fuerunt.

J. B. Girardet *miracle de la nature ſur la guériſon de toute ſorte de maladies provenantes de qualité chaudes par l'uſage des eaux de Louveret* Beſançon 1677. 12.

Nathanael Henshaw *Aerochalinos or a regiſter for the air* London 1677. 16. *. ſed dedicatio eſt anni 1687. Varia facientia ad artem medicam, ut camera portatilis, in qua aerem alicujus domicilii facile mutes, in quo invento ſibi noſter multum placuit. Potus ante cibum appetitum frangit.

J. Christophori Bitterkraut hippolitani, *wehmütige Klagthränen der bedrängten Arzneykunſt* Nürnberg 1677. 4. *. Queritur de vario genere medicaſtrorum, de alchymiſtis, ſuperſtitioſis medicis, aliis imperitis artem invadentibus. Fuſiſſima confabulatio & intermiſtæ hiſtoriolæ curationum abſurdarum; earum plurimæ undique improbabiles. Honores etiam medicorum, & medici pontifices, cardinales, aliasve ad dignitates evecti. Fraudes alchymiſticæ. Vulgatiſſima pro arcanis vendita. Hiſtoria medicinæ. Paracelsi laudes & excuſatio.

E. G. *laboratorium medico chymicum* verſum a J. Marschall Nürnberg 1677. 8. *.

Das franzöſiſche Kochbuch und der franzöſiſche Keller Minden 1677. 8.

Marguerite *du* Tertre *veuve du S. de la* Marche, *inſtitution touchant les choſes, qu'une ſage femme doit ſavoir dans l'exercice de ſon art* Paris 1677. 12. 1691. 12. 1710. 12. *. Ad curam prægnantium, & puerperarum aliqua.

Duprade

DUPRADE *hiſtoire du Tabac* Paris 1677. 12. 1684. 8. Genev. 1687. & 1747. 8.

DEMEUVE *Dictionaire pharmaceutique* Paris 1677. 4. 1689. 4. & alias. Lexicon medicamentorum ſimplicium cum viribus collectis.

Der vermehrte ſorgfaltige Medicus 1677. 4. ASTR.

F. Anthora d. i. Giftheil oder Beſchreibung des Gifts der Peſtilenz auch anderer giftiger Krankheiten durch P. F. 1677. 12. *. Ille FELGENHAUER alchimiſta in eo placet, quod ſua tamen experimenta narrat. Ita puerum ſanavit vomitu per crocum metallorum moto. Abſinthii tincturam ad ſolem vino extractam valde laudat. Butyrum cum ovi vitello tritum vomitum moviſſe. Vera ſpiritus & ſalis urinæ efficacia in paralyſi. Opii longa & tædioſa præparatio. A vipera demorſus cum ipſe omnino male nunc haberet, ſale abſinthii ex vino calente ſumto curatus eſt. Recuſum eſt opuſculum cum nomine auctoris Leipz. 1680 12.

Particulare ex univerſali oder kurzer Entwurf einer ſonderbaren Arzney Augſp. 1677. 8. UFF.

ANDRIES BOECKELMANN *van* D. BONAVENTURA *van* DORTMONDS *berigt waer in angeweeſen word de quade pratyken van D. D. en dezzelve onkunde angaande het afhaelen van een doode vrugt* Amſterd. 1677. 8. potius chirurgici argumenti.

LE MOINE *lettre a* LOUIS *du* MOULIN *avec la replique du dernier* 1677. 8. FALC.

DE LA RIVIERE GROISSARD *le précurſeur de la médecine univerſelle* Rouen 1677. 12. FALC.

ANTONIO TRILLO *perfetto praticante* Toledo 1677. C. de V.

§. DCCCXXVI. DISPUTATIONES.

ANDREAS LAMB *de ſcorbuto* Leid. 1677. 4. *.

HENR. CHRISTOPH ERYTHROPEL *de paralyſi* ib. 1677. 4. *.

STATIUS JOACHIM HANNIEL *de melancholia hypochondriaca* ib. 1677. 4. *.

J. ADOLPH REINBOTH *de ſuppreſſione menſium* ib. 1677. 8. *.

J. CONSTANTIUS EJ. *jura pathologica pro moribus antiquorum & pſeudo-prophetas auguſtiſſimi Apollinis tribunali* Leid. 1677. 4. Titulus vitioſus.

J. GEORG SCHMIDT *de ileo* ib. 1677. 4. *.

MARTIN OWMANN *de melancholia* ib. 1677. 4. *.

J. BRAEMS *de pleuritide* ib. 1677. 4. *.

ROBERT TRITTER *de lethargo* ib. 1677. 4. *.

RODER. A RYK *de cruditate acida ventriculi* Utrecht 1677. 4. *.

J. Mathon *de medicamentis chemicis* ib. 1677. 8. *.

Abrah. Blendinger *de cancro* Erfurd 1677. 4.

Carl. Ludwig Funccius *de hæmorrhoidibus nimium conniventibus & cæcis* Altdorf. 1677. 4. Hf.

F. W. Schaffer *de paſſione iliaca* ib. 1677. 4. *.

Georg David Schulze *de angina ſtrangulationem æmulante affectu* ib. 1677. 4. Hef.

. . . Quentin *de præparatione gravidarum ad partum facilem* ib. 1677. 4.

Phil. Henr. Chuno *de apoplexia* Marpurg. 1677. 4. *.

J. Henr. Happel *de febre intermittente* ib. 1677. 4. *.

Gregor. Horst *de mania* Gieſſ. 1677. 4. Pl.

J. Theoderici Schur *de melancholia hypochondriaca* ib. 1677. 4. He.

J. G. Simon *de cancro venenato* Jen. 1677. 4. Pl. 1678.

Viri cognominis ſed J. C. *delineatio nova impotentiæ conjugalis* Jen. 1682. 4. Tr. 1718. 4. *. 1734. 4. Id. Sordidus l. & adverſus bonis moribus.

Caspar Posner *de mania* ib. 1677. 4.

J. Gerard Winter *de contagio peſtilentiali* Marpurg. 1677. 4. *.

Ej. *de hæmoptyſi* Rinteln 1684. 4. *.

Ej. *de hydrope* ib. 1684. 4. *.

Ej. *de obſtructionibus* ib. 1685. 4. *.

Ej. *de diabete* ib. 1685. 4. *.

Ej. *de catalepſi* ib. 1692. 4. *.

Ej. *phthiſis pulmonalis* ib. 1693. 4. *.

Ej. *de rabie* ib. 1698. 4.

Ej. *de memoriæ ſtatu præternaturali* ib. 1678 4.

Ej. *de contagione peſtilentiali* ib. 1693. 4. *.

Ej. *de hydrope aſcite* ib. 1699. 4. *.

Ej. *de apoplexia* ib. 1702. 4. *.

Ej. *de gonorrhœa* ib. 1718. 4. *.

Valentin Greising *de partu ſeptimeſtri* Witteb. 1677. 4.

Michael Henr. Horn *de ophthalmia* Lipſ. 1677. 4.

LAUR. CHRISTIANI *de ictero* Hafn. 1677. præſide BORRICHIO.

CAR. JOACHIM FREHER *de melancholia hypochondriaca* Baſil. 1677. 4. PL.

J. FAUST *exercitatio nonnemini oppoſita, qui temere dixit & audacter confirmavit logicam medico inutilem eſſe* Argentor. 1677. 4. ROCHE.

J. ULR. BIX *σφυγμογραφια ſ. de pulſu* Argent. 1677. 4. PL.

LEONH. HEINZ *de adfectibus ſoporoſis* Argent. 1677. 4. *.

J. VALENTIN SCHEID *de viſu vitiato ejuſque demonſtratione mathematico medica* Argent. 1677. 4. *. Varii oculorum morbi.

EJ. *de duobus oſſiculis in cerebris hominum apoplexia exſtinctorum repertis* Argent 1687. 4. *.

EJ. *de polypo cordis Pentas* ib. 1689. 4. *. Subjecta eſt hiſtoria.

EJ. *mutitas diuturna ſubito & ſponte ſublata, ſemine & pure excreto.*

EJ. *de lumbagine rheumatica* ib. 1704. 4. MENZ.

EJ. *de epilepſia verminoſa* ic. 1708. MENZ.

EJ. *de vomitu cruento* ib. 1709. 4. HAEN.

EJ. *de quibuſdam viſus imminuti vitiis* ib. 1720. 4. *.

J. LUDOVICI SCHEID *laudatio funebris* J. VALENTINI SCHEID Argentor. 1732. fol.

CAR. *de* LAVAL & ANT. ENGUEHARD *E. cauſariorum dolores imminentis aeris mutationes prænuntiant* Paris 1677.

DIONYS. DODART & JAQUES DESPREZ *Non E. carnes quovis alio cibo ſalubriores* ib. 1677.

DIONYS PYYLON & FRANC. *le* RAT *E. thermæ borbonienſes anſelmenſes minorem noxam potæ inferunt, quam arcimbaldinæ & vichenſes* ib. 1677.

J. B. *de* REVELLOIS & PETRI LAURENCEAU *E. vinum rhemenſe omnium ſaluberrimum* ib. 1677.

PH. MATHON & FRANC. *le* RAT *E. opium hyſtericæ acceſſioni noxium* ib. 1677.

RAYMUND FENOT & JAC. DESPREZ *Non E. ab urinis certa valetudinis auguria* ib. 1677.

Andr. Coppeniager & Tob. Zollet *de hydrope pectoris* Patav. 1677. 4.*. puto Zolleti opus eſſe. In utero vidit 17 menſuras auſtriacas ſeri.

Franc. Duval *E. catharſis pleuritidi* Romæ 1677. titulus imperfectus.

§. DCCCXXVII. A. Nuck.

Antonius Nuck celebris anatomicus *de ductu* Leid. 1677. 4. *. Nihil equidem ſcripſit vir Cl. practici argumenti: inter anatomica tamen paſſim intercurrunt aliqua huc ſpectantia.

In *ſialographia* Leid. 1692. 8.*. 1728. 8. *. de ſalivæ excretione critica & morboſa agit: de analyſi ſalivæ venereo tabo infectæ, & alioquin de vitioſa ſaliva lactea, dulci, calcarea.

In *adenographia* Leid. 1691. 8. *. 1696. 8, 1722. 8. *. de calculi generatione agit, & experimentum proprium refert de lapidea cruſta circa globulum concreſcente, quem in veſicæ cavum condiderat, cum exemplo ſimilis circa fiſtulæ tabacariæ fragmentum concrementi. Inde ovariorum hydropis ſteatomatis aliquot exempla. Sic de peritonæi proprio hydrope, vix noto eo tempore morbo, exempla, in quo aqua exterius ei ſacco circumfuſa in ejus cellulis ſtagnabat, vacuo abdomine. Paracenteſeos varii eventus. Hydatides peritonæi; meſenterii.

§. DCCCXXVIII. Diaria ad a. 1677.

Christoph Seliger in E. N. C. *obſ.* 56. In febre exanthemata maxima globulorum luſoriorum mole, felici eventu egeſta.

Collectores de magna & ſubitanea intumeſcentia hominis, ex cujus demum vena inciſa vermis vivus erepſit, quem dat depictum, maximum.

Leges privatæ Acad. a. 1677. a cenſore confirmatæ prodierunt cum effigie Volkameri præſidis 4. Willm.

In Birchiana *hiſtoria* T. III. Vita Henrici Oldenburg & Francisci Glisson.

In *Journal des Savans* n. 17. calculus ille ſalutaris ſerpentis depictus datur.

§. DCCCXXIX. J. Conrad Peyer.

Scaphhuſinus Patritius. Præcocem famam ſibi laborioſus juvenis peperit inciſionibus, potiſſimum animalium, tamen & corporum humanorum morboſorum. Diſcipulus fuit Duvermeyi.

Ita

Ita triennio prius, quam doctoris titulum ambiret, edidit, *methodum hiſtoriarum anatomico medicarum, exemplo aſcitis ex pericardii cum corde coalitu nati illuſtrata* Paris 1678. 12.*. Redit inter *parerga anatomica.* Modum hiſtoriæ morbi deſcribendæ, incidendi cadaveris, addendorum ſcholiorum docet, deinde ſuam adnotationem exponit. In corde polypi; pericardium carnoſum; aliqua in pectore aqua. In alio phthiſico pericardium valde craſſum; cor magnum, carneis quaſi lemniſcis effloreſcens, in aqua pericardii natantibus; membrana cordis carnoſa. In alia hydropica cor ſolum laboraſſe comperit. In corde vaccæ acum vidit dextro ventriculo infixam, pericardium cum corde connexum. In phthiſico cor externuatum, ut dexter ventriculus tunicæ craſſitiem non ſuperaret. Diſcrimen polyporum ſuorum & grumorum ſanguinis. Dari & in vivis hominibus polypos.

Ej. *Parerga anatomica & medica ſeptem* Genev. 1681. 8. *. Inter ea primum eſt de *glandulis inteſtinorum*, quod etiam ſeorſim prodierat Scaphus 1677. 8. *. Hujus aliqua pars practici eſt argumenti, de morbis inteſtinorum, de purgantibus medicamentis, de clyſteribus. Veras noſter inteſtinorum ſuſceptiones vidit, ut inteſtinum intra inteſtinum ingrederetur. Caruncula rubentes, vaſculoſas, per alvum excretas, pro ſuis glandulis habet. Purgantia de irritatis glandulis ſeri effuſionem excitare. In *ſecundo* ejuſdem tituli parergo de glandulis dicit inteſtino adhærentibus, in hydropico homine conſpicuis.

Quintum etiam parergon huc facit, in quo aſciticæ feminæ inciſio deſcribitur, quæ Glaseri labor eſt. Oſtium ductus choledochi ampliſſimum; lien faba non major, membranis a putri ſero exeſis. Sic *ſextum.* In femina hydropica ſaccus inteſtina operiens plenus ſaniei, ad duodecim pintas: tum aliqui variæ molis abſceſſus. Pancreas ſcirrhoſum; in fellea veſicula calculi: in utero hydatides.

Ej. *diſput. inauguralis de valetudine humana* Baſil. 1681. 4. *.

In Pæonis & Pythagoræ *exercitationibus familiaribus anatomicis & medicis bis quinquaginta* Baſil. 1682. 8. *. quinquaginta epiſtolæ Noſtri ſunt ſive Pythagoræ. Harderum diximus. Nunc Peyeri; tumor occipitis in viro, magno ſteatomate gravis, in quo hydatides fuerunt. De ſtranguria poſt dyſenteriam ſuperſtite. In pleuritico pulmo tenui muco adglutinatus, non purulentus, ſanguine cum pleura turgidus; in corde polypi veri, pro quibus ſenſit contra Kerkringium &c. In partem dilatatam inteſtini pars contracta ſubiit, ut abſque vi nodus ſolvi non poſſet, abſque tamen inflammatione. In aſthmate hydropico cor enorme ſpithamæ longitudine, novem librarum pondere, polypis plenum: & ſimile in femina exemplum. Vermis ventriculi equini, qui quaſi bipartitus erat, teres, apus, aculeatus, tumicis impactus. Ejuſmodi vermes facile ſexcenti fuerunt, in inteſtinis omnes teretes. Chorea ſ. viti ſ. diuturna contra voluntatem. Ab inunctione mercuriali cor grumoſo ſanguine plenum. Virgo, cujus ſuturæ ad tranſverſi digiti latitudinem poſt magnos capitis dolores diſſolutæ. Aorta oſſibus intus

intus aſpera. Hominum anatome, qui arſenico interemti fuerant; ventriculus intus rubens & inflammatus; ſanguis fluidus. A lotio per triduum retento rupta veſica. In hydropica paſſim per abdomen glandulæ conglobatæ ſcirrhoſæ. In gallinæ rene calculi. Inteſtinum gangrænoſum ſepties perforatum a febre maligna. A ſeminibus colchici comeſtis ſingultus, convulſiones, mors.

In *merycologia ſ. de ruminantibus & ruminatione commentario* Baſil. 1685. 4.*. caput huc pertinet, de hominibus ruminantibus, quod morbi genus eſt, cujus exempla recenſet; addit ſuum de puero fatuo ruminante, & aliud opulenti hominis, qui per totam vitam cum voluptate cibos in os revocavit, ut ruminaret: aliud, ubi idem cum moleſtia fiebat. Tum ruminatio in armentis ſuppreſſa, a pabuli nimia ingurgitatione.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* IV. *obſ.* 99. A ventriculo flatu diſtento, dum œſophagus accurate claudebatur, ruptum diaphragma, ut reticulum in thorace eſſet.

Obſ. 102. Corticem peruvianum, in Germania vix notum, dabat cum trifolio fibrino in pilulas intritum, & dudum monet, eo febrem ſanari, recte tamen jubet, octiduo a febris ſuppreſſione in eo cortice ſumendo pergi.

Ann. VII. *obſ.* 204. ex aqua collecta exſtinguitur cum corrupto pulmone; & polypo vero, qui per vitam magnarum anxietatum cauſa fuerat. Placenta ſedi uteri adhærens, qua os ſacrum reſpiciebat. Oſſa pubis laxa, ut cultro facile dividerentur.

Obſ. 205. in carne bubula perioſteum oſſeum.

Obſ. 206. ex vena portarum hydatis prodiit.

§. DCCCXXX. Varii.

Johannes Broen de Cartesii ſecta, diſcipulus T. Craanen, tamen ut non omnia Sylviana reciperet, neque ſucci pancreatici fervores. Prælector in Academia Leidenſi fuit.

Ej. *tempus vitæ & mortis* Leid. 1678. 12. Astr.

Ej. *de duplici bile veterum* ib. 1685. 12. *. Poſt phyſiologica agit de animi adfectuum in bilem poteſtate. De melancholia, ad quam faciat ſanguis craſſus & acidus. Icterus ab hepate obſtructo, a calculis felleæ veſiculæ, ab ariditate ſanguinis & humorum. Spes curationis a ſapone. Pro ſignis ex urina ſumtis non ſemper fallacibus. Icterum nigrum ipſum ſcorbutum eſſe. Scorbuti ſymptomata, etiam hydrops, pleuritis. Contra nimium illum αυταρκειας amorem. Purgantium modus agendi: electiva nulla dantur. Utiliter ſæpe ea in malis diuturnis cum ſudoriferis miſcuit. Sanguinem poſſe nonnunquam nimium ſubtilem fieri, nimiumve

nimiumve repletum particulis volatilibus. In pleuritide tamen venam tutius ſecari.

Ej. *animadverſiones medicæ theoreticæ practicæ in* HENRICI REGII *praxin medicam* Leid. 1695. 4.

Ej. *opera medica* Roterdam 1703. 4. *. edidit PETRUS v. PELT. Tres partes ſunt, ſed nulla priorum redit I. *medicina theoretica ſ. œconomia hominis.* Aliqua ad practicam partem faciunt, ut pulſuum ratio. II. *Exercitationes theoretico practicæ de operationibus medicamentorum.* Nimium indulgere nuperos ſalibus volatilibus, neque unicam cauſam morborum acidum eſſe. Dari omnino ſpecifica remedia. Cenſus medicamentorum eorumque claſſes. Bilis vitia acidis curari. Formulæ medicamentorum magiſtralium & pharmaceuticorum, doſes, ſcriptiones; In emeticis antimonialibus non adeo ad ſemimetalli doſin adtendi debere, quam ad doſin liquoris, in quo diluitur. Addere ſolet mercurium vitæ. III. *Compendium chemicum.*

LEONARDI FRANCISCI DINGHEN Prof. Lovanienſis, *fundamenta phyſico medica ad ſcholam belgicam adaptata, tr. de febribus* Lovan. 1678. fol. *. Phyſiologia valde antiqua, & nuperioribus inventis egena. In practicis perſequitur veterum intemperies. Sit pro exemplo febris. Ea eſt focus naturalis magis vel minus depravatus, bulliens aut morboſe fermenteſcens, ſive id cum calore fiat, ſive cum frigore. Cauſa ea omnia, quæ ſanguine magis agitabilia ſunt. Materiem febrilem periodicam fere cellulis recti inteſtini & coli inſidere, in materies, quæ febrem facit, fere eſt chylus indigeſtus. In febribus intermittentibus craſſior materies eſt, & in cavernulis minus calidis habitat &c.

JOHANNIS GARMERS peregrinatoris, medici Hamburgenſis, *oratio de theriaca in officina* HENRICI SONNENBERGERI habita Hamburg 1678. 4. & *de theriaca dicta in officina* J. STAHLII ib. 1679. & III. *de theriaca dicta in officina* J. KAHDEN ib. 1680. 4. TR.

Lites cum DAVIDE *van der* BECKE argumenti ſunt chirurgici.

FRANCISCI RUBEI *nocturnas exercitationes* IDEM edidit.

Ej. *Elogium funebre* a J. HEHRICO DANKER ſcriptum ib. 1700.

Lampas vitæ atque mortis J. E. BURGGRAV *ſtudio obſcure tradita nunc dilucide expoſita* a G. C. M. D 1678. 12. THOMAS.

THOMÆ RODERICI A VEIGA *practica medica; acc. tr. de fontanellis & cauteriis* Lisbon. 1678. FALC.

Diſceptatio medica philoſophica & optica de natura epilepſiæ Regenſpurg. 1678. 4. HOTTON.

Pharmacopœa collegii R. medici Londinenſis Lond. 1678. 16. *.

Diſſertatio

Diſſertatio phyſico medica de febre ſecundum principia CARTESII *prælecta in conventu in ædibus* D. *de* MONTMOR Lond 1678. 12.

CAROLUS *du* FRESNE Dom. *du* CANGE *gloſſarium ad ſcriptores mediæ & infimæ latinitatis, in quo latina vocabula novatæ ſignificationis explicantur* Pariſ. 1678. fol. Venet. 1736. fol. 6 vol. Baſil. 1762. fol. Vocabula etiam medica exponit. Egregium opus.

Gazophylacium artis memoriæ ſ. tractatus variorum auctorum de arte memoriæ JO. AUSTRIACUS. HIER. MARAFIOTUS. J. SPANGENBERGER. FR. M. RAVELLINUS. J. WILLIS & varii de ea arte.

AUGUSTINI OLDOINI *athenæum liguſticum, in quo peruſinorum ſcripta publica exponuntur* Peruſ. 1678. 4. B. BUN. 1680. 4. B. BUN. Syllabus ſcriptorum ligurum, nec non Sarzanenſium & Cyrnenſium Reip. Genuenſi ſubjectorum.

ANDREÆ SENNERT *athenæ & inſcriptiones Wittenbergenſes* Witteb. 1678. 4. CARRERE.

§. DCCCXXXI. B. SCHARF.

BENJAMIN SCHARF. EJ. τοξικολογια *ſ. de natura venenorum in genere, tractatus phyſicomedicus* Jen. 1678. 8. TR. 1679. 8. TR. Germanice *verwahrungsmittel wider die einſchleichenden Giſſtmiſcher* Erfurd. 1698. 8. *.

EJ. *juniperi deſcriptio curioſa ad novam Acad. Nat. Cur. elaborata* Lipſ. 1670. 8. *. Spiſſum volumen formularum, quas unquam ad quoſcunque fines juniperi aliqua pars ingreſſa ſit.

EJ. *Erinnerung zur Erkenn- Bewahr- und Heilung der Peſt* Jen. 1681. 12. TR. Multum ratiocinationis. Peſtis eſt a ſale aut a ſulfure aut a mercurio, eſt ab acido concentrato, ſanguinem coagulante, uti injectus in venas ſpiritus acidus minus concentratus ſanguinem coagulat. Cura præſervationi purgata alvus, alii. Monet ne quis jejunus de ædibus prodeat. Medicamenta acida, tunc abſorbentia, oleoſa, theriaca. Curatio, ſudor extorquendus, etiam lapide bezoar.

EJ. *unvorgreifliche Gedanken von den vielen heimlich gehaltenen magnetiſchen Curen* Sondershauſen 1700. *.

In E. N. C. *ann.* IX. X. *obſ.* 6. Vomitus ſanguinis in femina gravida innoxius.

Obſ. 7. ex muliebribus aſcarides.

Obſ. 103. In phthiſici pulmone late omnia ulceroſa, ut id viſcus cum pure retento ad quinque libras penderet; quam culpam noſter opio tribuit.

Dec. II. *ann.* II. *obſ.* 101. quæ puella menſes ab utero averſos per os rejiciebat cum anhelitu, reſtitutis legitimus menſibus ſanata.

Obſ. 103. Aſthma noctu per ſomnum obrepens & ſuffocationem minitans, volatilibus acribus ſuperatum, ſale viperæ, ſpiritu theriacali, eſſentia caſtorei.

Obſ. 104. in febris quotidianæ paroxyſmis copioſus deceſſus ſalivæ.

Dec.

Dec. III. *ann.* II. *obſ.* 82. Pulvis fungi ſaligni (cujus) funeſto eventu datus. Cadaver vehementer putreſcens, decolor; Ventriculus ſugillatus; hydrops pectoris; unde difficilis ſpiritus.

Obſ. 86. Scirrhus hepatis aptis emplaſtris in abſceſſum verſus & ſanatus.

Obſ. 87. utique a ranunculo paluſtri riſus ſardonius.

Ann. V. VI. *obſ.* 84. Lochia calidis provocata in nimiam hæmorrhagiam abierunt; neque tamen noſter venam ſecuit, cataplaſma vero ex aceto impoſuit. bono eventu.

Obſ. 85. Sic in hæmorrhagia narium feminæ illuſtris turiones fœniculi 86. & cichorii ſylv. radices ſiccatæ in nares datæ, aut manſæ.

§. DCCCXXXII. Cornelius *van* Bontekoe.

Proprio nomine Decker, cui ab inſigni patris cauponis nomen hæſit, idem archiater Brandenburgicus. Cartesianæ ſectæ aſperrimus defenſor, quo non alius confidentius ſuas conjecturas propoſuit; in acido & viſcido omnem morborum cauſam poſuit, curationem in aquoſis & adtenuantibus.

Ej. *tractaet van het excellenſte kruyd Thee* Haag 1678. 12. Hotton. & tertia editio a morte auctoris aucta, etiam *duobus tractatibus de Coffea & Choccolata cum apologia auctoris tegens ſyne laſteraars* Haag. 1685. 8. *. Cum pro ſummo bono ſanguinis tenuitas ipſi eſſet, ſpem ſuam præcipuam poſuit in Theæ infuſo, cujus etiam 100 eſt 200 cyathos bibere jubebat, veram omnium morborum panaceam, puram omni ſuſpicione nocendi, neque unquam ventriculum relaxaturam. Cæterum infinita aliena admiſcet, ſibique indulget, ut quidquid in mentem venerit, id effutiat. De coffea brevius: vires medicæ nimiæ. Hydropi & tympanitidi ſanandis prodeſſe. Sennam tamen præfert. Chocolatæ vis nutriendi eximia.

In *apologia* refutat eos, quibus prior de Thea libellus diſplicuerat, qui iidem auctorem ob infeliciorem in febre adhibitam curam carpſerant. Contra venæ ſectionem. Ob defenſionem Cartesianarum opinionum ei Leidæ diſputando contradictum eſt.

Ej. *Reden over de koorſen, doer welk aangeweezen word, dat de gemeene theorie en practyk vals ſchadelyk en moorddaadig is.* IV. *vermeerderd med een bewys, dat de ervarenheid der oude doctors zoo opſtoffen, geen waere bevindig is, en Provocatie aen de Doctoren; Chirurgyns ond Apotheker int beſonder van Amſterdam*, Haag. 1682. 8. *. Refutatis prioribus omnibus, febrem contendit eſſe a ſanguine lente moto; venæ ſectionem, & refrigerantia omnia nocere urget.

Ej. L. *de febribus periodicis*, gallice Utrecht 1682. 8. Latine vertente J. Abraham *de* Gehema Haag 1683. 8. Tr.

Vervolg van de reeden over de koorrtſee dionende tot en vorloper van een uytvoerlyck verhandeling van de fermentatie en de effervescentie... kort antword op de vuyle laſteringen in ſeker brief onder de naam van Pieter Bernagie *voorgebragt* Amſterd. 1683. 8. *. Cum juvenis medicus contenderet, in febre ſanguinem non pigrum eſſe, neque ab acido febrem eſſe, noſter utrumque confirmat, & exemplum adducit hominis, qui a nimia aceti copia epota in gravem febrem cum maculis incidit, & periit In peſte nihil valere, niſi ſales volatiles potentiſſimos.

Antwoord aan de Schryvers van de brief onder de naam van P. Bernagie *uytgegeven tegens het nieuw gebow der chirurgie, en de reden van kortzen* Amſterdam. 1682.8.*. Scripſerat non nemo contra ll. de Thea, de novo ædificio chirurgiæ, & de febribus: negat enim noſter Bernagii eſſe laborem. Aſperum iterum & inutile ſcriptum.

Latſte reden van afſcheid over de koortſen uytgeſproken 15 Jul. 1681 *tot waarſchruſchowing voor alle die haar leven lief hebben — om ſig te leten moorden met aderlaten, purgieren, kouddrinken &c.* Haag. 1681. 8. Wel.

Moellerus habet etiam *notas provocativas in Corollaria, quæ diſputationi ſuæ* de ictero *oppoſuerat* Ger. Blasius, *quibus reſpondetur ad calumnias, quas effudit oſtenditurque, quæ ſit medicorum imperitia, imprimis vero* Blasii *mendacium, quo auctoris libros de chirurgia & febribus famoſos libellos eſſe dixerat, refutatur* Amſterd. 1682. 8.

Kort en vaſt bewys dat er geen annus climactericus ofte moordjaar is, entſelve en de 63 *en* 81 *jaar niet te vreſen ſtaat* Haag. 1683. 8. *. Ad Electorem Fr. Guilielmum, qui annum Aet. 63. ingreſſus erat. Errorem facile refutat.

Ej. *nieuw gebouw der chirurgie of heelkonſt. I. Deel, alwaer t'oude geſtel van de theorie, en van de cur der gezwellen, wonden en ulceratien afgebroken word* ib. 1680. 8. *. Habet etiam res non naturales, Plegmonem.

In *operum collectione* redit *Omwerp van t'oude geſtel der medicyne eerſte deel.* L. I. *dat de generale theorie van de gemeene chirurgie vals is.*

In *collectione operum* eſt *het vierde boek van de mislagen omtrent de indicatien en de v. boek.*

Ej. *Vervolg van het eerſte deel alwaer de practyk der chyrurgie van een mennigte abuyzen en moorddaadigkeyt overtuigt word* ib 1681. 8. *. Nullam dari naturam medicam, nullam plethoram, neque etiam bilem; hepar in hydrope non vitiari; nullas dari fluxiones vel congeſtiones; derivationes, revulſiones, ſed neque criſes. Venam ſecandi occaſiones eſſe rariſſimas, & difficilime adgnoſcendas; ſic purgationes rariſſime requiri. Opii laudes; cum malo etiam cauſam auferre. De medicamentis. Contra Pharmacopolia; contra Galenica medicamenta, contra botanicam; quæ inutilis ſit. Percurrit inde ſirupos, reliquas formulas; oſtendit uſu carere.

Ej. *Naareden.*

Hortatio

Adhortatio ad deponenda præjudicia. Hæc germanice Hanover 1687. 8. Wolfenbüttel 1697. 8. *. cum vita auctoris & notis J. PETRI ALBRECHT, his ſatis copioſis B. B.

Nonne eadem fuerint opuſcula, quæ non coram habeo.

EJ. *Fragmenta dienende tot en bewys van de beweginge van het acidum methet alkali, als mede de grondtleg tot de opbouw der medecyn en chirurgy* Haag. 1683. 8.

EJ. *korte verhandeling van t'menſchen leven, gezondheit ziekte en dood, begrypende recepten I. over't ligham en zyne werkinge in gezondheit, over de middelen van het leven en gezondheit te bewaaren, en de meeſte ziekten voor te kommen door ſpyze drank ſlap en Thee, Caffee, Choccolade, Tabak en geneez middelen, zynde een vervulling van t'over gebouw der Chirurgie: den tr. van de kortzen en thee, als mede 3 verhandelingen over de natuur de bevinding en de zekerheit in de genees en heelkonde* Gravenhag 1684. 8. B. B. Germanice Bauzen 1686. 8, 1688. 8. 1692. 8. 1701. 8. ad SCHULZE.

In *operibus poſthumis* reſpondet huic operi *Derde deel behelzende de anatomie over de experientie ofte bevinding van's menſchen leven gezondheyt ziekte en dood om de gezondheyt te bevaaren en de ziekten voor te kommen.* Reſpondent etiam ſequentes libelli, tantum quod in editione poſthuma præcedant anatomes compendium & caput de experientia & quod aliqua alia in editione 8 ſequantur poſt caput *van't menſchen leven &c.*

EJ. *diſcours op het leven de ſiekten en de dood in poſthumis* germanice Bauzen 1686. 8. 1688. 8. 1692. 8. Contra medicos ſuos adverſarios. Pro medicis peregrinis. Contra pharmacopolas. Homines ſuorum morborum & mortis cauſas eſſe.

Korte verhandeling van de diæt of verkiezing der beſten ſpyſen.

EJ. *grondslag van een nieuw gebouw van medicyne en chirurgie nieuwelyk ontdekt in het alcali en acidum* Belgicum ſolum vidi; breve compendium. De vitiis humorum, acore, lentore. Vitia partium firmarum. Symptomata. Curatio. Claſſes medicamentorum, potiſſimum ſudorifera. Opium inter ea ex melioribus. Purgantia convenire in nimia abundantia humorum, affectibus ſoporoſis, febribus intermittentibus, vitiis ventriculi, ſcorbuto. Non purgandum in febribus.

In *pathologicis* docet unicum dari morbum, eum eſſe ſcorbutum ſive lentorem viſcidum & acrem, in quem omnes reliqui morbi reſolvantur, ipſa etiam inflammatio & febris, quæ fiat ab acido acri, cum ſanguine, quem lentum viſcidum & acrem reddit, reliqua autem mala eſſe a pancreate. Sequitur diæta, in qua contra acida pugnat, & animalia negat acida in ſanguinem recipere, ne quidem graminivora. Inter remedia univerſalia ſcorbuti numerat nitrum, ſed hoc nitrum fixum eſt ſal alcali detonatione paratum.

Ej. *litteræ familiares* ad Janum de Gehema Berlin 1686. 8. Gehema editore.

Nunc commemoratis operibus, quæ ſingula vidi exſtare, tranſeo ad ea, quæ in operibus demum omnibus reperio, cum hoc titulo collecta *Alle de philoſophiſche, medicinale en chymiſche worken* Amſterdam 1689. 4. 2 vol.*. Vita viri. Hamburgi aliquamdiu vixit, inde Berolinum vocatus ex principiis ſuis periit. Cum enim de gradibus delapſus caput adflixiſſet, eique ſanguis per aures manaret, & calvaria fiſſa eſſet, atque ſanguis in cranio effuſus, nunquam voluit venæ ſectionem admittere. Infelici in matrimonio vixit, laboratorium chemicum coluit. Cadavera frequentia ſecuit, diem obiit a. 1685.

SIMON WARMBOLD *obſ.* 33. In aſcitica femina non facilis intellectu obſervatio. In meſenterio, ſpermatis ranarum ſimili materia repletæ veſiculæ, & capillamenta. Pulmo alter purulentus, induratus.

ERASMUS BARTHOLINUS, THOMÆ Frater, Mathematicus.

In *Act. Hafn. -Vol.* V. *obſ.* 112. Febris quartana a. 1679. Hafniæ epidemice ſæviit; eam ipſe paſſus cortice chinæ chinæ ſe reſtituit unica drachma ante paroxyſmum ſumta. Multi alii exemplum ſecuti, eundem eventum experti ſunt.

Obſ. 113. Aerem Havnienſem ſalubrem eſſe.

In NICOLAI DE BLEGNY *nouvelles découvertes ſur toutes les parties de la médecine* Paris 1679. 12. quæ primus tomus eſt, *zodiaci medico gallici.*

GUILLAUME SUPERCASAUX junior de fetu eodem, quem BAYLEUS deſcripſit, 25 annis in utero materno retento.

TAMPONNET chirurgus uterum ruptum vidit.

DE S. ROMAIN medicus. Qui cultrum devoravit, & per abſceſſum hypochondrii dextri reddidit, poſt eum cultrum ferramenta devoravit ingentia & bufonem vivum, hunc magno cum dolore, quem percuſſo ſtomacho revomuit.

IDEM vertit libellum ABERCROMBYI, quem dicemus, titulum fecit, *methode aſſurée & efficace pour guérir la maladie vénérienne ſans ſalivation mercurielle* Paris 1690. 12. FALC.

MAUCHE chirurgus, de verme ex vena inciſa educto. In veſicula fellea poſt icterum calculus pellucidus. In ſcrophuloſa tuſſiculoſa femina pulmo ſiniſter conſumtus: ejus locum tenebat gypſæi quid membrana tectum.

Febris abſtinentia triduana ſuperata.

L'ANDOUILLETTE expoſitio mechanica febrium.

DAVY chirurgus. Ex abſceſſu inguinis ſiniſtri calculi fere ſexaginta triangures. Femina cui ſcirrhus in regione umbilicali, qui diaphragma ſurſum repulerat, viſcera de ſuo ſitu dimoverat.

J. FR. *le* CONTE medicus. Melancholicus, laborans anaſarca & febre lenta, vermibus idem vexatus, cum per errorem aquæ phagedænicæ mercurialis dilutæ uncias tres ſumſiſſet, mota diarrhœa, febre & reliquis ſuis incommodis liberatus eſt.

Ann. 1680. in femina gravida ſanguis ſecundo menſe fluere cepit, neque deſiit manare, quoad fetum eniteretur. Deinde de hepatis abſceſſu aperto cum ſanguine puris copia egeſta. In quatuor aliis graviditatibus eadem hæmorrhagia ſecundo menſe rediit.

EJ. *opuſcula medica varia ſelectioris argumenti* Lipſ. 1690. 8.

COUTURIER medicus, de veneficio & ablata, ut putabatur, coëundi poteſtate.

Vertigo exſcreatu phlegmatis acris curata, ſalivatione ſpontanea diuturna.

DE LA MORANDIERE de hominibus qui ſubito perierunt, cum derelictum puteum purgare vellent. In aqua putei nil erat vitioſi.

Hic tomus Germanice redditus Hamburgi prodiit 1681. 8. *. cum titulo *monatliche neueröfnete Anmerkungen über alle Theile der Arzneykunſt*; & latine *zodiaci medico gallici* titulo Genevæ.

In *Journal des Savans* 1679.

BROCARDI Bellovacenſis experimenta diſſolvendi calculi Pariſiis facta. Cum aquæ aliqua copia calefactus calculus integre diſſolutus eſt. Liquor lithitripticus non acris eſt ut quidem nitri ſpiritus. Infuſum oleum tartari in eo fervorem excitat & ſedimentum præcipitatur, liquor autem ſanguineum induit colorem. Ipſe BROCARD 70 guttas deglutivit.

Philoſophicæ quidem *tranſactiones* annis 1679, 1680, 1681, 1682 nullæ prodierunt, nummorum, ut videtur, defectu impeditæ.

Id intervallum hactenus ſupplevit ROBERTUS HOOKE, qui Societati erat ab experimentis.

Edidit

Edidit a. 1679. 4. *Philoſophical collections*, ejuſdem fere ſcopi opus. In N°. 1. J. Beaumont de vapore inflammabili cuniculorum ſubterraneorum. Periculum inflammationis maximum eſſe hieme; aere puro & vigente tantum erat periculum, ut minimis candelis neceſſe fuerit uti.

N. id. Idem de morbis a fumis plumbeis, etiam in aere patulo ſuper fodinas uſtulati plumbi natis.

Anonymus de cadavere undique capillis efflorescente.

N. 3. R. H. conſilia aliqua pro myopibus.

Laweriæ hiſtoria.

§. DCCCXLIV. Rosinus Lentilius.

Clinicus, aliquandiu in Curonia medicinam fecit, inde in Germania, demum Stutgardiæ ſedem fixit, ibique inmenſa in praxi conſenuit, felix clinicus, materiæ medicæ germanicæ apprime gnarus, & nuperorum auctorum lectione inſtructus, non perinde veterum, nimius in abſorbentibus, vomitoriis & diaphoreticis, laudator cinnabaris, in venæ ſectione parcus, cætera ſatis credulus.

Ej. *de febre tertiana intermittente epidemica præterito vere ſeptentrionem ſubque eo Curlandiam infeſtante* diſp. inaug. Altdorf. 1680. 12. morbi dat hiſtoriam.

Ej. eſt in *Act. Hafn. Vol.* V. *obſ.* 124. medicamentum ex adipe leporino ad oculorum pannos.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 151 aliquid molæ ſimile de utero egeſtum, poſt fetum propendens, reſectum; caro erat ſpongioſa, nihil habens ſingulare, neque cauſa repentini lethi adparuit.

Obſ. 152. A puello globuli butyracei cum alvo magnis cum torminibus egeſti. In univerſum infantibus clyſteres perutiles eſſe.

Obſ. 159. Cui nullus de inciſa vena ſanguis effluit, niſi corpore vehementer exercitatio, tunc vero violento flumine, ut vix poſſet contineri.

Ann. III. *obſ.* 40. Cephalalgia periodica aliique morbi, etiam mutitas quotidiana unius horæ.

Obſ. 46. Arſenicum ad grana tria, quatuor, adverſus quartanam propinatum, fecit anxietatem, & profuſum ſudorem, ſic morbum ſuſtulit.

Obſ. 65. Extracto eſulæ ſuperatus deſperatus hydrops.

Obſ. 199. Poſt tuſſim tabidus, inciſus; ventriculus peranguſtus, pulmones pleuræ adhærentes, ſcirrhoſi, arenulis & lapillis repleti, abſque pure.

Ann. IV. *obſ.* 157. De febre maligna ſingultuoſa, ſuppreſſo ſingultu funeſta. Alia ad ſingultum in febribus.

Obſ. 159. Tres pueri ab ingurgitato pane calido enecti.

Ann. VI. *obſ.* 201. Cum virgo unguibus faciem violaſſet, inde ulcus malignum natum, quod cum curatum eſſet, alia mala ſucceſſerunt, & ipſa epilepſia.

Obſ. 202. A pilulis de cynogloſſo alvus mota.

Ej. *anni app.* Alterno uſu nivis & balneorum febrem in Curlandia curari.

Ann. VII. *obſ.* 133. Aſthma abſque ullo ſputo cum magna anxietate & deliquiis. Data hyſterica, amara & Valeriana.

Obſ. 134. Puer ſubito obmuteſcit, cibo abſtinet, ſymptomata pro magicis habita, patitur, demum ſanari potuit.

Obſ. 135. In puello miræ contorſiones & chorea S. Viti.

Obſ. 136. Calculi per tuſſim, vomitum & alvum redditi.

Obſ. 137. Cui ventriculus, & bona pars inteſtinorum in putrilaginem contabuerant, ſic veſica.

Obſ. 138. In viro pervicax alvi conſtipatio, ſphincter pene coaluerat, rectum inteſtinum putreſcebat, inteſtina ſphacelata erant.

Append. ann. VII. *Dec.* II. De venæ ſectione moderate ſentit, ut tamen nimiæ noxas aperiat.

De urina ſanorum ſimili in febre petechiali.

Ann. VIII. *obſ.* 225. Paralyſis & oblivio ex philtro (quid id philtrum fuerit, ignoratur).

Obſ. 226. Hæmorrhagia narium pervicax, quam intumeſcentia & deformatio forte cancroſa naſi ſecuta eſt.

Ann. IX. *obſ.* 124. Hæmorrhoides in puero novenni.

Obſ. 177. De decubitu in ſtramine madido.

Obſ. 178. Convulſiones, pili vomitu redditi.

Obſ. 179. A febre tertiana aphonia ſublata, ea ſuperveniente recrudeſcens.

Obſ. 181. Frequentes a. 1689. febres eryſipelaceæ malignæ.

Obſ. 182. In febre maligna, vehementiſſima perfrigeratio, deinde venæ ſectio, felix utraque.

Obſ.

Obſ. 184. Educto nucleo ceraſi, qui multis annis in aure hæſerat, auditus reſtitutus.

Ann. X. *obſ.* 187. Ob cardialgiam cum ardore præcordiorum ſero lactis uſa, ſanata eſt, tamen ut paronychia ſuccederet.

Ad hunc annum in *appendice* addit parallelas ſuas adnotationes. Sic paſſim alibi.

Ad *ann.* I. *Decuriæ* III. Parallelifmi obſervationum, ſimileſque aut caſus, aut curationes. Fonticulos undique rejicit. Pulſus cordis in altero latere perceptus.

Dec. III. *ann.* II. *obſ.* 117. Contra urinæ potæ vim medicatam.

Ad *annum* III. Parallelifmus obſervationum V. In hydropico pectore cor enorme. Certo profuiſſe valerianæ radicem in epilepſia: etiam adultorum hominum. Aquam mercurialem in gutta roſacea utilem viſam. Poſt dyſenteriam dolor ſævus ſiniſtri abdominis, cum angore & deliquiis, mortis demum imminentis ſignis: quæ levabantur membranulis de alvo decedentibus; tamen ut idem ſubinde nocte recrudeſceret. In podagra frigidiſſimo cataplaſmate impoſito malum ad ſextem menſem perductum. Picæ variæ exempla. In ulcere veſicæ opii, hyoſcyami cum gummatibus uſu levamen, nulla cum alvi conſtipatione: dabantur in doſi opii grana quatuor.

Ann. IV. *obſ.* 23. In homine verminoſo conſtitit, vermes marrubium & rutam fugere, & calorem confricti dorſi: dulcibus delectari. Solebat vermis in ventriculo habitans, quaſi exitum per os moliri, verum idem parte itineris abſoluta refugiebat a tentamine: Demum per vomitum prodierunt aſelli 162 duæ forſiculæ, juli quatuor, lacertæ, teredo, ſcarabæus, eruca, lumbrici &c. Niſi fabula ſubeſt.

Ad *ann.* 5, 6, in *app.* Obſervationes iis parallelæ, quæ in ipſo opere occurrebant numeroſæ, ut omnes perſequi non liceat. Ecce aliquas.

Calculus ſalivalis exemtus multi doloris finem fecit.

Zona eryſipelacea. In principe ut videtur a mercurio dulci cardiogmus, ardor faucium, convulſio; vomitu lacte, butyro, oleo moto, tunc antidotis ſuperata mala.

Lycopodii pulvis in iſchuria puerili ſalutaris.

Calculus in cane in Aëtitis modum alium calculum continens.

Ej. *Bedenken über die im Frühling u. Herbſtzeiten unzeitig angeſtellte præſervir Aderläſſe* Ulm 1692. 8. Reprobat venæ ſectiones circa æquinoctia in Germania vulgo receptas.

Ej. *τεχνημα πρακικον tabula conſultatoria medica exhibens quæſtiones per quarum reſponſiones in morbi genium penetrare indicantium & contraindicantium momenta invenire & in medendi methodo tutius procedere liceat* Ulm 1696. 8. Tr.

Ej. *miſcellanea medico practica tripartita* Ulm 1698. 4. *. Magna varietas. Primum de ſocietate medicorum conſtituenda, conſilia noſtri, quæ nullum exitum habuerunt. Tunc morborum hiſtoriæ cum curatione & formulis (miſtæ variis ſpeculationibus pbiloſophicis & phyſiologicis) ut tamen paulum credulus ſit, tum Lentilii tum amicorum. Metaſtaſes: oculorum inflammatio repulſa, cui ſucceſſit brachii tumor eryſipelatodes: etiam ab iſta ſede depulſus morbus ad alterum brachium tranſiit; inde rurſum in prioris brachii manum, cum aquoſo indolente tumore. Sic a ſcabie repulſa epilepſia. Abſorbentibus indulget. Phthiſis (tuſſis potius ſicca cum anhelitu) mollientibus ſanata. Hydropem cerebri aliis ex ſignis quam Whyttius ſuſpicatur, ex vertigine, temulentia, facie ſubtumida. Valde varia adverſus hoc malum auxilia dedit, etiam narcotica & hyoſcyami albi ſemen, & viciſſim in errhino elaterium, & æger convaluit, naturam enim ſequebatur. Hiſtoria vermium & inſectorum numeroſiſſimorum, quæ de ano deceſſerunt & de ore. Inter ea erant forficulæ, oniſci, ſcolopendræ, lacertæ, ranæ, bufones, ſerpens. Verum relatio creduli eſt hominis, eadem quam modo diximus. Tinea ex metaſtaſi, facile ſanata medicamento purgante, unguento ad ſcabiem & oleo tartari. Febris epidemica maligna anni 1689. Noſter terrea dedit, phœnigmos, bezoardica, theriacam. Ventriculi debilitas, flatus, alvus conſtipata, dolor in cordis ſede. Ingens culter, quem ait per nares exiiſſe. Curationes Henrici Scretæ, Henrici Hilleri, aliorum demum numeroſæ ſcriptiones, omnis generis collectæ, quæ pleræque celebri alicui medico familiares fuerunt. Pharmacopœa portatilis & conſilia ad morbos obvios pro comite Seger. Hiſtoriæ medicæ S. XV. J. Ant. *v. der* Linden. Salomonis Braunii adnotationes.

Ej. *de hydrophobiæ cauſa & cura epiſt.* Ulm 1700. 8. *. Suſpicio morſus, hydrophobia certe funeſta. Inciſio in ventriculo gangrænam oſtendit. Commentatur Lentilius in cauſam mali, quam ſali acido tribuit, corpus univerſum ſiccanti.

Ej. *programma invitatorium quo ſchematiſmus eterodromi medico practici exhibetur* Stuttgard 1689. 8.

Ej. *eteodromus medico practicus* anni 1709. ib. 1711. 4. *. Immenſum numerum ægrorum curandum habuit, ad 1200, eorum morbos mechanice conjicit, quod lectori minus commodum eſt, cum ejuſdem morbi hiſtoria in multa capita disjecta ſit. Pro ægrotis nomina finxit. Intercedunt ſubinde memorabiles adnotationes. Homo cui ſonus neſcio quis in pectore percipiebatur, & qui bufonem ſibi in corpore ſidere perſuaſus erat, demum inciſus, ventriculum cordis ſiniſtrum pure pleniſſimum habuit; cor ipſum peramplum: cauſa mali in contuſione fuerat. Femina, cui totis ſedecim annis inferiores artus motui voluntario negaverunt

verunt ſubjici, excrementa præter voluntatem decedebant. In aſthmatico pulmones undique grandinibus adſperſi: Vitium deglutitionis periculi plenum, ut vix liquida deſcenderent abſque magno incommodo, Stutgardiæ vulgo cognitum. Dyſenteria epidemica, neque optimi moris: adſtringentia dabat, terras, opium, non tamen ſtatim in principio morbi, quod conſtipat. Puella dormiens inſcia compreſſa, impraegnata. Morbus a lolio temulento natus, vertigo, oculorum obſcuratio, delirium, appetitus proſtratus, frigus extremorum. Analyſis ejus lolii; aqua acidiſſima, corroſiva, ſal volatile acerrimum, odore fere opii. Heliotropii coctum ſuccum in ruborem vertebat ſpiritus acidus. Piſcium morbi & phthiriaſis. Multa de medicaſtris querela.

EJ. *iatromnemata theoretico practica bipartita, quibus obſervationes, reſponſa, conſilia, caſus, epiſtolæ, diſquiſitiones, medicationes, ſelectiora omnia continentur* Stuttgard 1712. 8. *. Diſſertationes intercedunt aliquæ de hydrophobia, de phyſicis, quos vellet curam ſuam in ſanos etiam cives extendere. Methodus practica ſ. de junioris medici vivendi ratione: pro ſapientiæ neceſſitate & pietatis. Multæ formulæ elegantiores, ut emendationes formularum MYNSICHTI. Præcipuus tamen libri ſcopus eſt, morborum hiſtorias referre, a ſe ipſo curatorum, aut ab amicis. In dyſenteria purgantium uſum non probat; ſed nec in acutorum initiis, in quibus ipſa natura alvum claudat. Phthiſicis opium nonnunquam ſcreationem ſufflaminat. In febribus malignis cum pleno virium lapſu vinum laudat. In pleuritide emulſionem dat cum pulvere rheumatico & linimento; & venæ ſectionem omittit, quam tamen in univerſum fatetur neceſſariam eſſe. Cardialgia inveterata ſanata cydoniata gelatina, pulvere atrometico. Scorbuticorum, quod mireris, frequens mentio. In puella poſt ſcabiem, ſucceſſa pilorum de univerſo corpore eruptio. Podagrico ex facie calx effloruit, ut deterſa rediret. Tertiana cum lateris dolore punctorio conjuncta. A ſecundis retentis gangræna, mors. Ulcus auris poſt morbillos (frequens nuper in hac urbe malum potiſſimum poſt febrem ſcarlatinam).

EJ. *conſultatio medica de quæſtionibus ægrotis proponendis* Nordling. 1718. 8.

EJ. *Leichenpredigt und Gedichte* Stuttgard 1733. fol. TR. Vita viri etiam reperitur in *Act. Erudit. Supl.* T. X. p. 522.

§. DCCCXLV.

MICHAEL BERNHARDUS VALENTINUS.

Profeſſor Gieſſenſis, polygraphus, materiæ medicæ addictior, collector, numeroſa & voluminoſa opera edidit.

EJ. ſunt *Diſſertationes academicæ*.

EJ.

Ej. *de convulſionibus* Gieſſ. 1680. 4. *. recuſ. in *Noſocomio Academico.*

Lego Ej. eſt Schawarzweldi *Opiſtotoni præſervationem univerſalem* 1681. 8. Vindicatio primi opuſculi.

Ej. *hiſtoria moxæ cum meditatione de podagra* Leid. 1686. 12.

Ej. *de Ipecacuanha* 1698. 4. *.

Ej. *de lapide porcino* 1699. 4. *.

Ej. *de filtro lapide* 1702. 4. *.

Ej. *praxis medicæ infallibilis Diſſ.* 1. *de morbis contagioſis* ib. 1704. 4.

Ej. *relatio de magneſia alba novo genuino & polychreſto & innoxio pharmaco purgante Roma nuper advento ad* G. G. Lobniz Gieſſ. 1705. 8. Mon.

Ej. *de novellarum publicarum uſu & abuſu in rebus phyſico medicis* ib. 1607. 4. *.

Ej. *animadverſiones in Machiavellum medicum de ratione ſtatus medicorum* Frf. 1711. 7.

Ej. *de confectione alkermes* 1725. 4. He.

Ej. *de vacillatione caſu & reparatione dentium* ib. 1727. 4. *.

Sunt etiam in ejuſdem bene multæ.

Hiſtoriæ literariæ medicæ ſpecimina VIII. in *App.* E. N. C. *Dec. II. Ann.* III. nempe recenſiones operum Academicis editorum. Continuatio VIII reperitur in *Dec.* III *ann.* VII. VIII. & continuatum cum *Armamentario naturæ ſyſtematico* Gieſſ. 1709. 4.

Sunt porro libri non pauci, omnes quidem collectitii; plerique botanici, ad materiam medicam tendentes, aut ad forenſem medicinam.

Ej. *medicina novantiqua* Francf. 1698. 4. *. Compendium artis ad textus Hippocraticos græco latinos, amplis commentariis illuſtratos. Pathologia; morborum cenſus a capite ad calcem. Semeiotica, therapeutica, diætetica, materies cibaria; cum ſingulis judiciis & medicatæ indolis & virium. Pharmaceutica cum materie medica & aliqua medicamenta ſimplicia per claſſes diſpoſita cum compoſitis.

Ej. *polychreſta exotica in curandis adfectibus contumaciſſimis probatiſſima* Francf. Mœn. 1700 4. *. *Acc. Diſſ. epiſtolicæ varii argumenti.* Diſſertationes ſunt ſeptem. Ad materiam medicam pertinet diſputatio *de faba S. Ignatii*, amara febrium, ut putabatur, antidoto, ſed obſoleta. 2, *De Ipecacuanha* nova tunc

tunc medicamento ab HELVETIO priori in Galliam introducto, pro ſummo in dyſenteria remedio habito. 3, *De lapide porcino, ſ. pedra del porco*, qui ex hyſtricis veſicula fellea ſumitur, & etiam nunc in Belgio inter ſumma medicamenta vulgo cenſetur, ad incitandas in maxima debilitate naturæ vires. 4, *De China Chinæ*, nondum in Germania valde recepto remedio, quo tamen noſter jam tunc in curanda quartana uſus fuerat. Interponit HELVETII patris celebrioris apud Gallos Reginæ medici modum corticis in clyſtere ſubdendi. 5, *Clyſter tabacinus*, cum inſtrumento, in ſolvenda ſtrictiſſima alvo, eo aevo receptus, nunc ad ægros pene exanimes ad vitam revocandos vulgo repetitus. 6, *De methodo Gallorum ſalivatoria*; panacea nempe quæ fit ex mercurio ex cinnabari reſtituto, tunc cum tribus acidis ſpiritibus chemicis ſublimato, iterumque cum antimonii regulo reſuſcitato, inde cum mercurio reſuſcitato trito, in ſpiritu vini aromatico infuſo, quoad panacea fundum vaſis petat adjecto cinnabaris dimidio, datis quotidie a 13 ad 18 guttis.

Diſſertationes epiſtolicæ ſunt *de natura & eſſentia naturæ*, *de conſuetudine*, *de natura medica*, *de inſtinctu naturæ*, *de luſu & moribus naturæ*, cum improbabilibus hiſtoriolis: *de ſelectu principiorum & præcavenda medicinæ ruina*, & CAR. MAX. SPENERI *de remedio hæmorrhoidum cæcarum ſ. muribus marinis diſſ.* alias dicenda. Reliqua non ſunt hujus loci.

EJ. *Declamationum panegyricarum decas, quæ in ſolennibus Academiæ actibus academicis habitæ ſunt* Francf. Mœn. 1701 4. *. *De medico in phyſicum deſinente; de periodis morborum; de medicina illegali & ſuperſtitioſa; de Haſſiæ literatæ fatis; de Gieſſæ ornamentis & progreſſu; declamatio in obitum* SEBASTIANI SCHEFFER, quem diximus & *I.* FRIDERICI ALMACHER medici Francofurtenſis.

EJ. *continuatio declamationum panegyricarum* Francf. 1701 4.

EJ. *praxis medica infallibilis cum noſodochio academico & diſpenſatorio domeſtico.* Francof. 1711 4. TR. 1721 4. *. Spiſſum opus. Primum morbi a capite ad calcem recenſi, cum exemplis & curatione, multis propriis curationibus intermiſtis, & conſiliis variorum. Ecce ſpecimina; ex *puerorum morbis*, Tinea curata multis cum formulis, fere abſorbentibus, ut ejus ſeculi mos ferebat. Adverſus lumbricos fel bovis extus illitum. *Morbi juvenum* cum ſcriptionibus celebriorum medicorum. Hydrops a muliere urina pueruli ſanatus. Luem veneream curandi methodus BRUNNERIANA. *Morbi adultorum.* Febris lenta emetico curata. Se ipſum febre maligna poſt venæ ſectionem & vomitum, pulvere bezoardico ſolo liberatum fuiſſe. In femina, quoties utero gerit, inſenſilitas & aphonia. Catalepſis in femina illuſtri. Morbus iliacus lenientibus curatus. Abortivi putridi fetus per anum. *Morbi ſenum.* Cum medicus gonorrhœam ſe curare perſuaderetur, calculus fuit, urethræ oſculum obſtruens, reneſque purulenti.

Poſt *Praxin medicam infallibilem* edidit *Diſputationes Gieſſenſes*, omnes ut puto ſuas.

ſuas, ſed in brevitatem contractas, cum titulo *Noſocomii Academici:* Cuique morbo peculiare exemplum eſt pro baſi, quem deinde morbum porro exponit.

Ecce titulos.

De febre hæmoptoica.

De febre maligna phthiſi complicata.

De febre verminantium cum tæniæ icone.

De febre lenta in hecticam degenerante.

De maniacis ab uſu ſolani furioſi ſ. Belladonnæ.

De pleuritide maligna.

De phthiſi pulmonali.

De phthiſi renali.

De noſtalgia (Juvenis Thuringi).

De hæmorrhoidibus cæcis cum icone murium marinorum.

De fœtore menſium.

De hæmorrhagia uteri.

De maculis volaticis.

De rhachitide.

De ſcabie endemica & contagioſa.

De elephantiaſi Græcorum.

Diſpenſatorium domeſticum perbreve eſt.

Supplementum ad polychreſta exotica continet diſſ. *de magneſia alba* novo eo tempore & celebrato medicamento.

De filtro lapide diſp.

In Machiavelliſmum medicum animadverſiones. Liber eſt, quem dicemus, plenus conſiliis ad famam malis artibus augendam.

Declamationes academicæ nondum dictas nominaſſe ſufficit, nam priores hic redeunt; *de medicamento optimo; de medicamentorum noxa, de uſu & abuſu privilegiorum.*

Succedunt *quinquaginta* brevia ad promotiones *programmata, ad funera* aliqua, *ad doctores; ad diſputationes Hippocratico Horſtianas.*

EJ. *praxis medicinæ infallibilis pars altera. Chirurgia cum Noſocomii academici continuatione & myrothecio caſtrenſi* Francf. 1715. 4. *. Diſp. 1. *de morbis infantum* prodierat Gieſſ. 1704. 4. *. In chirurgicis quidem admiſti ſunt morbi oculorum varii,

varii, & cutis morbi, & parotides, & alia, quæ ad medicinam revoces. In *Noſocomio academico* huc facit relatio de obſtructione aortæ, indeque oriunda ſyncope, quæ hiſtoria ex Abbatis DE LA ROQUE diario ſumta eſt; & de morſu canis rabidi: Diſſertatio de lue peſtifera infantis tota medica eſt. Sic altera de inſpectione leproſorum.

Una prodiit vaſta collectio, cui titulum fecit, *Pandectæ medico legales, ſ. reſponſa medico forenſia, ex archivis celebriorum academiarum depromta, latinitate donata* Francf. 1701. 4. *. Queſtiones ſunt ad medicinam forenſem pertinentes, cum Facultatum Germanicarum, potiſſimum Gieſſenſis reſponſis, aliis que ex AMMANNO & TIMÆO. Ex ampliſſima collectione non licet de ſingulis hic referre ſed aliqua exempla. P. I. Stuprum violentum ab homine patrari non poſſe. Lipſienſes partum quinquemeſtrem pro legitimo habent. Sic ſemeſtrem, alioſque paulo maturiores; ſic duodecimeſtrem. Multas harum reſponſionum jam apud AMMANNUM exſtare. P. II. De morbis agit. Curatio gravidæ imprudens per emmenagoga. Emetico ſumto & emmenagogo tamen puerum vivum enixa eſt.. Melancholici variis de criminibus confeſſi, etiam veneficii, obſeſſionis dæmoniacæ. Pleuritidem malignam utique contagium habere. Hypercatharſis ab antimonio diaphoretico non rite præparato. P. III. Semeiotice. Miſera quæ pueros inſpectione & tactu faſcinaſſe dicitur, condemnata. Lepræ ſigna & a ſcabie diſcrimen Liberati qui accuſabantur. Veneni propinati ſuſpicio, & philtri: & de arſenici toxica vi adque lethum inferendum potentia. Ab auripigmento lenta die undecimo mors. Liberatus a luis venereæ accuſatione, cui fauces ulceroſæ erant cum ſcabie. Simulatorum morborum exempla. Sanguis ſub meninges effuſus pro non lethali vindicatur. Veneni ſigna; maculæ in abdomine, cum dolores præceſſerant, palpitationes, ſyncope. P. IV. Therapeutica. Doctorum privilegia. Num carnificum filiis ea dignitas impertiri poſſit; negant Gieſſenſes, ſic & Princeps. Circumforaneorum peritia medicis debet explorari. Doctori non licere aliqua medicamenta facere fatentur Gieſſenſes. Num Judæis medicinam liceat facere. Multæ facultates negant. De *cura* magnetica; num magica ſit. ampliant Gieſſenſes. Omnino privatam diſpenſationem medicis indulgendam LENTILIUS, negant Lipſienſes. Iterum LENTILIUS, non debere intra urbes ſepeliri. De ſoſtro denegato: fere pro medico reſpondetur. P. V. Diætetica. Pellionum ſordes aerem vitiare, & potu aquæ talpa venenatæ funeſtam diarrhœam ortam fuiſſe. Mulcta irrogata tritori, qui ſiliquas, ſues ut arceret, arſenico intoxicaverat. P. VI. ad Pharmaceutica; ſtudioſum medicinæ non debere ægros curare, ſic neque pharmacopolam. L. ab HOERNICK de viſitandis ſeplaſiis (*materialiſten*) & pharmacopolis. Pharmacorum inidoneorum rejectio. Pharmacopola cum doctoris gradum accepiſſet juſſus eſt Pharmacopolio abdicare. Hydrargyrum dulcem repetito abſque novo hydrargyro addito de igne ſtillantem verum venenum eſſe, cujus funeſtus effectus recenſetur. Lipſienſes reſpondent ſandaracham venenum eſſe. Funeſti errores pharmacopœorum. Cruentationis cadaveris ad homicidæ acceſſum

 exemplum,

exemplum, ſed antiquum. Medicamenta agyrtæ arcana. P. XII. Chirurgia, quo etiam tota ſecunda pars operis ſpectat.

Non ſeparabo *Novellas medico legales pandectarum continuationem* ejusdem generis, quæ priori operi Francofurti 1711. 4.* ſucceſſit. De ſtupro dormienti illato. Pro partu duodecimeſtri Ingolſtadienſes. Fuſiſſime de conjugio eunuchi, cujus diſſolutioni uxor ſe opponebat. Arthritidem a tortura excuſare. Vir, ut videtur, fiſſa urethra pro androgyno habitus. Submerſorum ſub aqua ſigna cum BECKERI libello, qui aquam in eorum ventriculo negat reperiri. Mireris præſumtionem dati arſenici naſci potuiſſe a cruentatione cadaveris ad acceſſum ſuſpecti hominis facta. Querelæ pharmacopolarum de medicorum diſpenſatione privata. Num in ſagapeno venenum ſit, quod contra menſes retentos præſcriptum fuerit, & nocuiſſe viſum ſit. Sic PANCRATII WOLFII ob datum aurum fulminans apologia. Intra 20 dies unciæ duæ ſpiritus vitrioli ad judicem delatæ, quaſi veneni loco datæ omnino nocuiſſent, cum incredibili fere medici ordinis (*facultatis*) conſenſu. Contra chirurgos morbis internis medentes animadverſiones. De medicorum in chirurgos & pharmacopolas juribus integer liber. Multa credulitatis indicia: de magis: de curationibus ſympatheticis integer liber, & de experimento natationis pulmonum in aqua. Diſpp. aliquæ una recuſæ; HUNDESHAGEN *de ſtillicidio ſanguinis in cadavere hominis violenter occiſi, an ſit indicium homicidæ?* CASPARI ÆUESTEL J. C. *non debere morientibus pulvinum ſubtrahi*. Anonymi JCTI *de variis ſagas concernentibus quæſtionibus*, & HEURNII *de vanitate probæ aquaticæ*.

EJ. *Corpus juris medico legale, conſtans pandectis, novellis, & authenticis iatrico forenſibus, auctum caſibus recentiſſimis inauditis*. Acc. *labyrinthi medici ſtudii feliciter ſuperati recitatio a* FILIO CHRISTOPHORO BERNHARDO Francof. 1722. fol. *.

Priora opera 18 *caſibus aucta ex* RITTMANNO & *aliis* ſumtis.

Authenticæ, quas ſeorſim editas non coram habeo, ejuſdem ſunt inſtituti. *De cauſis diſſolvendi matrimonii*. J. JOACHIMI SCHOEPFER diſſ. *de partu octimeſtri* tota inſerta: Imperitus chirurgus ſe pro doctore medico venditans. Spiritus vitrioli philoſophici 25 guttæ ſingulo quadrihoria juveni præſcriptæ, in gula ardorem fecerunt, & habitum pene flammeum, tormina, ardorem ventriculi eventu lethali: circa ſuperius oſtium ventriculi ſedes inflammata, ſic duodenum inteſtinum, pulmones ſanguine pleni, cor inane. Sic ab antimonio diaphoretico tormina, anxietates, vomitus: Similia a ſmalta (vitro contuſo cobalto colorato), ut tamen æger ſervatus fuerit Ingens culter a melancholico devoratus. De ſudore ſanguineo Chriſti C. P. CYPRIANI. HIPPOCRATIS in foro auctoritas, integer tractatus SAM. HENRICI MUSÆI.

EJ. *medicina diſcens & docens* Lipſ. 1710. 8.

EJ. *Muſæum Muſæorum oder Schaubühne aller Materialien u. Specereyen*. Frf. 1704. f. *. Ingens volumen. Materia medica fuſe cum iconibus plantarum & anima-

animalium, & fuſa pariter enarratione virium medicatarum. Plurima ex POMETO: commodum hactenus pro tironibus opus.

In univerſum de muſæis condendis diſſ. & de celebrioribus muſæis ſ. rariorum collectionibus.

EJ. *Oſtindianiſche Sendſchreiben von allerhand Gewächſen, Bäumen, Juweelen, durch gelehrte Europäer, als* HERBERT DE JAGER, CLEYER, RUMPH, TEN RHYNE *getreülich aus den Holländiſchen Originalien ins deutſche überſetzt* Francf. 1704. fol. *. Commercium epiſtolicum medicorum quos dixit, qui in regionibus vixerunt, in quibus plurima de vera natura aromatum aliorumque ex Indiæ repetitorum medicamentorum vera diſcendi opportunitas ſe offerebat. Non ut botanicen characteriſticam hic quæras.

EJ. *zweyte theil, worinn die rareſten Naturſchätze aus Reiſebeſchreibungen, Kunſtkammern u. Büchern enthalten und nebſt einer neuaufgerichteten Kunſtkammer der Natur vorgeſtellet ſind* Francf. 1714. fol. *. Deſcriptiones rariorum ex tribus naturæ regnis collectorum cum breviter ex ſcriptis iconibus. Lapides figurati, terræ, metalla: artificialia item & ſculpta, gemmæ, ſigilla, plantæ, animalia. Aromatum acuratus cultus. Catalogus rariorum lapidum.

EJ. *neu aufgerichtete Kunſt- und Zeughaus der Natur anſtatt des dritten Theils des muſæi muſæorum* Francf. 1714. fol. eſt Collegium phyſicum experimentale cum ſupellectili.

EJ. *hiſtoria ſimplicium reformata muſæi muſæorum titulo edita, latine reddita a* J. C. BECKER, & *India litterata latine verſa a* C. B. VALENTINI Francf. 1716. fol. Mineræ, terræ ſigillatæ, lapides, metallæ, foſſilia quæque. Inde plantæ. De thea ex BREYNIO; de moxa ex KÆMPFERO; de laſcu ex eodem Cl. viro; de mumia, ſ. Petroleo Perſico, ex eodem. Animalia denique.

Redit hic *India literata* latine verſa.

Subjecta eſt *Mantiſſa diſputationum* GOEKELII *de ſerpentaria Virginiana tum aliorum de Agallocho, Caſſia, Cinnamomo & l. aloe, de ſanguine draconis, de balſamo Copaivæ, malo citreo.*

Redit vix mutata cum titulo *Aurifodina medica ſ. hiſtoria ſimplicium reformata* Gieſſ. & Francf. 1723. fol. *.

EJ. *viridarium reformatum, ſ. regnum vegetabile, d. i. neu eingerichtetes Kräuterbuch mit etlichen tauſend ſaubern Kupfertafeln* Francf. 1719. f. *. In botanicis dictum eſt. Plantæ officinales cum iconibus, demum aliæ etiam ſpecies nullum in uſum medicum receptæ, cum numeroſiſſimis iconibus ab alio authore compilatæ, nulla cum expoſitione.

Una prodiit *opus mago cabaliſticum theologicum* Gregorii Angeli Sallwig Frf. 1719. f. *. Alias dicitur *Theoſophica mineralogia.*

Ej. *kluge Kindbeterin* Lipſ. 1726. 8.

Alia editio *Indiæ* literatæ 1733. fol.

In E. N. C. Ejuſdem ſunt Valentini.

Dec. II. *ann.* II. *obſ.* 162. In modo nato infante tumor hydrocephali non diſſimilis; abſceſſus erat inciſione ſanatus.

Obſ. 165. a venæ ſectione intermiſſa tabis metus.

Obſ. 166. Hecticæ febri ſuperveniens febris ardens eam ſuſtulit.

Obſ. 167. Calculi de pulmone rejecti.

Obſ. 168. Dyſenteria in ipſis initiis tartaro emetico ſanata.

Obſ. 169. a crebra venæ ſectione mors.

Ann. III. *obſ.* 41. mutitas dolore animi ſuperata.

Obſ. 81. diuturna alvi conſtipatio ſuperata deglutito ſubinde olivæ oleo.

Obſ. 83. ex opiato medicamento in dyſenteria, ſphincteris relaxatio, anuſque hians. Verum ego nimis novi, anum adeo non laxari ab opii uſu, ut pertinaciter ſtringatur. Laxum vero anum, ut maximum malum a viro per id ipſum ad malam paupertatem admotum vidi, quod omnibus adſtringentibus fortius fuerat.

Obſ. 84. calculi in digito a ſpina ventoſa nati.

Hiſtoriæ literariæ medicæ ſpecimina VII. *in appendicibus* E. N. C. excuſa ſunt in quibus opera ab academicis edita recenſentur.

Ann. IV. *obſ.* 97. In puero fere octenni menſtruis fere intervallis hæmorrhoides.

Ann. V. *obſ.* 81. menſtruus ſanguis per ulcus tibiæ manans.

Obſ. 83. polypus cordis lapideus, ex Abb. la Roque.

Ann. VI. *obſ.* 69. Cum ſub menſium reditum cephalalgia moleſtiſſima rediret, laudano opiato ægrotam levavit.

Obſ. 6. Calculi pulmonales. Calculus piſi mole in ſeminali veſicula.

Ann. VIII. *obſ.* 80. Ante paroxyſmum epilepticum, æger manu pavimentum percutit.

Obſ.

Obſ. 81. Tumor in femore, cujus muſculi quaſi conciſos pulmones referebant; os ipſum eroſum, pulmo ſcirrhis refertus.

Obſ. 82. ex gonorrhæa imprudenter ſiccata effera.

Obſ. 84. a ſiccatis ulceribus crurum hæmorrhagia inteſtinalis funeſta.

Ann. X. *obſ.* 118. a comeſtis baccis belladonnæ, maniæ, epilepſiæ, puerorum mortes, qui deglutiverant.

Obſ. 121. a ſpiritu ſalis ammoniaci hæmoptyſis.

In *append. De conſuetudine* altera natura egit.

App. *de inſtinctu naturæ.*

Dec. III. *ann.* II. *obſ.* 120. Vermes ſubcutanei vaccarum.

Obſ. 123. corticem peruvianum ſe nunquam non innocuum deprehendiſſe, eumque potenter lumbricis reſiſtere.

Obſ. 125. pro re rara diarrhœa in variolis innocua.

Ann. III. *obſ.* 78. Ex trochiſcis alkekengi, ſed erant troch. alhandal ad drachmam cum opio datis, hypercatharſis, ſyncope &c.

In Appendice *de cortice peruviano ſermo.* In febribus intermittentibus & quartana divinum præſtat auxilium. Sibi medicamentum æque certum notum eſſe.

§. DCCCXLVI.

Theodorus Zwinger. Emanuel König.

Uterque profeſſor Baſileenſis, quorum poſteriorem jam ſenem juvenis adtigi, & aliquoties adii emeritum.

Zwingerus medicorum & nepos & pater, ſuo tempore praxi clinica inter celebriores floruit, abſorbentibus & Wedelianæ praxi addictior, pluſcula ſcripſit, quorum pauca coram ſunt.

Ej. *oratio panegyrica in obitum* J. Casp. Bauhini. Mongit.

Ej. *πανσοφιας αναςασις θεωρητικη και πρακτικη* Baſil. 1680. 4. Pl.

Ej. *ſicherer u. geſchwinder Arzt* Baſil. 1684. 8. 1686. 8. 1694. 8. 1695. 8. 1703. 8. 1725. 8. 1748. 8. Compendium populare cum formulis ad ſingulos morbos.

Ej. *theatrum praxeos medicæ* Baſil. 1710. 4. 2 vol. Amplius compendium, ad eadem principia, cum formulis.

Epitomen

Ej. *Epitomen totius medicinæ diximus*, quæ eſt compendium ex ETTMULLERO. Una prodiit *diſſ. de acquirenda vitæ longævitate* Baſil. 1705. 8. *. Continet diſſ. II. de acquirenda vita longæva, cum exemplis ab ipſa graviditate. Idea conſultationum medicarum. Phyſiologia, pathologia, hygieine, ubi de mineralibus, plantis & animalibus. SCHRODERUS dilucidatus, per claſſes virium. Pyrotechnia.

Ej. *faſciculus diſputationum medicarum ſelectarum a ſuis auctoribus conſcriptarum, ſuo cum auxilio* Baſil. 1710. 8. *. ſunt omnino duodecim, 1, J. ANTON. RUD. VOISIN *de antipathia humana*; 2, C. J. JAC. STEFANI *de ſomnambulatione*; 3, T. J. HOFER *pothopatridalgia ſ. morbus ex patriæ deſiderio*; melancholici delirii genus, Helvetis præ aliis gentibus familiare, cujus & exemplum recenſet, moduloſque ruſticos paſtorum, quos modulos aiunt hunc morbum in militibus ſuſcitare, ut etiam legibus ſanctum ſit, ne canantur: 4 CHRISTOPH HARDER *de nitro, indeque elaborata panacea alcalina ſolutiva* (ſ. magneſia alba): 5 CASPAR OERI *de hydrargyri natura & uſu, & medicamentis inde præparatis.* 6 SEBASTIAN HOEGGER *de ſaliva ſana & morboſa.* 7, JAC. RIZ. *de fœtoribus humani corporis.* 8, J. ANDR. CRAMM *de nephralgia.* Duas *de thermis Fabarienſibus* & *Plumbariis*, alias rectius dixero.

Edidit etiam a. 1716. 4. *. *diſp.* J. RUD. MIEGII *de plantis naſturcinis* a. 1714. defens. Catalogum plenum plantarum hujus claſſis, cum fuſo virium medicarum cenſu. J. BECK *de epilepſia* 1714. 4. *. & J. KUPFERSCHMIDT *de morbis præliantium* 1712. 4. *. recuſam iterum 1716. 4. *. KUPFERSCHMIDTIUS optime mihi notus caſtrenſis in bello civili medicus fuerat, & hic chirurgicos potiſſimum caſus recenſet; tamen & medicos, morboſque caſtrenſes, febres convulſivas, phthiſin, dyſenteriam. Alvum in dyſenteria non bene mercurio dulci ducebat, ſingulari vi teneſmos excitaturo. Sebum hircinum in clyſteribus injiciebat. Omitto reliqua.

Ej. *de methodo ordinandi medicinam mathematice* Baſil. 1714. 4.

Ej. *otojatreja ſ. aurium medicina, quæ auris morbos exponit* Baſil. 1645. 4.

Ej. *pædojatreia practica* Baſil. 1722. 8. maj. *. Spiſſo volumine percurrit morbos infantum a capite ad calcem, & cuique ſuas medelas adſignat, ſuis cum formulis; caſus etiam & curationes proprias enarrat. Inter eos morbos priapiſmum recenſet; Sic præputium tumidum; ſcroti puriginem; ejus & teſtium inflammationem. Scabiem propriis in liberis pepulit, demerſione ſ. balneo in fluvio frigido. In variolis ſub initia morbi clyſterem injicit, ut alvum leniter ducat, inde tranſit ad abſorbentia, diaphoretica, tamen ut etiam phlegma vitrioli ludet. Alvum fluidam fere funeſtam eſſe. Epidemiæ a. 1712. graſſantis hiſtoria, de variolarum confluentium genere, ſæpe funeſtæ, etiam in gangrænam tranſituræ: tamen abſorbentia ſua dabat & bezoardica.

Ej.

Ej. *ſpecimen materiæ medicæ* una prodiit 1722. 8. *. Formulæ ſecundum indicationes & virium medicarum claſſes.

Ej. *Unterricht ein hohes Alter zu erlangen* Nordhauſen 1726. 4.

Ej. *compendium medicinæ univerſæ* Baſil. 1728 8. 2 vol.

Idem J. Weckeri *l. de ſecretis* auctius excudi fecit Baſil. 1701. 8. 1708. 8. Mong.

In Ej. *obitum* J. Rud. Miegii *oratio panegyrica* Baſil. 1726. 8. B. B.

Ejus ſunt in E. N. C. variæ adnotationes. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 186. Obſtetrix, cum fungum ſanguineum ſe putaret extracturam, carnoſam maſſam apprehenderat, ſummo cum dolore; uterus erat ſphaceloſus cui adherebant varia corpora diverſæ molis, quæ prudentior alia femina detraxit; uterum una extractum ab obſtetrice, & gangrænoſum repoſuit; mulierem ſervare non potuit.

Ann. VI. *obſ.* 231. Cum adverſus alvum pertinaciter conſtipatam mercurium currentem dediſſent, alvus mota eſt; remanente intus hydrargyro, & denuo alvo clauſa; tunc demum duriſſima ſcybala ab uſu clyſteris educta, & laxantibus malum denique difficulter ſuperatum.

Obſ. 232. Palpitatio cordis, hydrops, etiam pectoris; cordis figura & ſitus vitioſi, multa in pericardio aqua, & in utroque ventriculo polypus.

Obſ. 234. Maniacus hydropicus. Rectum inteſtinum & colon maxime diſtenta, dura fæce infarcta; in inteſtino varia abſurda, lapides, ligna, oſſa. In ventriculo acidus fætor; in rene hydatides. Multa in cerebro aqua.

Dec. III. *ann.* I. in puella febris tertiana cum torminibus & convulſionibus conjuncta.

Ann. II. *obſ.* 104. Altero menſe poſt morſum canis rabidi demum funeſto eventu rabies erupit, cum maxima ſiti. In cadavere pulmo ſanguine effuſo repletus. Paſſim in viſceribus, inque reliquo corpore gangrænæ veſtigia.

Obſ. 105. in cane cauſa rabiei inventa, vermis in pedis abſceſſu.

Obſ. 106. in nodoſis articulationibus viri arthritici prurigo, vermiculi teretes.

Obſ. 107. hydrargyro vivo vomitus in volvulo ſuppreſſus, deinde alvus liberata clyſtere.

Ann. V. VI. *obſ.* 8. Aſthma, tuſſis ſicca, hydrops pectoris. Magna obeſitas, etiam in meſenterio. Hepar prægrande, pulmo ſideratus, nigris maculis conſperſus; dextra auricula cordis ſanguine grumoſo plena, ſiniſtra perparva.

Obſ. 9. Aſthma rejectis vulgaribus bechicis, incidentibus & calidis atque ammoniaco gummi &c. ſublatum.

Obſ. 11. febris maligna curata vomitu vitriolo moto, tum alcalinis.

Obſ. 12. urina ſuppreſſa a cancro devorato, lapide prunellæ ſanata.

Obſ. 276. puer phthiſicus pus exſcreans. Glandulæ meſenterii ſcirrhoſæ; hepar maximum, perdurum, pulmo vomicis plenus, pericardium craſſum, pene cartilagineum.

Obſ. 277. hydrops pulmonis poſt coſtarum fracturam.

Ann. VII. VIII. Scriptio ſirupi *de longue vie* conſtat ex melle cum ſucco mercurialis, borraginis & bugloſſi cocto, miſto cum infuſo vinoſo gentianæ & iridis noſtratis. Nullum proprium tamen benignæ efficaciæ experimentum habet.

EMANUEL KOENIG ex ſchola Pariſina prodiit, magis legendo & colligendo delectabatur, & hactenus chemicus.

EJ. κερας Αμαλθειας, *theſaurus remediorum e triplici regno, vegetabili, animali, minerali* Baſil. 1693. 4. BUR.

In Collectione pars 1. WALDSCHMIDII eſt *cenſus medicamentorum ſimplicium & compoſitorum, quæ in officinis Francofurtenſibus veniunt cum pretiis & viribus medicatis*, non exiguus libellus. 2. J. BOHNII *proceſſus in* VIGANI *medullam Chemiæ* 3. GEORGII BATE *remedia anglica*, formulæ nempe ILL. viro familiares. 3, *Remedia miſcellanea*, & BARBEIRACI *formulæ*. 5, *diatypoſis pharmaceutica brevis*, ſ. generalia operationum pharmaceutico chymicorum. 6, LANGELOTTI & KOENIGII *chemia phyſica* alias dicenda.

Tria regna ſcripſit ad proprii nominis imitationem.

EJ. *regnum animale* Baſil. 1682. 4. & auctius 1698. 4. *. Multa interna ex animalibus non firma medicamenta: cæterum huc referas, quod ad materiam medicam faciat, vireſque ſalutares recenſeantur, quæ ſint in animalibus, eorumve partibus, uſuſque diæteticus; & venenatæ demum vires.

EJ. *regnum minerale generale & ſpeciale* Baſil. 1680. 4. 1688. 4. P. altera. Ita legi. 1686. 4. nempe utraque 1703. 4. *. Metalla: lapides, terræ, ſulfura, ſales, aquæ medicatæ. Ex quoque corpore foſſili medicamenta recenſet, quæ ex eo parari ſolent. Collectanea, aliqua etiam inedita. FRANCISCI SPINOLÆ *epiſtola de lapide pyropo*. Non oderat alchemiſtas, & ex iis multa habet.

EJ. *regnum vegetabile quadrupartitum* Baſil. 1708. 4. *. Pars III. & IV. huc pertinet, quarum illa collectionem, præparationem ad uſus diæteticos & medicos, cum operandi modo tradit; hæc ſingulas plantas medicas recenſet: cuique accedunt vires medicæ, & ſingularia, etiam medicorum de ſalutari earum uſu teſtimonia. Faciliorem autem ſe noſter in univerſum præbuit, ut plerique medici,

EJ.

Ej. *güldener Arzneyſchaz neuer niemals entdekter medicamenten wider allerhand Leibeskrankheiten* Baſil. 1703. 8. 1723. 8. Leuw.

Ej. *exercitatio medica vere curioſa de eo, quod ſummum eſt in medicina* ib. 1710. 4. Leuw.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 94. Purulenta vomitu reddita, hinc & alimenta poſt ſingulos paſtus, cum tabe.

Ann. VI. *obſ.* 28. helleboro (in puero) rebelles quartanæ ſanatæ.

Obſ. 39. nucleus ceraſi de pulmone rejectus, quem calculoſa cruſta obduxerat.

Ann. VIII. *obſ.* 131. Veſicatoria in febribus malignis convulſionum mortiſque fuiſſe cauſas.

Obſ. 33. hydrops poſt febrem malignam ſanatus lumbricorum pulvere.

Ann. X. *obſ.* 113. urina viſcidiſſima fila trahens; ſcirrhus in oſtio urethræ.

Obſ. 114. Cornu digitale ex pollice pedis.

Obſ. 115. de hipecacoanha: in dyſenteria optime reſpondiſſe in principatu Neocomenſi, cum unica doſis aureo Ludovico veniret.

Obſ. 117. abſceſſus hepatis poſt cataplaſma molliens, ſanatus fætida materie per anum edita.

Dec. III. *ann.* I. *obſ.* 148. emplaſtrum Helmontianum ex foliis nicotianæ, certum in quartana remedium expertum eſſe.

Obſ. 151. hydrargyrus præcipitatus ruber ad hydropem, arcanum Helmontii remedium.

§. DCCCXLVII. J. Helwig.

J. Helwig, phyſici Ratisbonenſis.

Ej. *medicina hippocratica* Norib. 1631. fol.

Ej. *obſervationes phyſico medicæ poſthumæ ſcholiis auctæ a* Luca Schroeckio Lucæ Fil. Aug. Vind. 1680. 4. *. Adnotationes omnino 163 partim propriæ, partim collectæ, ſcholiaque Schroeckii quibus ſimiles caſus continentur. Non deſunt ſuſpectæ obſervationes, ut cerebri a tabaco conſumti. Hydrocephalus carnoſus circa ſagittalem ſuturam craniique defectum. Cæcitas ſubitanea ex cauſa interna, ſuperata clyſmate. A ſcabie, dum æger Laconico uteretur, ſurditas, ſublata ſubinde materie de aure manante. Puella a frigore hæmorrhagia narium violenta correpta & exſtincta: & ex dente carioſo magna etiam ſanguinis jactura. Linguæ maximus tumor diſcuſſus inciſione & gargariſmis. Plica Polonica: cum capilli detonderentur, ſanguis manavit & æger interiit, alterum fratrem medicus prudenter omiſſo capillitio ſanavit. Vertigo periodica apoplexiam præceſſit. Ex animi commotione melancholia cum imaginatione læſa. A cicuta in cibo ſumta delirium, ſopor. Ex nimio laudani uſu mors. Ex tabaci fumo apoplexia; in cadavere meninges nigræ, cerebrum nullum. Paralyſis capitis ſiniſtri ſanata ſetacei uſu, & ex frigore nocturno, gutturiſque, ex potu frigido, denique ex hypercatharſi. Epilepſia a lumbis adſcendens cum ſingulari delirio reſtitutis menſibus ſanata.

ſanata. Opiſthotonus facile ſanatus clyſtere, inunctione. Pulvis arboris orientalis. *Eſliopata* ad rheumatiſmum efficax errhinus. Hirudines in faucibus. Phtiſicus materiem tophaceam rejiciebat. In quartanaria cor marcidum. Cibi potuſque per quindecim dies abſtinentia innoxia. Vomitus rerum abſurdarum Lapilli in veſicula fellea anguloſi. Cor in hydropica duplo majus undique adhærens pericardio & in utroque ventriculo polypus. Hydrops ex venæ ſectione intempeſtiva. Hydrops cathæretico ſublatus, aliuſque muria braſſicæ. Tympanites ſublatus umbilico ſponte rupto. Volvulus ex caſeo & ex globulis tophaceis. Lien cartilaginoſus. In hypochondriaco numeroſiſſimi calculi fellei. Exanthemata crurum & lituræ in ſcorbuto bonæ. Nono die calculi poſt iſchuriam ejecti; & alius calculus gnomonis figura. Quæ pro gravida habebatur, tabida erat; In demortuæ cadaveræ maximus abſceſſus in veſica inventus ab ictu. Veſica exulcerata mitibus commode tolerata. Clitoris dimidii cubiti mole. Menſes per oculos. Tertiana halecis uſu curata. Anxietas & ardor gulæ ex antimonio & a mercurio dulci mors. Tabes curata miti alimento & excarni.

Ej. *prodromus apologeticus ſuper relatione medica de Lord de Wartenberg* morbo & obitu 4.

Ej. etiam citatur *αδιφαβητον ιητρικον* Nurnb. 1631, fol.

§. DCCCXLVIII. Varii.

Theodorus Jansen *ab* Almeloveen Profeſſor Harderwicenſis, vir literatus, veterum lectioni innutritus.

Ej. *diſp. de ſomno* Utrecht 1680. 4.

Ej. *de aſthmate* ib. 1681. 4.

Ej. *inventa novantiqua* Amſterd. 1684. 8. *. An medicina ars ſit an ſcientia. Non eſſe ſcientiam Galenus. Hiſtoriæ primorum medicorum Græciæ, ab ipſis retro fabulis. Inſcriptiones aliquæ medicæ, & privilegia medicorum romanorum, ad Cæſorum tempora. Sectæ medicorum, medici ocularii &c. Loca anatomica veterum, in quibus videntur eadem non undique ignoraſſe, quæ nuperi inter ſua inventa recenſent; Ita circuitus ſanguinis, ovarium: ſic ductus ſalivales aliaque, quæ quidem noſtro ævo omnino ſatis plene innotuerunt, ut tamen aliquid in veterum vocibus ſit, nunc demum intellectum, poſtquam res ipſa nuper patefacta eſt, & quod inventa nuperorum quaſi præcedat.

Ej. *Onomaſticon rerum inventarum eſt* lexicon artium, ut quæque inventorem habet.

Ej. *antiquitates & conjunctanea bibliotheca promiſſa & latens* Amſterdam 1694. 8.

Franciscus Henriquez *de* Villacorta Caroli II. Hiſpan. R. Archiater. Ej. operum vol. I. *de phyſiologia, de tumoribus, ulceribus, ſpiritibus & partibus corporis humani* Lion 1680. fol. vol. II. *de febribus, urinis, pulſibus, ſanguinis miſſione, humorum expurgatione, ophthalmia, parotidibus, hydrope, angina maligna, phthiſi, dyſenteria* ib. 1688. fol. vol. III. *methodus medendi, alimentorum*

facul-

facultates in particulari, *de victus ratione in morbis acutis*, *de balneorum materia & uſu*, *ægrotorum balneo*, *prognoſticis*, *criſibus*, *facultatibus*, *venenis & locis adfectis* ib. 1690. fol. In alio titulo legi etiam; *de facultatibus & locis adfectis inſtitutiones theoreticæ*; *diſſ. apologetica de ſanguinis miſſione ex talo* SEG.

Pharmacopœa Londinenſis Lond. 1680. 12.

RICHARDUS HOPE edidit Londini 1680. 8. GEORGII THOMSON *experimenta admiranda cum obſervationibus inſolitis medico chymicis*.

J. H. D. M. *Portatile medicum ſ. regularum pharmaceuticarum atque chymicarum in uſum ſtudioſorum medicinæ & pharmacopœæ collect.* accedit MICHAELIS *modus pharmacopolia viſitandi* 1680. 12. L.

J. JAC. WAGNER *hiſtoria naturalis Helvetiæ curioſa* Tiguri 1680. 12. ad medicinam pauca. Longævos Helvetos recenſet, non quidem ſeſqui ſeculares; ſed frequentes ſeptuagenarios, octogenarios. Ægagropilæ. Lapides in animalibus vitio nati. Plantæ, mineræ, animalia, quæ in medicina adhibentur, aquæ minerales & thermæ. Ignes electrici, tempeſtate ſæviente, de cacuminibus ædium erumpentibus Vitoduri viſi.

In E. N. C. IDEM.

Dec. II. *ann.* III. *obſ.* 186. Ex eſu lolii vomitus & convulſiones emetico & alexipharmacis ſublatæ. *Obſ.* 187. Glandulæ carnoſæ poſt magna tormina & diarrhœam ſanguineam per alvum excretæ. *Ann.* IV. *obſ.* 75. Calculoſus, cui poſt ingentem circa pubem dolorem excrementa per penem ejiciebantur. *Obſ.* 77. Lapis ex vaccæ ventriculo ultra tredecim unciarum pondere. *Ann.* V. *obſ.* 105. Pilæ piloſæ tres ab equo per alvum excretæ. *Ann.* VIII. *obſ.* 147. Tubuli, coralliorum marinorum ramulos æmulantes in hepatibus bubulis oſſei & lapidei. *Ann.* IX. *obſ.* 25. Convulſivo prius ſiniſtri, poſt vero dextri lateris antepilepticis ſpirituoſis expugnata. *Obſ.* 26. Ex immoderato ſternutatoriorum uſu auditus difficultas nullis remediis levanda. *Ann.* X. *obſ.* 108. Poſt eſum baccarum ſolani melanoceraſi cardialgia, lethargus, mors. *Obſ.* 109. Puella cæterum ſana ex intuitu inciſionis tumoris ſola imaginationis vi, pari tumore correpta. *Obſ.* 110. De cochlearum præſtantia in diſcutiendis coagulis lymphaticis. *Dec.* III *ann.* II. *obſ.* 159. Ex gangræna digiti tetanus & ſpaſmus cynicus nono die lethalis. *Obſ.* 160. Convulſiones, choream S. Viti æmulantes, ſenſu tamen ac ratione perſtantibus. *Obſ.* 161. Epileptica, quæ durante paroxyſmo pſalmos decantabat. *Obſ.* 162. Ab eſu pomorum calce viva infectorum ardor œſophagi, ſitis ingens, convulſiones, demulcentibus & cardiacis feliciter ſublatæ. *Obſ.* 163. Poſt immodicum aquæ frigidæ potum febris continua cum ſingultu perpetuo; hic opiato, illa catharticis & diaphoreticis diſſipata.

HENRICI MUNDII medici Oxonienſis, *βιοχρηστολογια*, *ſ. commentarii de aere vitali*, *eſculentis & potulentis*, *cum corollario de parergis in victu* Oxon. 1680. 8. 1685. 8. Lond. 1681. 8. Frf. Lipſ. 1685. 8. *. Collectio, non ea abſque judicio compilata. Aeris hiſtoria, tum cujuſque plantæ aut animalis, unde cibus aut potus ſumitur.

EJ. *opera omnia medico phyſica de aere vitali*, *eſculentis & potulentis*, *cum append. de parergis in victu*, *& chocolata*, *thea*, *coffea*, *tabaco* Leid. 1685. 8.

ZACHARIAS SYLVIUS medicus Roterodamenſis. EJ. eſt *Schola Salernitana, ſ. de conſervanda valetudine præcepta metrica*, ARNOLDI VILLANOVANI *in ſingula capita exegeſi recenſente* Z. S. Roterd. 1649. 12. ſic legi 1667. 12. L. 1683. 12. Haag 1683. 12. *. L. Regenſp. 1722. 8. 12. Præfatio ejus eſt de antiquitate ſcholæ Salernitanæ, de carminis occaſione, ſcopo.

PETRI GUENELLON *epiſtolica diſſ. de genuina medicinam inſtituendi ratione* ad J. MUNNIKS Amſterd. 1680. 12. *. Anatomes neceſſitas, cujus ab ignoratione multi errores in medicinam irrepſerint. Ut in anatome addiſcenda ſit progrediendum. Chirurgiæ peritia medico decora eſt & neceſſaria.

In *Nouv. de la Republ. des Lettres* 1686. ſunt calculorum hiſtoriæ.

FELICIS PLATER, celebris FELICIS ex THOMA nepotis, *obſervationum ſelectiorum mantiſſa*, *opera & ſtudio* FRANCISCI F. Baſil. 1680. 8. *. Bona collectio. Epilepſia ex aura adſcendente erumpens, curata uſu ſeri lactis. Tremor pedis ſenſim adſcendens, & demum in funeſtam epilepſiam abeuns, ſic carus poſt diuturnam cephalalgiam lethalis; In phthiſico pili conglomerati de alvo deſcendebant. In cadavere hydrope thoracis laborantis viri cor amplius, aorta latiſſima; ſubitanea mors poſt ventris inflationem, qui enormi volumine pectus ipſum replebat, pulmoneſque deſtruxerat. Vomitu rejectus vermis octodecim pedibus inſtructus, cute cornea, eo rejecto ſanitas reſtituta. Poſt olei uſum & clyſteres demum, longa poſt mala dejecta oſſicula animalis, etiam os coccygis, cum femore. Hemitritæus recidivus; hepar permagnum, ſcirrhoſum; pulmonis pars purulenta. Scirrhus hepatis exulceratus; hydatides per abſceſſum abdominis egeſtæ; ſanitas lixiviis reſtituta. Hæc pauca ex 50 obſervationibus, cum quibus diarium curationis ſolet conjunctum eſſe.

CH. LOVE MORLEY M. D. *de morbo epidemico obſervationes* Lond. 1680. 8. TR. OSB. 1682. 12. TR. Ed. II. Lond. 1686. 12. *. Acc. LUCÆ SCHACHT *de eodem morbo ad auctorem narratio epiſtolica & app. de proprii morbi narratione.* Febris annis 1678. & 1679. in Belgio graſſata eſt ſcorbutica, in omne genus intermittentium febrium degeneratura. Initium a vomitu, nauſea, languore, anxietate. Morbus facile recurrebat, paucos interimebat. Aliqui medici vomitum in principio ciebant, averſante plebe. Venam ſecabant iidem ſed rarius & parce; purgatio felicius ſuccedebat. Hinc ad diaphoreſin ciendam tranſitus fiebat. etiam per calida obtinendam. Ad aphthas dulcia uſui erant lactiſque ſerum. Febrem nunc intermittentem amaris, moſchata nuce, etiam cortice chinæ chinæ, querno & fraxineo debellabant. Certe SCHACHTUM fraxino, albo græco & quercu quartanas ſuſtuliſſe. Morbus MORLEYI proprius gravis fuit. Pulſus naturali ſimilis, ſumma debilitas cum febris remitteret. Cucurbitulas adplicuit, lente ad ſe rediit. Hunc morbum paſſus eſt, poſtquam priora ſcripſerat.

EJ. *Collectanea chymica Leidenſia* Leid. 1684. 1688. 4. & aucta a THEODORO MUYKENS medico Amſtelodamenſi, Antwerp 1702. 8. *. German. Jen. 1696. 8. 1700.

1700. 8. 1726. 8, Studioſi opus. Continentur CAROLI MAETS medici chemici proceſſus, eique debentur fere, quæ MORTLEY chemica habet. Deinde labores CHRISTIANI MARGGARD tum JACOBI *le* MORT repetit. Scriptiones ſunt medicamentorum, præparationes, doſes, vires medicæ. Artificum vero conſilia eſſe continuo adgnoſcas. Ordo alphabeticus. De ſuppellectili chemica & operationibus breviter.

EJ. in *Phil. Tranſ.* n. 227. femina gravida pauca oſſicula per anum excrevit.

JACOB JOSEPH IOEPSER Phiſici Iglavienſis, Iſagoge, *ſ. manuductio ad vitam longiorem* Nurnberg 1680. 4. *, De cibo & potu, de aquis patriis, de nitro ex cellarum parietibus efflorefcente, de vino, cereviſia, reliquis rebus non naturalibus: etiam de tabaco. Morbi. Phrenitis ex ſummo æſtu aeris nata. Auxilia, venæ ſectio, hirudines, veſicatoria. Melancholia thermarum Carolinarum uſu curata. Aurum utique vim poſſidere ſalubrem. Morbi Moraviæ endemii. Arthritis, colici dolores: ejusmodi dolores a ranis in corpore viventibus nati. Opium vitam producere. Calculus, ejus exempla. Calculi ſub lingua exciſi, tum in pulmone viſi, inque vena cava. In cadavere lien putridus, mole auctus Vena renalis a calculo perforata. Calculi abſque dolore tolerati. Quæ femina biuncialem calculum exploſit. Calculi ex pene exciſi. Qui tantum egeſſit lapillorum, ut pileum replerent. Hydropis aliquot exempla, curati purgantibus.

ANDREAS LOEUW Sempronienſis.

EJ. *diſſ. de lue venerea* Jen. 1680. 4. *.

EJ. *diſſ.* Præſide FASCHIO, *de morbo Hungarico* ib. 1683. 4.

Hiſtoria epidemiæ Hungaricæ, de morbis acutis, de febre petechiali, morbillis, variolis, dyſenteria in *app.* E. N. C. a. 1688.

EJ. *obſ. medicinales Hungaricæ* MS. WESZPREMI.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* VIII *obſ.* 123. Æthiops a vinolentia febrem paſſus exanthematicam epidemicam. Maculis conſperſus eſt albicantibus, ſanatus tamen.

Obſ. 124. febris quotidiana cum maxima ſiti, palpitatione cordis, lipothymia, convulſionibus: flatubus erumpentibus æger levabatur, quibus etiam mala noſter tribuit, quæ cor paſſum eſſet.

Obſ. 125. ſanguinis vehemens vomitus, ut æger exſanguis interierit. Lien ſolito major, hepati adnatus. In ventriculo grumus ſanguinis, ſic in inteſtino ileo; vaſa brevia, exigua, neque in ventriculum aperta.

Obſ. 127. In febre tertiana ſpaſmus cynicus, genarum etiam muſculi rigidi, ſanatus tamen.

Ann.

Ann. IX. *obſ.* 16. Secundæ biduo retentæ dein fruſtulatim de utero pulſæ, ſed putridæ & fœtidiſſimæ.

Dec. III. *ann.* V. VI. *obſ.* 153. Hydrops per poros ſub epigaſtrio ſerum lacteum gelatinoſum exſudavit, ut demum per ſubnatum ulcuſculum natura ſe liberaret.

Obſ. 154. Hydrops pectoris & pericardii.

Obſ. 155. podagra in caput retrocedens, inde apoplexia, convulſio, cita mors.

Obſ. 156. arthritis, mota per hydrargyrum ſaliva, ſanata.

Zachariæ Regis *morborum princeps*, *ſ. meditationes de natura & conceptu peſtis* Brieg 1680. 8. Tr. Sanguinem in febris æſtu lentius circumire.

Casp. Hofmann Altdorfini, *praxis medico curioſa acc. vita medica & de dicterio, medice vivere peſſimum eſſe*, *cum oratione* J. Georgii Volcamer edidit Sebastian Scheffer Francf. 1680. 8.

J. Henrici Schweling *carmen admirandam microcoſmi fabricam exhibens* Lond. 1680. 12.

J. Bapt. Alpruni *experimentum de contagione Viennenſi*, *cum ejuſdem auctoris præſervatione* Prag. 1680. 4. Hic auctor eſt audaciſſimi experimenti, quo pus ex peſtilente bubone analyſi chemicæ ſubjecit, & mire volatilem ſpiritum eduxit.

Nicolai Marchionis Cevol de Carreto *rationalis*, *ſ. methodica medendi methodus contra pſeudo medicos & abuſus phlebotomiæ* Tornaci 1680. 8.

Raphael Fabrotti in *l. de aquis & aquæductibus veteris Romæ* diſſ. III. Rom. 1680. 4. Paris 1680. 4. recuſ. in *Theſ. Roman. Antiquit.* T. IV; agitur de medicis caſtrenſibus Romanorum.

In Octavii Scarlatini *homine ſimbolico & figurato* Bonon. 1680. Aug. Vind. 1695. f. *. excuſo, paſſim etiam medica intercedunt, non quidem artificis.

Pharmacopœa collegii medici Bergomenſis Bergomi 1680. 4.

§. DCCCXLIX. Nuperæ Linguæ.

Matthiæ Godofredi Purman chirurgi in exercitu Brandenburgico caſtrenſis *wahrhaftiger Feldſcherer*, *oder die wahrhafte Feldſchererkunſt* Halberſtatt 1680. 8. Heist. Munden 1682. 8. cum ſolis literis M. G. P. porro & Breslau 1687. 4. 1725. 8. 1738. niſi error eſt, invito auctore: inde 1690. 8. 1693. 8. 1698.

1698. 8. Tr. Lipſ. 1715. 8. *. cum nomine P. 1721. 8. Leipz. 1745. 8. Tr. Pluſcula capita ad medicinam faciunt. Morbi caſtrenſes ſectionis IV. Angina; in ea gargariſmos adſtringentes nocere, etſi & ipſe ſuis herbas ejus ſcopi admiſcet. Valde laudat bellidis folia, ut acetarium comeſta, aut ſuccum expreſſum, tum eſſentiam plumbi in aqua diffuſam. Bronchotomen ſibi feliciter ſucceſſiſſe. Dyſenteria: rheum dat, clyſteres mollientes, etiam cum laudano; tum laudanum, equidem cum inutilibus cryſtallis; raſum priapum cervi ſæpe ſibi ſalutarem viſum: tunc adſtringentia, folia querna, radicem biſtortæ & tormentillæ, cum glutine. Febris caſtrenſis, emeticum in principio, aut certe alvum quod ducat, rheum, jalappæ reſina; abſorbentia, alia ex ſeculi more, tamen etiam opium, Malum venereum. Lignorum doctorum non ſufficere, neque chinæ radicem: verum auxilium eſſe in mercuriali inunctione. Sic alii morbi, & ciſta militaris cum formulis & ſcriptionibus.

Ej. *Peſtbalbierer — das iſt eine grundrichtige Beſchreibung wie man alle Arten der Geſchwulſten, Peſtbeulen, Carfunkel, Drüſen, Pfefferkörner, unterſcheiden u. curiren könne* Halberſtatt 1683. 8. Lehmann Francf. Leipz. 1705. 8. 1715 8. *. 1721. 8. Peſtem in civitate Halberſtatt & vidit, & ægris adſtitit. Canibus etiam & porcis per contagium funeſtos bubones erupiſſe. Infantes & florida juventus potiſſimum periit. Se bubonem totis tribus menſibus abſque ſymptomate aluiſſe, qui tum demum ſuppuratus fuerit. Non omnino nunquam peſtem bis eundem hominem inficere. Quinque ſibi fuiſſe bubones, & gravem morbum. Contagium in familiam & domeſticos ſe continuo diffudiſſe. Infectos quidem fuiſſe, qui cauteria fonteſque geſſiſſent mortuum tamen nullum. Amuletorum noxa, carnes ad ſternum uſque exedunt (puto arſenicalia). Urinæ potæ nullas fuiſſe vires. Nicotianæ fumum peſtem non avertere. Venæ ſectionem prophylacticam nocere. Maturandæ medelæ, primæque horæ morbi in uſum medici vertendæ. Sudorem peſtilentia ſola hic prodeſſe, & aliquoties, ter, quater debere reverti. Confectionem alkermes utilem fuiſſe. Hæmorrhagiam narium boni eſſe præſagii; ſic modicam diarrhœam. Utile bubones & carbunculos mature erumpere. Nullum evaſiſſe, cui maculæ nigræ effloruerint. Manifeſto maximum fuiſſe fætorem, qui a macerato lino oritur. Judæos contagium cavendo ſe tutos præſtitiſſe. Allium veſpillones in peſſimo fætore cadaverum putridorum degentes tutos ſervaſſe. Sulfurei fumi utiles. Hæc fuſe, neque licet conſilia & adnotationes repetere.

Ej. *ausführlicher Unterricht wie die Salivationscur nach allen Umſtänden aufs beſten u. ſicherſte vorzunehmen* Liegniz 1691. 8. 1692 alii; 1700. 8. Tr.

Ej. *groſſer u. neu gewundener Lorberkranz der Wundarzney — unterſchiedene merkwürdige Caſus, bewährteſte Arzneymittel* Fr. Leipz. 1692. 4. 1705. 4. *. Artis chirurgiæ compendium. In quo, ut ſolent, practici ſunt argumenti morbi oculorum aliqui, & cutis, ut tinea, tum angina, narium hæmorrhagia, gonorrhœa, morbus venereus, atrophia, ſcabies, eryſipelas, aut certe cum chirurgia communia cauteria, medicamenta infuſoria. Ecce aliqua ſpecimina. Quando ſaliva

a vi hydrargyri nunc manare incipit, deſiſtendum aliquantiſper, ne peſſima ſymptomata & ipſa mors ſuperveniat: princeps conſilium eſſe, neque nimiam hydrargyri copiam inungere, neque ſalivationem vehementer urgere. Balnea Germanis ignota, ſatis probat, etiam ad experimentum ſuum; inungit autem 4 ad 7 diebus, poſt finem vero ſudandum. Juvenis cum eſſet auctor, eique ſcabies moleſta eſſet, aquam cochleariæ cum ſpiritu theriacali in venam ſibi injici curavit, ſcabiem ſanavit, ut tamen diuturni abſceſſus in brachio ſupervenirent. Sic quotidianam febrem diuturnam in ſe ipſo injecta aqua cardui benedicti ſuſtulit. Chirurgiam transfuſoriam etiam vidit, & adminiſtrantibus adfuit, ut medici ex agni vena jugulari ſanguinem in venam brachii injicerent, optimo eventu: non ita militibus herpete laborantibus, quibus eadem operatio nocuit. Moxæ nullum eſſe periculum, quam laudat, tamen ne inveteratum malum continuo ceſſurum ſperes, neque motum amiſſum recuperatum iri.

EJ. *chirurgia curioſa* Frf. 1694. 4. 1699. 4. TR. Leipz 1716. 4. *. Anglice cum figuris SOLINGENII SPRENGELS *nature and cures of all diſeaſes* Lond. 1706. MARSH. Ejuſdem fere ſcopi. Tinea, eryſipelas, hydrocephalus, herpes, hydrops varius, lues venerea, œdemata, atrophia. Chirurgia infuſoria. Ecce iterum ſpecimen. Feminæ epilepticæ ſpiritum pœoniæ in venas injecit, eam ſanavit, tum aliam aqua hirudinum cum ſale volatili ſuccini: æque hic repetit, quæ in priori opere, dicta ſunt. Hydrocephalus infantis, inciſione levatus, rediit, & cum ſecundo aperiretur, in mortem abiit. Lingua læſa, loquela tamen recuperata. In hydrope ſcarifationes fere in gangrænam abire. Aquæ modicum emittit in una paracenteſi, neque tamen nimis parce. Eventum feliciſſimum narrat, ut morbus etiam integre ſuperatus fuerit. Hydrops labiorum vulvæ: in ſummo periculo gravidam feminam ſervavit ſcarifando; cum gangrænam hic minus metuat. Sic in alia. Puerum hydropicum fruſtra & eventu funeſto tentavit; gelatina per celluloſam telam effuſa erat. Femur enorme, durum, immenſa vi aquæ liberatum, ipſeque morbus ſuperatus.

EJ. *fünfzig chirurgiſche Obſervationes* Fr. Leipz. 1710. 4. *. Sunt omnino octoginta. Aliqua huc faciunt. Virgo epileptica, variis vulgatis medicamentis fruſtra adhibitis, inuſta in concurſu ſuturæ ſagittalis & coronariæ, ad calvariam uſque, optime curata: hanc uſtionem noſter aliquoties adminiſtravit, in eo audax. Aliud exemplum hydropici, cui immenſa vis aquæ per paracenteſin educta fuit: verum hic idem malum funeſto eventu rediit. Gonorrhœa inveterata male curata, cum bubonibus, injectionibus, inſuflato pulvere ceruſſæ, cereis balſamicis, pariter cum plumbo, tandem ſanavit. Alia mala: gonorrhœa purgantibus mercurialibus, injectis ſaturninis, & ſaturninis pariter cereis curata. Malum iſchiadicum vehemens moxa, & uſtione loci dolentis ſublatum rediit, & multa inde ſuppuratio ſecuta eſt, non ſine calumnia chirurgi injuſta.

§. DCCCL.

§. DCCCL. Peter Rommel.

Peter Rommel *von der Peſt* Frf. 1680. 8.

Ej. *de fetibus leporinis extra uterum repertis & de conceptione extra uterina ep.* Ulm. 1680. 4. *. Fetus in ventriculo animalis repertus.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 97. Apoplexia, inde loquela pene amiſſa, ut tamen aliquas voces monoſyllabas pronuntiaret. Diuturnum neque ſanabile malum.

Ann. IV. *obſ.* 26. paralyſis brachii dextri, ut nullus ejus motus eſſet, niſi dum homo oſcitabat.

Obſ. 3. improbabilis efficacia piperis albi, cujus grana devorata tot ad dies menſium fluxum imminutum ſuſpenderent quot grana femina deglutiverit.

Ann. V. *obſ.* 29. ſerio putat, feminas neſcio quibus ligaturis menſtruam eruptionem differre poſſe.

Obſ. 140, 142, 143, 144, 145. Aphonia, confuſio memoriæ, paralyſis, convulſio, delirium, amblyopia, a venæ ſectione nata & in *obſ.* 141. paralyſis venæ pedis ſectione extemplo ſublata.

Obſ. 149. in gravida frequens & innocua diarrhœa.

Ann. VI. *obſ.* 225. capillos ſe in cranio infixos vidiſſe.

Obſ. 236. & virides in ruſtico, neque eo metallifoſſore.

Obſ. 238. Scarifatione in paroxyſmo ſublata tertiana.

Ann. VII. *obſ.* 207. anevryſma ſponte ſubſidens.

Obſ. 212. Venetiis vidit nanum, ſoluto præmio admiſſus, cui oſſium cerea quaſi mobilitas erat, ut ſtare nequiret, vel gradi, & brachia pedeſque ipſe manu ad lori modum flecteret.

Obſ. 213. tertiana nimium menſtruum fluorem ſedavit.

Obſ. 214. ab amiſſa uvula deglutitio difficilis, ut non facile ſolida, fluida vix ullo modo deſcenderent, & inde phthiſis.

Obſ. 216. felix temeritas purgantis medicamenti tripla doſi dati.

Ann. VIII. *obſ.* 176. Cachinnus hypochondriacus ſedatus antiſpaſmodicis & hypochondriaco malo contrariis.

Obſ. 177. puerperæ lac uberrimum per umbilicum erumpens.

Obſ. 184. calculus quindecim drachmarum diutiſſime in alvo geſtatus, denique maximo nixu edito excluſus.

Ann. X. *obſ.* 193. menſes ſuppreſſi, per diarrhœam compenſati.

Obſ. 198. ſuperſtitioſum auxilium adverſus menſium ſuppreſſionem fruſtra adhibitum, nempe indutum induſium feminæ menſes nunc maxime patientis.

Dec. III. *ann.* II. *obſ.* 211. ophthalmia gravis, ſubinde recurrens, mutato oculo.

Obſ. 212. a ſumto pharmaco purgante ſudor effuſus.

Obſ. 213. caſei majori doſi ſanata diuturna dyſenteria.

Obſ. 219, 220. tumores magni verminoſi.

Dec. III. *ann.* IV. *obſ.* 11. morbilli epidemici, pernicioſi. Symptomata. Raucitas diu poſt morbum ſuperſtes; aſthma; demum ſanato jam morbo pruritus faciei pene intolerabilis. Calidis utebatur.

Obſ. 13. Urina in pleuritide nigra; & *obſ.* 14. ex uſu prunorum damaſcenorum, nec quidquam inde mali.

Obſ. 17. tumor enormis mammarum quadruplo mole auctarum, cum febre & metu gangrænæ. Spiritus ſalis feliciter adhibitus.

Obſ. 18. tumor in hypochondrio: rejecti ab emetico ſumto vermes.

Obſ. 19. a verme, ut putat, aſthma.

Obſ. 20. ex ægroti relatione hydrops in ſpelunca ſerpentum prope Neapolim ſanatus, lingentibus ſerpentibus, triduo continuo per octo vel decem horas admiſſis.

Ann. VII. VIII. *obſ.* 39. clyſter a ſano homine abſque cauſa manifeſta, & abſque noxa, per os rejectus.

Obſ. 40. picæ exempla varia.

Obſ. 41. femina abſque menſtruo fluxu fecunda.

Obſ. 43. ſomnus titillatis pedum plantis provocatus.

Obſ. 44. ſola aqua pluviali menſes ſuppreſſi revocati.

Obſ. 46. a venæ ſectione in ſano homine cæcitas incurabilis.

Obſ. 47. puero a variolis confluentibus uberrimis, gula ruptis puſtulis pene clauſa; ridicula oblata & deglutita, via reſerata.

Obſ. 48. & quartana febris lacte ſæpius curata.

§. DCCCLI.

§. DCCCLI. Varii.

J. Mauritii Reinesii *conſilium medicum, wie ſich die Stadt Magdeburg gegen bevorſtehende Gefahr der Peſtilenz in Verfaſſung ſetzen könne* Magdeb. 1680. 4. Gunz.

Halberſtattiſches Peſtbedenken, beydes zur præſervation und curation von den Medicis daſelbſt beſtellt 1680. 12.

Des Officii zu Bamberg höſtnützliches Tractätlein von der abſcheulichen Peſtilenz Bamberg 1680. 8. Tr.

Martin Herr *Conſilium zu præſervation u. curation der Peſt* Görliz 1680. 4.

Ej. *kurzer Bericht wie der lieben Armuth zu gute ein jeder in der Peſt ſich mit Hausarzneyen rahten ſolle*, 1680 4. Tr.

Ej. *conſilium dyſentericum* una prodiit.

Ej. *introductio in archivum archæi vitale & fermenta* Johannis B. v. Helmont 1703. 4. Tr.

Lego etiam *in Phyſiologiam Helmontianam* Tr. X. de archæo ſ. archæi totidem deſtinatis ſedibus reſidentes.

Der medicorum zu Nürnberg u. Ulm Bedenken u. Unterricht, wie man ſich vor der Peſt verſehen u. curiren ſoll Francf. 1680. 12. Huth.

Der Stadt Leipzig verneuerte Ordnung wie es bey anſtekenden Seuchen zu halten Leipz. 1680.

Leipziger Peſtſchade u. Gottes Gnade Altenburg 1681. 4.

Aug. Mich. Dörner *Bericht von der anſtekenden Seuche* Northauſen 1680. 12. Boecl.

Mediciniſches Bedenken wie man bey Infectionszeiten ſich zu verhalten habe Dreſd. 1680. 4.

Des Rahts zu Dreſden Ordnung wie bey ereignenden gefährlichen Seuchen ſich zu verhalten, nebſt angefügten mediciniſche Bedenken Dreſd. 1680. 4.

Der Fürſten u. Stände in Ober u. Niederſchleſien neue Infectionsordnung Breslau 1680. fol.

Christian Ernst M. zu Brandeburg, *Ordnung wie es in ſeinen Landen bey der Peſtilenz gehalten werden ſolle* Bareut 1680. 4.

Ezech. Bauler *kurzer Raht wie ſich der gemeine Mann in Sterbensläuften verhalten ſolle* Ingolſtatt 1680. 8.

Peſtconſilium von den breslauiſchen phyſicis Breslau 1680. f. Tr.

Kurzer Nachricht wie in Peſtzeiten u. wenn die rothe Ruhr graſſirt, die Landleute ſich præſerviren können Braunſchw. 1680. 4. Tr.

Zelliſche Peſtordnung Zell 1680.

Gott. v. Lankisch *Bericht wie man ſich bey jeziger Peſtilenz zu verhalten* Zittau 1670.

J. Georg Sartorii *Raht in der Peſtzeit* Nürnberg 1680. 8. Boecler.

Ej. *admiranda narium hæmorrhagia nuper obſervata & curata* Altdorf. 1682. 4*.

Ej. *compendioſa medendi methodus* ib. 1682. 4.

Ej. *de morbo militari ſ. caſtrenſi ſynopſis* Bamberg 1683. fol. Tr.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* I. *obſ.* 121. Ej. phthiſis poſt hæmoptoen demum victu lacteo ſanata.

Obſ. 123. Gravis angina, ut reſpiratio interciperetur, inciſis venis ſublingualibus, veſicatoriis, enematibus, gargariſmis ſanata.

Christoph Trew *entſchuldigung des lauferbiers u. deſſen Bereitung* Stutgard 1680. 4.

C. W. *einfältiger Diſcours über den jezigen höchſtgefährlichen Zuſtande der ſchädlichen Contagion* 1680. 4.

Bericht wie, ſo die jezund hin und wieder graſſirende Seuche der Peſtilenz, auch in dem herzogtum Würtenberg einreiſſen würde, männiglich ſich zu verwahren und ohne Medicum curando zu verhalten Tubing. 1680. Huth.

Kurzer Bericht wie man ſich wider die Seuche der Peſtilenz verwahren ſoll Tubing. 1680. 8. an idem lib.

J. Christian Voigt *Bericht von einer bequemen Haus- Reiſe- und Feldapotheke* Tr.

J. Chr. Mack *der Obererzgebürgiſchen Kreiſe Schutz und Nothwehr, d. i. mediciniſcher Bericht wie bey den einbrechenden peſtilenziſchen Seuchen ſich zu verhalten* Schleuſingen 1680. 4.

Ej. *parentalia* Schneeberg 1702 fol. Tr.

Frankfurter Apothekertax Francf. 1680. 4.

Country man's phyſician Lond. 1680. 12.

Remède univerſel pour les pauvres gens & leurs beſtiaux 1680. 4. Falc.

Gui.

GUI. ALLARD *Bibliotheque du Dauphiné, les noms de ceux qui ſe ſont diſtingués par leur ſavoir, & le denombrement de leurs ouvrages depuis douze ſiecles* 1680. 12. B. B.

De la CHAUME *tr. de médecine contenant la parfaite connoiſſance de l'homme, la ſanguification* Auxerre 1680. 12. Urinarum prognoſtica. Lego etiam medicamenta deſcribere ſpecifica.

Hiſtoire de la peſte d'Allemagne, ſon origine, ſes progrés, les ravages qu'elle cauſe &c. 1680. A præſidiariis turcicis Neuhäuſelii malum manaſſe.

Guériſon des fièvres par le Quinquina Lion 1680. 12.

Differenza tra il cibo ed il chocolate Firenz 1680. 8.

J. a DEODATUS NAVARRO *hacha de ulices cui reſplendor flammante de luz a las obſcuridades deſvanece los ſombrales que contiene un diſcorſo medicinal y queſtion medico moral quæ pretende probar que la inſeperation de habito que obſervan los PP. Capuchinos en ſus enfermidades is in compatible con el buon methodo curativo, i conſiguientemente inloable ni meritoria* Hiſpal. 1680. 4. C. de V. Capucini in ſuis morbis debent veſtes mutare.

MATTHIAS DE BEINZA *dos diſcurſos uno ſobre los univerſales polveres purgantes de la quinta eſſencia del ſol chymico con los quales ſin ſangria ſe pueden curar todas las enfermidades que ſe tienen per incurables, con una declaracion al fin de la utilitad del arte chymica contra los que tienen averſion a ella* Bajon. 1680. 8. C. de V.

Regole per contagio Ferrar. 1680. cum remediis.

JOH. ALVERES BORGES ex dioceſi Braccarenſi medici veterinarii, *practica y obſervationes pertenecientes al arte de abbeiteria en que ſe manifeſta del modo particular con que ſe doven curar las mas graves cauſas que ſe pueden oferr en eſta arte* Madrid. 1680. 4. C. de V.

SAMUEL JANSON *verhaal van venus plage of vuyle pokken* Roterd. 1680. 8. 1685. 1736. 8. ASTR. Germanice *Abh. von der Venuskrankheit wie dieſelbe ohne ſalivation zu curiren und worinn die vom Autor gut befundenen Medicamenten gezeigt werden.* Dreſden 1703. 8. Negat luem veneream in America endemiam eſſe. Ortum mali ad Africanos Ætiopes transfert; ſalivationem rejicit, guaiacum laudat & decoctum ſudoriferum.

A true Account of the Royal Bagnio with a diſcourſe on its virtues Lond. 1680.

J. FRID. RAVIN ſi recte lego, *præſervatorium univerſale in omni morbo* Laubac. 1680. 8. Lapis philoſophorum.

GOTTR. DAVID CLEMASIUS *de medicina ægrotorum* Turin 1681. 8.

§. DCCCLII.

§. DCCCLII. Disputationes.

Benjam. Fischer *de ſcorbuto* Leid. 1680. 4. *.

Arnold v. Dyck *de paſſione colica* ib. 1680. 4. *.

Ameldoncius v. Forstt *de epilepſia puerorum* Leid. 1680. 4. *.

. . . . Futzius *de vertigine* Leid. 1680. 4. ex catal.

Theod. Heistermann *de ſuppreſſione menſium* ib. 1680. 4.

J. Georg Potter *concluſiones ex univerſa tum clinica tum chirurgia medicina deſumtæ* Leid. 1680. 4. *.

Jac. Bodolo *de cephalalgia* ib. 16*0. 4.

Petri Jens *conſiderationes quædam circa corpus humanum* ib. 1680. 4. *.

Abr. Bex *de melancholia* Utrecht 1680. 4. *.

Georh Kemble *de catarrho* ib. 1680. 4. *.

J. Dieterich Brandes *de epilepſia* Utrecht 1680. 4. Riv.

Cnt. Frid. Dankwerts *de phthiſi* ib. 1680. 4. Pl.

Petrus Scheitsmeier *de epilepſia* Utrecht 1680. 4.

S. Gerlach Ebel *de ileo* ib. 1680. 4. *.

Jac. Curtius *de phthiſi* id. 1680. 4. *.

Henr. Daelhausen *de inflammatione* Duisburg. 1680. 4. *.

Guil. Holtman *de Hemitritæa ſ. febre tertiana continua* ib. 1680. 4. *.

Jul. Joacn. Frisius *de aquæ potu* Regiomont 1680.

J. E. Pfuel *progr. in funera* Nic. Schulzii *medici* Stettin 1680. 4. B. B.

Ej. *Programma in funera* Jac. Toppii Helmſt. 1080. 4.

J. Gerdes *de peſte ejuſque veneno & indole* Wittenbergæ 1680. 4. Hansen.

Arnold Curtius *de ſcorbuto* Marpurg. 1680. 4. *.

J. Werner Gillenius *de variolis* ib. 1680. 4. *.

Sim. Herm. Musæus *de* Hippocratis *in jure tum canonico, tum civili authoritate* Gieſſ. 1680. 4. *. & in Valentini collectione integrum ſyſtema medicinæ legalis.

J. G. Becht *de ſyncope* Gieſſ. 1680. 4. Menz.

J. Jac. Misler *de viſus ſtatu naturali & præternaturali* ib. 1680. 4. *.

Ern. Arnold *de epilepſia* Erfurt 1680. 4.

Jac.

Jac. Frid. Dehnrothfelser *de experimentorum chymicorum quorumdam regni mineralis iniqua applicatione & explicatione* Erfurt 1680. 4. Si huc facit.

Ern. Frid. Schelhas *æger catarrhali defluxione laborans* Jen. 1680. 4. Hef.

Pet. Muller *de jure prægnantium, vom Recht ſchwangerer Weiber* Jen. 1680. 4. recuſ. 1732. 1742. 4. Wittenberg. 1708. Hef.

J. Vit. Helmuth *S. Apollinæ palæſtræ acies* Herbipoli 1680. 4. Tr.

Francisci Klein *an transfuſio ſanguinis utilis ſit & admittenda* Herbipoli 1680. 4. Leid. 12. Tr.

J. Christ. Cæsar *de aſthmate* Altorf. 1680. 4. Hef.

Lud. Miller *de varcibus* ib. 1680. 4. Hef.

J. Christoph Maser *de pernionibus* ib. 1680. 4. Hef.

Franc. Jac. Keller *de pleuritide legitima* Baſil. 1680. 4. Pl.

J. Rud. Beck *de gonorrhœa virulenta* ib. 1680. 4.

Frid. Hauck *de vi medicinali* ib. 1680. 4. Moell.

Petri Pauli Gayant & J. Claude *de l'*Arbre, *Non E. ſi materia non turgeat, ineuntibus morbis purgandum* Pariſ. 1680.

Petri Cresse & J. Claud. *de l'*Arbre *E. duntaxat declinante paroxyſmo febrium utilis purgatio* ib. 1680.

Petri *le* Rat. & Pont. Maurin *Non E. rejicienda quælibet nutrix, cui fluunt menſtrua* Pariſ. 1680.

§. DCCCLIII. Diaria ad a. 1680.

In *Zodiaco Medico Gallico, ſ. temple d'Eſculape* Nicolai Blegny.

Belin medici Vaslanienſis. Menſes per oculos quatriduo, & periodice, manantes.

Gueniot medicus Lagnienſis paſſus eſt febrem quartanam quam deſcribit & cujus duo quovis die erant paroxyſmi, ut tres horæ frigoris eſſent, ſeptem caloris, intermiſſio adeo non ſupra tres vel quatuor horas ſibi haberet; morbi diuturni tandem catharticum finem fecit, quo ſumto vomitu rejecit maſſam fibroſam ſolidam membrana tectam.

Motte chirurgus, Femina, quæ gravida putabatur, aqua ex utero egeſta convaluit.

Guido Crescentius Fagon, inde comes archiatrorum in epiſtola *reſponſoria* ad Abb. Bourdelot inſerta in *Temple d'Eſculape* in *Zodiaci medico Gallici* annum 1680, de morte agit ducis *de la* Rochefoucault, quem peripneumonia abripuerat.

Petrus Russe medicus, in corde ipſo lapidem vidit, tum in muſculo deltoide, inque teſticulo.

D. Habert Pharmacop. de efficacia aquæ ſtillatitiæ e ſucco vermicularis ad arenulas renum.

Baux medicus Nemauſenſis. Puer cachecti cus inciſus. Viſcera abdomini tranſpoſita in alterum latus, cor maximum, una dextrorſum ſpectans. Caput juſto majus.

Lange medicus Lexovienſis. Apertus, qui febre continua laboraverat: hepar ampliſſimum, corpuſculis duris undique adſperſum; lien etiam triplo juſto major; in ventriculo dextro cordis polypus.

Idem de electione venarum ſecandarum.

Ej. *traité des vapeurs, ou leurs effets & leurs remedes ſont mecaniquement expliqués* Paris 1689. 12.

Ej. *hiſtoire de la fille maleficiée de Courzon* Liſieux 1717. 12. Vomuerat corium multæ acus ſub cute eminentes excidi poterant, etiam de mammis.

Dupuy medicus in *Fontenai le Conte.* In phthiſico duo lienes; ex ea fabrica putat phthiſin natam. Abſceſſus mediaſtini, qui ad octo uncias puris dedit, abſque prægreſſo ſymptomate.

D. Landeus Baugrand chirurgus: Abſceſſus ſupra apophyſin mamillarem, ortus a purulento pulmone. In cerebri ventriculis pus effuſum. Calvaria tota carioſa.

De la Saux ſcriba, cum ſenex nuptias iteraſſet, neque poſſet neceſſario opere defungi, repertum eſt verumontanum tumidum, juglandi æquale, durum, ſemen in lapides redctaum, ut duriſſimi calculi piſi mole in vaſis hærerent ejaculantibus.

Jamot chirurgus; in puella, cui urina ſuppreſſa fuerat, ren alter deerat, alter duris glandulis plenus; pelvis & ureter inanis, pectus ſero plenum.

Mongnot *de la guériſon de la fiévre par le Quinquina* Lion 1679. 12. hic redit, latine verſ. a Boneto. De cortice Peruviano. In vino debere infundi; poſſes & aqua uti, ſed aucta tunc quidem corticis doſi. Fermentum acidum præcipuam cauſam eſſe febrium; huic corticem mederi. Poſſe opium addi, non tamen neceſſe videri. Ne morbus redeat, octiduo uſus corticis continuandus. in continuis febribus corticem non valde probat, niſi in principio.

Galterii medici in Niort.

De utilitate miſſionis ſanguinis diſſ.

Idem

IDEM *an potum glacie refrigerare conveniat?*

ID. *de malo effectu pathematum animi.*

In *Temple d'Eſculape* 2 tom. pro a. 1680. Pariſ. 1680. 12. Virgo per anum dejecit acus balænarias, virgas minutas, fere abſque fæcibus.

CRETET diarrhœa longa a calculo, ut putat, bilario, totam replente veſiculam.

ROBERTE chirurgi, de ſurditate curata extracta de aure gypſea maſſa.

DE PASSIS de diabete. Quæ plurimum aquæ bibit ob ſitim intolerabilem, cum vomitu & diarrhœa ſalutari.

IDEM de morbo nigro, vomitu fuliginis ſimili, inde funeſto maraſmo.

Tabidus cum pure vermes rejecit felici eventu.

In *Journal des Savans* 1680. n. 8. Epiſtola de educandis abſque nutrice infantibus, pulte, aqua cum aniſo cocta & pane biſcocto.

N. 14. de experimento ALPRUNI dubia GEORGII FRANCI, & ad ea reſponſio MOYSIS CHARAS.

SIMONIS SCHULER ſermo adverſus Judæos medicos.

Lettre à M. DODART *ſur la préſervation de la peſte.*

In THOMÆ BIRCH T. IV. varia exſtant de lapido illo medicato ſerpentino, quem KIRCHERUS laudaverat.

CROUNIUS amarum eſſe invenit, & eundem putat cum lapide porcino.

PAMAN de enormi calculo ex veſica equi.

§. DCCCLIV. BERNARDINUS RAMAZZINUS.

RAMAZZINUS Mutinenſis medicus & philoſophus, profeſſor primarius Patavinus.

Primum ejus opus initium facit aſperæ controverſiæ cum J. ANDREA MONEGLIA medico practico.

Scripſerat RAMAZZINUS *relazione ſopra il parto e la morte della S. Marcheſina* MARTELLINI BAGNESI Modena 1680. f. CINELLI 1681. MONGIT Puerpera, cui ſecundæ non evulſæ fuerant, tertia a partu hora obierat.

Ad hanc relationem MONEGLIA cenſuram ſatis aſperam ediderat, magno crimini imputaverat, quod ſecundæ non ſolutæ fuiſſent, quæ non quidem putridæ, ſed preſſione ſua potuerint matri nocuiſſe. Exſtat in *collectione* poſthuma.

Reſpondit RAMAZZINUS *in ripoſta alla cenſura del* D. MONEGLIA.

Eodem adhuc anno MONIGLIA edidit *riſpoſta ad una riſpoſta del* S. B. RAMAZZ. &c. Firenz 1681. fol.

Iterum reſpondit RAMAZZINUS, *riſpoſta alla ſeconda cenſura del* S. J. A. MONIGLIA Reggio 1681. f. & Firenz 1681. fol.

Tertiam cenſuram addidit MONIGLIA Florent. anno 1682. fol. CINELLI cum primo RAMAZZINI libello; titulus eſt *Riſpoſta ad una ſcrittura del* S. D. B. RAMAZZINI.

Reſpondit RAMAZZINUS in *riſpoſta alla terza cenſura del* S. J. A. MONIGLIA *ſtampata a Colonia*, & cenſuram ipſam recuſam dedit Modena 1682. fol.

Iterum MONIGLIA repoſuit *Riſpoſta alla terza cenſura del* S. B. RAMAZZINI cum reſponſione RAMAZZINI Firenz. 1682. fol.

Succeſſit nova reſponſio RAMAZZINI *diſcorſo legale ſopra le riſpoſte date del* S. MONIGLIA *contro l'opuſculo del* S. RAMAZZINI *in occaſione del parto e morte della* S. M. BAGNESI Modena 1682. f. Hoc ſcriptum, tum quæ ſequuntur tria alia, non exſtant in *collectione Mutinenſi*.

Et novum ſcriptum MONEGLIÆ, *riſpoſta*, neſcio an fuerit *diſcorſo cavalleresco ſopra le querele del* S. RAMAZZINI *e* D. G. H. MONEGLIA *dependenti d'alle ſcritture publicate da medeſimi in occaſione della morte della March. N. N.* Firenz. 1682. fol.

Ej. denuo RAMAZZINI *conſulto etico legale ſopra la ſcrittura ultimamente publicata per parte del* S. MONEGLIA *nella controverſia da lui moſſa al* S. RAMAZZINI Francf. 1683. fol.

Et iterum J. R. MONEGLIA *difeſa del diſcorſo cavallereſco ſopra le querele del* S. RAMAZZINI *e* MONEGLIA *in occaſione della morte della Marcheſa N. N. contro il conſulto etico legale ſopra la ſcrittura ultimamente publicata dal* S. MONEGLIA &c. Lucca 1684. 4.

Præparaverat denuo RAMAZZINUS *riſpoſta alla quarta cenſura del* S. G. A. MONEGLIA.

Relazione di tutto quello che ſagiuto nella controverſia litteraria tra gli S. N. N. B. RAMAZZINI, *intorno alla malattia e morte della S. Marcheſa N. N.* Sienna 1683. fol. Opprobrioſum ſcriptum eſſe; CINELLI.

Ea cum lite *faſciculo poſthumo* prodiit Mutinæ 1758. 4. *. cum titulo, *controverſia medico letteraria fra* G. A. MONEGLIA *e* B. RAMAZZINI *in occaſione del parto e della morte della Marcheſa* MARTELLINI BAGNESI: edidit JOSEPHUS RAMAZZINUS, BERNARDINI *nepos*, & *lucubrationes medico chirurgicas* addidit *de* *com-*

communi perículoſa methodo evellendi manu ſecundinas ex utero. BERNARDINUS defenderat, non a placenta reſide, ſed a febre maligna illuſtrem puerperam exſtinctam fuiſſe, cujus febris ſeminia præſto fuerant, quæ eadem multas domos dudum infecerant. Aſpera ironia utrinque adhibita fuit, ut demum princeps ſcriptum RAMAZZINI ſupprimeret. Nepos oſtendit periculo plenam rem eſſe ſecundam evellere, vetereſque maluiſſe rem naturæ committere; in brevi tempore placentam non poſſe nocuiſſe, & tentatam evulſionem in illa puerpera dedecori medico fuiſſe ceſſuram, qui tentaſſet.

EJ. *de conſtitutione anni* 1690. *ac de rurali epidemia, quæ Mutinenſis agri colonos adſlixit diſſ. &c.* Mutin. 1690. 4. TR. in E. N. C. *Dec.* II. *ann.* 9. Multo utilior labor. Præceſſerat frequens tritici rubigo: tum frigida & pluvia hiems, iterumque rubigo, vernæque febres, quæ per æſtatem in duplices ſemitertianas degenerarent, quas nullus fere colonorum effugit, plurima cum verminatione. Accedebant in nonnullis ægris parotides, quæ in ſuppurationem verterentur. Corticem peruvianum malo fere opponebant, infidam vero curationem obtinebant. Theoria: malum ab acore noſter derivat, aque rubigine. Medicamentorum nullus erat effectus. Non proderat ſanguinis miſſio, etiam ut noceret: cortex peruvianus ægros in maximum diſcrimen præcipitavit.

EJ. *conſtitutio epidemica anni* 1691. *ad* LEIBNIZIUM Mutin. 1691. 4. TR. Frequentes fuiſſe polypos, ſic apoplexias. In leviori apoplexia deglutitio abolita per 66 dies, ut æger ſolis clyſteribus aleretur, demum ſponte fere reſtituta. Inde ſcabies epidemica. Per æſtus æſtivos febres tertianæ intermittentes, etiam cum papulis efflореſcentibus.

EJ. *de conſtitutionibus trium ſequentium annorum* 1692, 1693 & 1694. *in Mutinenſi civitate & ditione* Mutin. 1695. 4. Patav. 1704. 8. Pluvius primus annus & multa iterum rubigo: hiems anni 1693 & 1694. rigida. His tribus annis dominata eſt febris petechialis, ut tamen purpura non erumperet, niſi æſtate. Duas eclipſes multos adflixiſſe. Pulſus parvus, vires proſtratæ, morbus ipſe florenti ætati gravior. Multis facies inflammabatur, exulcerabatur. Unica criſis erat. Petechiarum eruptio. Frequens ſingultus; multis ſuppreſſa urina: multi veternoſi, ſtupidi; gravius adfligebantur urbani. Sanguis fluidus, ruber & diſſolutionem prodens, idem certa cum pernicie ægroti mittebatur. Alcalinorum remediorum malum effectum cum perſpexiſſet noſter, ad acida confugit, neque ſucceſſus defuit. Saburram utiliter de ventriculo expurgabat. Corticis peruviani uſum potius nocuiſſe. Dyſentericis anni 1693. opium proderat.

Has *conſtitutiones epidemicas* edidit extractu cum SYDENHAMIO Genevæ 1728. 4. *.

EJ. *de abuſu chinæ chinæ diſſ. epiſtolaris.* Nullam excretionem ab eo cortice promoveri. Male in omni febre, etiam intermittente, abſque diſcrimine cor-

 ticem

ticem exhiberi: neque ſe felicem ejus effectum expertum eſſe: nocere melancholicis, pituitoſis; febrem ſupprimere, ſed cum majori damno. Abunde ſe corticem exhibuiſſe, malis ab eventibus prudentiam didiciſſe. Nunquam ab eo auxilio perfectam apyrexiam obtineri. In continuis febribus & malignitatem habentibus vulgo exhiberi, ſe vero teſtem eſſe pernicioſi effectus & proſtratarum ab ejus uſu virium.

EJ. *de morbis artificum diatriba* Mutin. 1700. 8. LAMPRECHT. Ultraj. 1703. 8. *. PORTIO *de vetere medicina.* Cum *ſupplemento ejusdem argumenti*, *& diſſ. de ſacrarum virginum tuenda valetudine* Patav. 1713. 8. ASKEW. Venet. 1743. 8. Utrecht 1707. 8. TR. Italice *malattie degli artifici* Venez. 1745. 8. Germanice *Unterſuchung von den Krankheiten der Künſtler u. Handwerker* Leipz. 1705. 8. 1718. 8. cum BAGLIRI praxi med. Anglice Lond. 1725. 8. *diſeaſes of tradeſmen* ſic 1746. 8. Belgice *van de ziekten der kaufemans ambapteteden en handwerkers* Lond. 1724. Hujus libri ſumma ubique fuit exiſtimatio, cum novum argumentum pro dignitate tractaſſe videretur. Multa quidem collegit, & aliqua mala paſſim putes, alicui peculiari morbo propria eſſe, multa tamen prior & utiliter vidit, & ſparſa ad perficiendum argumentum apta collegit. Morbi metallici, hi minus pleni, ut in viro a metallis remoto: morbi inauratorum, jatroliptarum, ſeu chirurgorum, qui mercurialia unguenta illinunt. Morbi chemici: lis mota chemico, ob officinam, in qua vitriolum calcinabat; teſtimonium medici accolas tabidos frequenter interiiſſe; vitriolum tamen, merito ut puto, abſolutum eſt. Figuli morbique ſaturnini, breviter. Stannarii; arſenicum tamen in ſtanno latere noſter ignorabat. Vitrorum coloratorum artifices; uti antimonio cum auro contrito; inde pulmones aliis exulcerari, alios ſubito interire, proprio experimento. Pictores valetudine eſſe infirma: RAPHAELEM ante tempus periiſſe. Sed plura omitti neceſſe eſt.

EJ. *orationes jatrici argumenti* Patav. 1708. 8. *. Venet. 1739. 4. 2. vol. Rhetorice in univerſum ſcripſit empiricis propior. 1. In ſolenni Mutinenſis Academiæ inſtauratione. 2. *Secularis* Patavii habita 1700. Inventa ſeculi nunc maxime elapſi. Circuitum ſanguinis SARPIO tribuit. 3. Felicius curari plebeios quam nobiles 1701. 4. Veram febrium theoriam eſſe inter deſiderata. 1702. Hactenus tamen corticem peruvianum laudat, ut valde deſideret ſimilis efficaciæ remedium adverſus continuas febres. 5. Medicam artem ſimilem eſſe navigatoriæ, anni 1703. 6. Multum conferre practico medico, ſi norit quænam ſit publica de ſe opinio, 1704. 7. Medicum & antiquitatis ſtudio & novitatis perfici 1705. 8. Simplicitatem in medendo compoſitis præferendam 1706. 9. Nullum eſſe theoricæ medicinæ jus, ut ſupra practicam dominatum adfectet 1707. Multa in medicos theoreticos. MERCURIALIS & CAPIVACCII in peſte adgnoſcenda & curanda infelicitas. In nimium corticis peruviani uſum, de medicina ex ſacris literis eruenda. 12. Medicinam cepiſſe negligi, cum

magis

magis eſſet æſtimanda 1710. 13. De lue bubula repetenda 1713. 14. Medicum valetudinarium melius valetudini ægroti conſulere, quam alium cui firma eſſet ſanitas. 15. De peſte repetenda. 16. De medica peregrinatione ſi non neceſſaria ſaltem perutili 1714. Porro in edit. 1739. 12.

EJ. *hiemalis conſtitutio algidiſſima anni* 1709. ſenſim etiam dato Patav. 1709. 8. *. Celebrem hanc ob ſuam immanitatem hiemem deſcribit; barometricis adſuetus adnotationibus, multa inde mala metuit. Magnam id frigus ſtragem edidiſſe civium.

EJ. *de principum valetudine tuenda* Lipſ. 1711. 8. Traject. 1712. 8. Venet. 1743. 8. Aeris in corpora humana poteſtas, nuperis melius cognita. Principes fere minus idoneis cibis uti: corporis exercitationem principi valde neceſſariam eſſe. Minus ſalubriter noctes vigiliis, ſomno diem traduci. Periculum ab animi adfectibus eſſe maximum. Principem literas amare poſſe, nimium iis indulgere non debere. Obeſitatis incommoda. Ut cavendum ſit a morbis, quibus venus & bacchus ſunt pro parentibus. Ratio vivendi.

EJ. *de contagioſa epidemia, quæ in Patavino agro & tota fere Veneta ditione in boves irrepſit Oratio, dicta a.* 1711. 9. Nov. Patav. 1710. 8. 1712. 8. & n. 13. Lipſ. 1713. 4. TR. Germanice Hannover 1746. 4. Cum primum illa lues in Europa innoteſceret, quæ ſopita paſſim, nunquam ſerio ſuppreſſa fuit, medici Itali in ea deſcribenda & conſiliis dandis multi fuerunt, pene abſque experimento tamen, & ex cathedra. Noſter equidem ad extiſpicia refert, in omaſo durum parietibus valide adhærens corpus repertum fuiſſe; in cerebro & pulmonibus veſicas aere plenas, quæ diſſectæ mephitidem exhalarent; ulcera in media lingua: ita manifeſto diverſorum morborum ſymptomata immiſcuit. Febrem eſſe malignam a bove Dalmatico in Italiam illato. Morbum obeſos & ſaniſſimos boves potiſſimum adgreſſum. Corticis peruviani uſum permittit, ſed magis adhuc cornu cervi, viperinas carnes, antimonium diaphoreticum. Cautelæ aliquæ.

EJ. *de peſte Viennenſi diſſ. habita a.* 1713. *die* 10. *Nov.* Ab hieme tamen mitigatam fuiſſe Patav. 1713. 4. & 1748. 8.

EJ. *adnotationes in librum* L. CORNARII *de vitæ ſobriæ commodis* Patav. 1714. 4. maj. TR. Exemplum viri, cui carcer 19. annorum podagram abſtulit. Poſſe tamen nimia jejunia nocere. Fætor oris jejunantium nimis certus.

Opera omnia, qualia eo tempore prodierant, conjuncta prodierunt Colon. 1689. 4. WACHEND. Deinde plenius Genev. 1716. 4. 1717. 4. *. Lond. 1717. 4. vel 1718. 4. quæ editio nihil differt. Neapoli 1739. 4. Venet. cum nomine Londini 1742. 4. 2. vol. Lego etiam Patav. 1718. 8. 4. vol. pleniſſime prodiiſſe.

Vita

Vita acceſſit, *ſcripta a* BARTHOLOMÆO RAMAZZINO *nepote.* Prodierat etiam Lipſiæ 1711. 8. cum l. *de principum valetudine.* In editione Genevenſi 1717. 4. tres poſthumæ orationes acceſſerunt.

§. DCCCLV. LUCAS TOZZIUS.

Averſinus, CORNELII Conſentini diſcipulus, Archiater Pontificius, Neapolim rediit, ibique vitam finiit, eclecticus, multa ſimilia habens placitorum & ſtudiorum LEONARDI a CAPOA.

Ej. *medicinæ pars prior theoretica* Lion 1681. 8. *. Venet. 1717. 4. Additur multo hanc editionem eſſe auctiorem.

Pars major phyſiologici eſt argumenti: ſuccedunt aliqua pathologica, de morbis, de morborum cauſis, de morborum ſymptomatibus, de ſignis adverſæ valetudinis, de temporibus morborum, de criſibus & diebus criticis.

Denique practica nonnulla, de methodo WALÆI & HELMONTII, de experientia, ratione & analogiſmo, de pharmacis, catharticis & emeticis, diureticis, hidroticis, de venæ ſectione &c. Mortuos eſſe tres homines, qui in ciſternam cloacinam deſcenderant purgaturi. Pilulæ cera obductæ poſt triduum integræ rejectæ, cum ſucci ventriculi noſtri ceram minime reſolvere valeant. Morbum a tarantulæ morſu naſcentem adeo verum eſſe, ut increduli Hiſpani animalculi morſum experti ſæviſſima ſymptomata paſſi, & fruſtra ad choreas invitati fuerint. Venæ ſectionem non valde probat. Galenicis nuperis infenſus, chemica remedia laudat.

Ej. *medicinæ pars altera practica* data a. 1686. Bonon. 1697. 4. GMELIN, 8. TR. Morbi a capite ad calcem recenſi, cauſæ cujuſque morbi, ſigna, curatio; in qua magnæ ſunt partes auxiliorum chemicorum. Plethoram, venæ ſectionem, veſicatoria rejicit; in febre, podagra, arthritide alcalia laudat; demum in continuis febribus mercurium dulcem accenſo ſpiritu vini elotum; in tabe aquam deſtillatam ſcrofulariæ. Teſtem ſe offert, in empyemate iridem florentinam, carduum benedictum, ſulfuris balſamum utiliter data fuiſſe. In ſanguine ſiſtendo certas eſſe vires polypori, in aliis etiam excretionibus compeſcendis. A variolis in pulmone erumpentibus, & ulceribus inde natis, phthiſis. Tabem in tota gente hereditariam fuiſſe. Cauſam palpitationis ponit in polypo, in ramo venæ cavæ adſcendente poſito, quo auriculæ dextræ committitur. Sacerdos, qui nunquam ſitiit, & parciſſimo potu contentus vixit. Plagii crimine non purum eſſe MORGAGNI *Ep.* I. n. 80.

Ej. *commentarius in Hippocratis aphoriſmos* Neapol. 1693. 4. & in *Oper. omn.* T. II. & III Fuſum opus, plenum ratiociniis & nuperorum theoriis, quibus ſenis viri effata fulcire conatur & declarare. Aliqua propria habet experimenta & reſtaurationes effatorum nimis generalium HIPPOCRATIS. Contra

uſum medicamentorum purgantium in univerſum declamat. Fermentum febrile expugnari cortice peruviano, neque unquam cathartico etiam validiſſimo. Quartanam nos facile ſanare, hactenus veteribus ſuperiores. Dolorem minorem a majori exſtingui. Elephantiacum monachum vidit, qui tamen neminem inficiebat. Variolas & morbillos Græcis non videri ignotos fuiſſe morbos. In variolis laudat calida, dat aquam theriacalem, elixir proprietatis, viperarum pulverem. Bilem in venas non reſorberi. A medico ebrius pro apoplectico curatus, cum ſummo dedecore. Aſcitica mulier concepit, peperit, a partu tamen interiit. Moſchus innoxius, nonnunquam feminas fecundas reddidit. Scabiem eſſe ab animalculis, curari per ea, quæ eas beſtiolas enecent. Qui a paracenteſi levatus videbatur, cito tamen interiit.

Ej. *in* GALENI *artem parvam paraphraſtica anacephalæoſis*, parum habet proprii Patav. 1711. 4. TR. 1717. 4. Phlegmonem ab acido derivat; venæ ſectionem negat in inflammatione utilem eſſe.

Peculiares libelli *de recto uſu rerum non naturalium* Venet. 1713.

De faſcino & incantamento credulus, morbos a dæmonibus per ſagas inmitti credit.

Theſes phyſicæ ex ſacris literis ſumtæ citantur in T. XII. *Giornale de letterati*; neſcio an ad nos faciant.

Opera omnia 5. vol. Patav. 1711. 4. Venet. 1721. 1728. *. 1747.

Vitæ compendium eſt in *Giornale de letterati* T. XXXV. & cum operibus.

Elogium in HYACINTHI GIMMA *Elogi academici della ſocietà degli ſpenſierati* Napoli 1703. 4. B. B. Sed obiit a. 1717.

§. DCCCLVI. VITUS RIEDLIN.

VITI fil.

Ulmenſis medicus clinicus hoc anno 1681. *de aqua minerali.*

An fuerit Ej. *diſſ. inauguralis de loquelæ ſymptomatibus* Argent. 1652. 4. Vix puto.

Sed ejus eſt *obſervationum medicarum centuria* Aug. Vind. 1682. 12. Ejuſdem libri *altera centuria* Ulm. 1721.

Ej. *Anmerkungen zur ſorgfältigen Auferziehung der Kinder* Nürnberg 1688. 8.

IDEM a. 1691. 12. Aug. Vind. edidit *patavinarum obſervationum medicarum centurias tres.*

Ej. *linearum medicarum per ſingulos menſes continuo ductarum* anni 1695, 1696, 1697, 1698, 1699, 1700, 1701, 1702. 8. vol. Aug. Vind. 8. *.

quem numerum plenum eſſe puto, non undique certus. Adnotationes ſunt varii momenti, numeroſæ, ad quadringentas in unico anno 1700. Curandi ratio debilior, qualis paſſim eo ævo in Germania præſcribi ſolebat; multum pulverum, multum cinnabaris. Credulus paſſim recenſet, quibus fidem habere nequeas. Morborum cæterum ſunt hiſtoriæ cum proëmiis. In hydrope ſaccato vidit tubam dextram aqua diſtentam ad quatuor libras; in altera tuba hydatis, veſicula fellis ulceroſa cum bile alba. Ante hydropem, cum nullus ſudor prodiret, urina naturalis quidem ſimilis, ſed potu dimidio parcior. Pro theæ innoxio uſu apologia. A febre vehemente puſtulæ in præputio & pene. Opium in maniaco utile. A mercurio dulci ſumto vomitus. Ab eodem cum jalappa miſto, tamen ſalivæ fluxus in nocturno dolore ſalutaris. Femina hydropica umbilicum ſibi ipſa felici audacia incidit. Scarifatio ſcroti funeſta, cum gangræna cohibita fuiſſet. Cephalalgia graviſſima, & intra vigeſimam quartam horam recurrens, plurima prius aqua ſpumoſa per os & nares ejecta. Sphacelus pedis neglectus, idem funeſtus. Felix uſus pulveris ſtomachici BIRKMANNI, etiam adverſus ventriculi dolores.

EJ. *iter medicum* Aug. Vind. 1702. 8. *. Ex febre icterum paſſus erat, hinc arthritidem; ad eam curandam acidulas Ubukingenſes adiit, & obvia adnotavit, quæ inter multa ex ore cauponum hauſit, manifeſto fabuloſa. Aſarum pro hepatica a pharmacopola oblatum. Sphacelus ſcroti curatus. Subluxata vertebra, urina ſuppreſſa: malum tamen facile venæ ſectione ſuperatum.

EJ. *methodus curandi febres genuina & hodierna baſi 30 annorum ſuperſtructa* Ulm. 1705. 8.

ID. *manuductionem ad ſtudium medicum patris brevem notis ſuis auctam* edidit Aug. Vind. 1706 8. *. Notæ filii ipſo paterno opuſculo ampliores ſunt, & laudes aliquot librorum continent, quos in arte utiliores eſſe putat. Laudat opus botanicum ineditum CHRISTOPHORI JACOBI LAUBER Auguſtani qui diverſorum botanicorum varia in unum catalogum collegerit: tamen & in univerſum Germanorum fere libros citat.

EJ. *medulla pharmacopœæ Auguſtanæ* Ulm 1707. 8. TR. 1711. 8. cum viribus medicamentorum ſimplicium tum compoſitiones aliquæ.

EJ. *Bericht von den fürnehmſten Verrichtungen eines Wundarztes ſamt einem Anhang von dem Urtheil aus dem Harn* Ulm 1721. 8.

EJ. *curarum medicinalium millenarius* Ulm 1709. 4. *. Frf. Leipz. 1736. cum titulo: Obſervationum medicophyſicarum ſylloge. Practicas ſuas adnotationes admiſcet: collectio ex nuperis ſcriptoribus, etiam potiſſimum ex VERHEYENIO, credulus idem & ſuperſtitioſus. Non ideo ut amplum volumen uſu careat. Ab unguento mercuriali alvus citata. Impetigo humida ſempervivi ſucco curata. Mercurio mota ſaliva, ſed una menſes redditi.

A

A diarrhœa ſuppreſſa aſthma. Oleum macis ſtillatitium in vomitu conpeſcendo efficax. In febre petechiali, cum ſanguis decolor decederet, & per errorem aqua perlata clyſteris loco infuſa fuiſſet, felix fuit effectus & ſanguis ſuppreſſus. In cancroſa fruſtra hydrargyro ſaliva mota. (Citam inde per convulſiones mortem vidi ſucceſſiſſe). Salicis foliis impoſitis pedum tumor diſſipatus. Tuſſis in gravida bellidis juſculo curata. Mortes inter choreas ſubitæ. Atrophia a carnoſa maſſa pingui mole ſua duodenum comprimente.

Ej. *Unterricht von den Embrochis* Ulm 1710. 8. *. Hiſtoria embrochæ ab ipſo Celſo jam laudatæ. Morbi in quibus profuerit (paſſim collecti); tamen etiam propria teſtimonia, in dolore cervicis, malo hypochondriaco. Embrochæ calidæ, frigidæ.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 185. convulſiones periodicæ & una iſchuria ut paroxyſmum tertianæ febris imitaretur.

Dec. III. *ann.* I. *obſ.* 126. ex pota ab æſtuante frigida empyema, inciſum, feliciter curatum.

Ann. II. *obſ.* 169. in puero aphonia. Surditas faſcinationi tributa, cum carbo, aciculæ, ovi putamina per vomitum rejicerentur, tum ferramenta & alia aliena.

Obſ. 170. recte vanas fuiſſe artes quibus ebrietatem volebant eradicare.

Ann. III. *obſ.* 131. tumor in abſceſſum verſus circa iſchion male pro magico habitus.

Obſ. 132. arthritidi ſuperveniens febris maligna pernicioſa.

Ann. V. VI. *obſ.* 127. Cramerus ſalivationem in morbis malignis magni faciebat. Exemplum ubi ejuſmodi febris ſalivatione ſoluta fuit.

Obſ. 241. calculus ſalivalis ſub lingua poſt maximos dolores eductus.

Ann. VII. VIII. *obſ.* 49. mania hereditaria. (In civitate mea inſignes familiæ ſunt ex matribus parum ſanæ mentis ortæ: in iis familiis non omnes, perpetuo tamen aliqui nepotes maniaci ſuperſunt.)

Obſ. 129. ſpiritus difficilis; repertus ſanguis circa aſperam arteriam effuſus, grumoſus & durus, a lapſu.

Obſ. 131. a frequente uſu fumi Nicotiani polypus narium, certe ejus non exigua portio deceſſit.

E. N. C. *Dec.* III. *ann.* IX. X. *obſ.* 145. cum ozœna calculus, eo de naribus extracto malum ſublatum.

Obſ. 148. iſchuria funeſta die 14. veſica ſumme diſtenta, ureter ampliſſimus, ren calculoſus, proſtata tumida, exitum veſicæ acurate claudebat.

Obſ. 149. perutile in Eryſipelate ſero manante, ſempervivum.

Ej. *Anweiſung die Krankheiten zu curiren* Ulm 1709. 12.

Ejus eſt Sinceri Jatrophili *Unterweiſung wie die meiſten Krankheiten ſicher zu curiren ſeyn* Francf. 1709. 8. 1716. 8. 1728. 8.

§. DCCCLVII. Varii.

Angelus de S. Josepho pridem dictus la Brosse interpres eſt ex Perſico *Pharmacopœæ Perſicæ* ex editione Pariſ. 1681. 8. *. Medicinam apud Perſas ubique fecit, cum Miſſionarii munere id etiam auctori ſtudium a juventute fuiſſe lego, ſui laboris utique fructus carpſiſſe, cum magnates in *Miſſionibus* medicinæ ope faventes ſit expertus; aliquos, dum eos ſanabat, etiam ad fidem Chriſtianam converterit. Libro titulus eſt *Murekebat karabadin* auctore Mouzaffer Eben Mouhammed El Hoseni. Secundum ordinem literarum alphabeti perſicos titulos compoſitionum cum ſuis ſcriptionibus diſponit & uſu medico. Ea nomina ſæpe Græca ſunt aut ex Græcis detorta. Reperias ſubinde medicamenta penitus inſolita, hic in compoſitiones recipi, ut Napellum. Ceruſſam ſtanni, (quid?) ſemen glaſti inter aromata, aſarum in conf. de cinnamomo. Badmuſchul ſalium odoratum. Theriaca paulo minus compoſita, aliaque bene multa peculiaria. Subinde nomina noſter non interpretatur, ut zaffarani, pro croco, ut videtur.

In *notis* ſubjectis quædam medicamenta ſimplicia peculiari cura exponit. Gummi ex tamariſco manans; ſacchari genus, gallinſecto cuidam ut videtur, adhærens, in arbore tithymalis adfini, quæ Thevenoti eſt *Zenchar*. Ribes Arabum, ſpecies Lapathi. De opii a Perſis maxime adamati effectibus medicis. Aſſa fetida.

Ej. *gazophylacium linguæ Perſicæ* Amſterd. 1684. fol. Vocabula etiam medica interpretatur.

J. Schneidermann *de phlebotomia exercitatio* Helmſt. 1681. 12. *. Fermentationem Carteſianam admittit. Hæmorrhagiæ a ſanguine rarefacto fiunt. Venæ ſectionem ſoli plethoræ ſubvenire. Revulſionem derivationi præfert. Subtilem ſanguinem putat ex proximo, craſſum ex remoto venæ ſectionem poſcere. Contra nimis largas veterum ſanguinis miſſiones. Selectum venarum non eſſe tanti momenti.

J. Georg Greulich *curandi hydropis vera methodus, una cum diſſ. de bile, fecunda morborum parente* Francf. 1681. 8.

Ej. *χοληλογια ſ. themata paradoxa de bile ſana & ægra* Francf. 1682. 8. *. Sputi flavi redditi abſque pulmonum vitio exemplum. Aliud exemplum ſputi, etiam muci narium flavi, cum hepatis certo morbo, quoad abſceſſus in lumbis ſubnatus felicem effectum haberet. Ab ulcere tibiæ clauſo tuſſis & tabes, & in alio ægroto funeſta peripneumonia. A diarrhœa ſuppreſſa cruris alterius gravis dolor & ſpaſmus. De calculis bilariis & hepaticis. Calculus de ductu ſalivali excuſſus 160 gr. pondere. Aſtrorum influxum valde metuit, in epidemicis, etiam in bilem. Ab ea maculæ cutaneæ morborum malignorum. Maculas eo in caſu ambra gryſea expulit, ad novem granorum pondus exhibita.

Franciscus Maria Nigrisolius Ferrarienſis.

Ej. ſunt *tractatus varii ad recentiorum mentem concinnati, collecti, notis aucti* Ferrar. 1690. (Manget) vel 1689. abſque ſcriptoris nomine. Morbi a capite ad calcem. Theoria falſa, propria pauca. In peripneumonia jubet laudano abſtinere & emeticis. Phthiſicos ibi numeroſiores eſſe, ubi aquæ minerales ſcaturiunt. In menſium ſuppreſſione utiliter hirudines ori uteri admoveri (hic citatur H. Nigrisolius). Hyſtericum malum veram eſſe epilepſiam; balneum hic convenire & lactis uſum. Hydropem fieri a ruptis hydatidibus. Luem veneream veteribus notam fuiſſe, & in lege Moſaica de ea eſſe teſtatum. Carbunculi curatio fuſius, per venæ ſectionem, clyſteres, ſcarifationem. In febre maligna ſanguinem dextro e brachio duxit.

Ej. eſt *febris china chinæ oppugnata, ſ. illuſtrium virorum opuſcula, quæ tradunt methodum febres china chinæ curandi* Ferrar. 1687. 1700. 4. Collectio libellorum Blegny, Monginoti, Restaurand, Sponii.

Ej. *parere intorno alla corrente epidemia delli animali bovini* Ferrar. 1714. 8. Germanice, *Gedanken von der Viehſeuche, u. vornehmlich des Hornviehs, überſetzt durch* J. Adolf Provansal Leipz. 1749. 8. *. Parvus libellus ad luem Venetam pertinens, quæ a bove Dalmatico in Italiam adlato, etiam nunc in Gallia ſtragem edit. Nulla viro cum ipſo malo conſuetudo fuit, atque ex ſola theoria ubique conſilia dedit. Natum videri ex putreſcentium cadaverum exhalationibus; mucoſum quid apicibus graminis matutinis horis inſediſſe, pabulum adeo infectum. Ulcus cum lithargo pediculo . Ventriculum tertium in nonnullis bobus pene ambuſtum, potius effectum quam cauſam mali videri. Non debere pecora mane in prata venenato rore madentia agi. Medicamenta nihil profuiſſe, neque venæ inciſionem, neque purgationem quæ potius pecora diſponebat ut facilius luem conciperent, neque fere alia. Suadet tamen ſetacei uſum, infuſum vinoſum cum camphora, croco & myrrha. Salem ammoniacum nihil boni feciſſe, lotium vero vehementer urſiſſe in *nota* additur. Ad avertendum malum antimonium in potu infundit.

Ej. *pharmacopœæ Ferrarienſis prodromus ſ. determinationes & animadverſiones circa plurium medicamentorum compoſitionem* Ferrar. 1723.

Ej. *conſigli medici* Centur. I. II. Ferrar. 1726. 4.

Vita viri exſtat in *Giorn. de letter.* T. XXXVIII.

Petri Mariæ Terzaga *relatio circa diſtantiam ſationis oryzæ a civitate Novarienſi pro aeris ſalubritate* Mediolan. 1681. fol.

Antonius *le* Grand *in curioſo rerum abditarum naturæque arcanorum perſcrutatore* Nurnberg 1681. 8. *. Multa habet medica, vires medicatas plantarum, aliorumque ſimplicium medicamentorum, morborum naturam & curationem, fere collectanea. Pleraque ſumta ſunt ex Baricelli *horto geniali*.

Henrici Tencke, prof. Monſp. *inſtrumenta curationis morborum depromta ex pharmacia, chirurgia & diæta* Lion 1681. 8. 1614. 12. 1755. 8. Bitionis 1686. 12. Ast. Gallice Lion 1682. 12. Houss. 1712. 12. Legi, *notas* autem neſcio quomodo amiſi; probum utique compendium.

Abrahami Munting *de vera herba Britannica diſſ.* Amſterd. 1681. 4. *. 1698. 8. *. Multa ab hac herba alieniſſima. Ad hiſtoriam medicinæ. In jatraliptas, in circumforaneos. De ſcorbuto, de bronchocele. Exempla ſalubris in ſcorbuto efficaciæ hydrolapathi, tum in variis rheumaticis doloribus, aliis malis; denique vis formularum.

Cornelii a Beughem *bibliographia medica & phyſica perpetuo continuanda* Amſterd. 1681. 12. Catalogus librorum qui de hac arte ab a. 1652. editi fuerunt.

Ej. *ſyllabus recens exploratorum in re medica, phyſica & chymica, prout in E. N. C. Germaniæ, Galliæ, Daniæ & Belgii ſparſim exſtat* Amſterd. 1696. Astr. 1699. 12.*. Adnotationum tituli, quas quiſque ſcriptor in diariis academiarum edidit.

In Jobi Ludolfi viri doctiſſimi, *Hiſtoria Æthiopica* Francf. 1681. fol. B. B. *Commentario ad hiſtoriam Æthiopicam* ib. 1681. B. B. Varia ad rem medicam aut propius faciunt, aut eminus. De nigredine Æthiopum integrum caput: redit ad unicam generis humani ſtirpem; Æthiopes enim Arabes facit & linguam habet conſentientem. Ad clima, æſtum regionis; ad mineras Abiſſiniæ, ad animalia, & herbas, & medicamenta inde deſumta, qualis eſt torpedinis vis adverſus febres intermittentes; ad pſyllos, ad ſerpentes venenatos, ad antidotos. Locuſtæ edules. Medicina Æthiopum, uſtio adverſus icterum, herbæ a parentibus nepotibus traditæ.

Antonius Galante medicus Pincianus. Ej. *tractatus de minorativa purgatione, ubi utiliſſimæ diſquiſitiones tam practicæ quam ſpeculativæ conformes includuntur* Cæſar. Auguſt. 1681. C. de V.

Philo-

Philothei Castelli *flagellum calumniantium, ſ. apologia, in qua anonymi calumniæ refutantur, ejuſque mentiendi libido detegitur, clariſſimorum medicorum luſitanorum methodus commendatur.* Amſterd. 1681. 8. L.

Antonii Mazæ, *urbis Salernitanæ hiſtoriæ & antiquitates* Neapoli 1681. 4. & in theſ. Burmann, IX. n. 4.

Ludovici Carnolæ *de lactis & ſeminis mulorum commixtione* Venet. 1687. 4. Tr. Si recte legi.

. . . Coronati *medicina aphoriſtica, h. e. Aphoriſmi Hippocratis juxta inſtitutum & praxin medicam diſpoſiti* Hamburg. 1681. 8. Gunz.

David Lichtenhan *de religione gentium, inprimis Romanorum in peſte* Schneeberg 1681. 4. Uff.

J. Alb. Haassleben *armamentarium antipeſtinum* Cölln. 1671. 4. Boehmer.

Lepidi Pacifici *Reſponſio ad epiſtolam bibliopolæ Leidenſis græco latinam de exilio medicorum Romanorum & de abſurdis libellis Drelincourtinis* Leid. 1681. 12. Forte Boeckelmanni opus.

Myſteria phyſico medica Syriace, Arabice & Græce ſcripta nunc ex membranis latinis luci expoſita Francf. 1681. 4.

Thomæ Smith *vitæ quorundam eruditiſſimorum virorum* Lond. 1681-1701. Carrere.

Et William Bates *vitæ ſelectorum aliquot virorum* Lond. 1681. 4. Id.

Samuel Schoenborn *manuale medicinæ practicæ* Argent. 1681. 13.

Godofr. David *Diſcurſus medico chymicus de medicina magnatum* Bremæ 1681. 8. Tr.

Tractatus de peſte Halæ 1681. P. I. continet ſpeculationem phyſicam auctore Johanne a Felde: poſterior ea quæ artis medicæ ſunt propria remedia, nimirum contra peſtem auct. F. G. Kircheim.

Ernest Stokman *hodegeticum peſtilentiale ſacrum, ſ. quæſtiones theoretico practicæ de peſte* Zeiz. 1681. 12.

J. Daniel Globitz de Buczina *tripus medicinæ oracula Hippocratis divulgans, ſ. Hippocratis aphoriſmorum omnium in tres ſectiones nova digeſtio* Nurnberg. 1681. 12. Tr.

§. DCCCLVIII.

§. DCCCLVIII. J. Helfrich Jungken.

Medicus Francofurtanus.

Ej. *chymia experimentalis curioſa* Francf. 1681. (*Journ. des Savans*) Francf. 1684. 8. Tr.

Ej. *medicus præſenti ſeculo accomodatus* Francf. 1682. 8. 1689. 8. 1697. 8.

Ej. *Notæ* in *notas & commentaria* J. Agricolæ *in* Poppium Nurnberg 1686. aliqua habent huc facientia.

Ej. *Anmerkungen von der ſorgfältigen Auferziehung der jungen Kindern u. deren Gebrechen* Nurnberg 1688. 12.

Ej. *praxis medica ſ. corporis medicina* Francf. 1689. 8. 1698. 8. 1703. 8. Hiſtoriæ & curationes morborum.

Ej. *lexicon chymico pharmaceuticum* Francf. 1693. 8. Tr. Nurnb. 1699. 8. 1709. 8. Tr. 1716. 8. 2 vol. *. 1732. 8. 2 vol. Formulæ & modus præparationis medicamentorum, potiſſimum tamen chemicorum, ex nuperis ſcriptoribus collecta. P. I. magis chemica. Pars ſecunda magis Galenica eſt. Huic adjectæ ſunt adpendices. Præparationes quorumdam ſimplicium, ex pharmacopœa auguſtana renovata. De delectu ſimplicium, qui catalogus eſt plantarum & aliorum ſimplicium, cum aliqua eorum hiſtoria & medico uſu.

Ej. *compendium chirurgiæ manualis abſolutum* Francf. 1691. 8. Nurnberg 1700. 8. *. lego & 1710. 8. Habet, ut fieri ſolet, aliqua capita medica intermiſta, ut de lue venerea, quam acido tribuit, cum medicamentis potiſſimum internis; deinde externis & ſalivatione. Debere poſt eam finitam ſingulo hebdomade doſin mercurii dulcis exhiberi. Lignorum uſus.

Ej. *fundamenta medicinæ modernæ electica ubi phyſica ad Carteſii potiſſimum mentem præmiſſa ex celeberrimis medicis neotericis per omnes medicinæ partes ſelectus traditur* Nurnberg Francof. 1693. 8. 1718. 8.

Ej. *praxeos medicæ vademecum* Nurnberg 1694. 8. 1707. 8. 1740. 8.

Ej. *opiologia nova* Frf. 1679. 8.

Ej. *corpus pharmaceutico chymico medicum* Francof. 1697. 4. 2 vol. Edente David de Spina Francof. 1732. fol.

Ej. *Beſchreibung der von dem Obriſten Monk bekannt gemachten panacea und tinctura aurea* Francf. 1698. 4.

Ej. *vernünftiger und erfahrner Leibarzt, welcher lehret, wie ein jeder Menſch ſich in allen Krankheiten ſelbſt rathen könne* Leipz. 1698. 8. 1709. 8.

Ej. *manuale pharmaceuticum* Francf. 1698. 8.

Ej. *Emſerbad und Brunnencur* Frf. 1700. 12. Tr.

Ej.

Ej. *Grundregeln der Medicin oder ſorgfältiger Medicus* Nurnb. 1701. 8. 1703. 8. 1720. 8.

Ej. *wohl unterrichteter Medicus* Nürnberg 1725. 8. Idem ut puto.

Ej. *chymia experimentalis: acc. monita medica de infantum morbis, & experimenta circa rerum naturalium principia* Francof. 170 . 4.

Ej. *compendioſe Reis, Feld, und Hausapothek* ib. 1716.

§. DCCCLIX, Galli nuperi.

Petri Sylvani Regis phyſici & mathematici.

Cours entier de philoſophie Amſterd. 1691. 4. 3 vol. *. In l. VII. agit de hominis phyſiologia, deinde *de febribus*. Febres eſſe a fermentatione nimis violenta, ſalibus ſanguinis nunc nullo oleo obvolutis, & vehementius conſtringentibus. Continuas febres eſſe ab acido, & malignas eſſe, quando is acor ſanguinem cogit, demum peſtilentiales, quando diſſolvit. Theoria febrium continuarum & intermittentium. Alii nonnulli morbi.

Anatomen duorum vitulorum, quibus cor nudum de pectore pendebat, habet in *Journal des Savans* 1681.

Petrus Dionis chirurgus Delphinæ, homo hactenus modeſtus & medicorum amicus.

Tota clinici argumenti eſt *Diſſertation ſur la mort ſubite, avec l'hiſtoire d'une fille cataleptique* Paris 1710. 8. *. 12. *. 1718. 12. ſcripſit occaſione libri Lancisiani ejuſdem argumenti. Multos ſe apoplecticos incidiſſe; ſæpe, non tamen ſemper, reperiſſe ſanguinem in cerebro, aut circa cerebrum effuſum. Sic in duce Aurelianenſi, cætera ſano; in alia principe femina. Quare phethoram mali cauſam fuiſſe, idque averti ſanguine miſſo. Intermittentis pulſus cauſam ſæpe in polypis cordis eſſe. Vidiſſe ſe duram matrem oſſeam, quæ ſecundam quaſi calvariam efficeret: alias maxima glandula utero adnata. In ſubita morte pulmo conpreſſus, ſanguine plenus, & lienis ſimilis, cerebro ſano. Sic in alio cætera ſano, uno in latere, & cor peramplum. Ludovicus XIV. ſaniſſimus vixit, cum ſingulo menſe alvum duceret & frequenter venam ſecaret. In Ill. Seignelais poſt multos angores demum mortuo glandulæ pleuræ ejuſque propaginum conſpicuæ, ipſæque membranæ craſſiores; ſanguis ad coralliorum modum in vaſis cordis coactus. In alio ſubito mortuo, ſanguis poſt mortem de vena abunde fluxit, & de ſcarifato vulnere; cerebrum ſanum; in veſicula fellis calculi; pulmones ſanguine pleni, cor inane. Exercitio corporis apoplexiam evitari, & victu parciori. In homine omnia revomente, pylorus calloſus clauſuſque. Eſſe ubi nullum vitium in cadavere ſubito demortuorum apparuit. Poſt hœmorrhagias

gias utiliſſimum eſt ſubinde & parce juſcula ſumere. Virginis catalepticæ ſuſpectæ hiſtoria, quæ nihil ſentiebat; ſanata eſt menſibus ſponte redeuntibus, qui deficiebant, & alvi fluxu.

Cum Ej. *Diſſertation ſur la génération de l'homme* prodiit Paris 1698. 8. *. Inciſio hominis cui auricula dextra cordis enormiter dilatata erat, & intus oſſea cruſta obducta. Poſt mortem ſanguis de nare fluxerat.

In Ej. *Cours d'opérations de chirurgie* ſæpe excuſo, Paris 1707. 8. & Bruxell. 1708. 8. *. & Paris 1740. 8. *. multum mutato a D. LA FAYE, ad morbos equidem potiſſimum reſpexit, qui manu curantur, ſubinde tamen medica tractat, ſtrumam, ſcrofulas, venæ ſectionem; carbunculum, anthracem, veſicatoria, ſetacea huc etiam referas, ſed conprimis hiſtoriam celebrium medicaſtrorum ſui ævi; medici boarii per urinarum cognitionem celebris; chemicorum nonnullorum & pharmacopolarum; medici ruſtici, quem vocabant DU CHAUDRAI herbis medentis, chirurgi CHAMBON. Infelices nonnullorum curationes. Brevis omnium fama fuit.

Ej. *traité général des accouchemens* Paris 1718. 4. 1724. Bruxell. 1724. 8. *. Belgice Leid. 1735. 8. Germanice per I.T. Argent. 1723. 8. Anglice Lond. 1719. 1724. Hoc opere noſter minus ſuæ famæ conſuluit, ut ne plagii quidem accuſationem effugerit. Magna pars libri argumenti eſt pathologici & clinici. Fetus extra ventrem concepti. Morbi gravidarum; vomitus etiam, hydrops, hæmorrhoides. Morbi puerperii, dolores, hæmorrhagiæ, lochiorum ſuppreſſio, uteri inflammatio. Infantiles morbi nonnulli. Nutricis requiſita. Inſtrumenta pro luſcis, eburnea lamina cum foramine in quo vitrum. Molæ ex coacto ſanguine factæ, etiam in virginibus, in nonnullis feminis frequentes. Falſa germina ſecundi, tertii menſis duritate, quæ galli ventriculi eſt, aqua intus plena, in qua minimum germen.

Ej. *partus tubarius* redit in *tr. de generatione*, in *Cours d'anatomie*, in *Zod. med. Gall.* T. IV. in *append.* T. II. *Dec.* II. E. N. C. & ſeorſim, *hiſtoire d'une matrice extraordinaire* Paris 1683. 12.

In *anatomie de l'homme demontrée* Paris 1690. fol. 1698. 8. 1716. 8. *. huc faciunt obſervationes fetuum ventralium, de partu tubario, anevryſmate. Pili per lotium decedentes, ſeptem & octo pollicum longitudine.

JEAN PASCAL M. D. *nouvelle decouverte, & les admirables effets des ferments dans le corps humain* Paris 1681. 12. *. Juvenis 21 annorum opus. Fermenta ſingulorum membrorum corporis, acida, volatilia, alcalina; fervores ſanguinis inde nati. Phyſiologica potiſſimum ſomnia, tamen & pathologica. Maniam fieri a ſulfureis liquoribus ad cerebri ſpiritus admiſtis.

Ej.

EJ. *tr. des eaux de Bourbon l'Archambaut* Paris 1699. 12. continet etiam conſilia medica rationem aquis Bourboniis utendi, morbos quibus medentur.

EJ. *diſcours contenant la conference de la pharmacie chymique avec la Galenique* dicitur JACOBI eſſe PASCAL.

A. LA SELVE, ſub nomine *le Philoſophe inconnu de Coutances traité de l'origine, des progrès & de l'etat préſent de la médecine.* In *Mercure galant* 1681. tom 15. Exſtat etiam in *Zod. med. Gall.* 1681.

REMY FORT *le médecin d'armée, ou entretiens ſur les maladies des ſoldats* Paris 1681. 12. RAST 1685. 12. HOUSS.

FRANC. TOLET *de la lithotomie* Paris 1681. 12. 1607. 12. Varia alia mala viarum lotii ex aliis præter chirurgicas cauſas nata, medicamenta prophylactica, lithontriptica.

De la guériſon des fiévres par le kinkina Lion 1681. 12. Non poſſum conferre cum SPONIO & titulus mancus eſt.

Les nouvelles decouvertes qui ſe ſont faites par les plus grands hommes de notre ſiècle 1681. 12. ſi huc facit.

Diſſertation ſur les nouvelles réflexions de la nature de l'aſthme Bourdeaux 1681. 12. BUR.

§. DCCCLX. LEONARDUS DE CAPOA Italus.

Vir ingenioſus, variarum linguarum gnarus hactenus chemicus, ab anatome alienior; ſatyricus & acris, magnus empiricorum defenſor, ſcholæ Galenicæ & venæ ſectionis oſor, & theriacæ; veterum lectione quidem inutritus, ſed iis ipſis iniquus, chemicis æquior, fermentationum in ſanguine patronus.

EJ. *raggionamenti, ne quali narrandoſi l'origine e li progreſſi della medicina, e l'incertezza della medeſima ſi manifeſta* Neapoli 1681. 4. BUR. B. HUGON. 1689. Colon. 1714. 8. *. Quinque ſunt *raggionamenti*, quibus hiſtoria antiquæ medicinæ continetur; ſed ea ut GALENUM quantum poteſt deprimat, faveat ASCLEPIADI, etiam DIOSCORIDI. Græcorum opiniones recenſet, ingenium tamen miraculis deditum, credulumque fabulis & naturæ ignarum increpat. Noſtri ſeculi cognitionem longe præfert. Sed neque HIPPOCRATIS aut aphoriſmis parcit, aut conſiliis. Legi poteſt, ut memores ſimus ingenii, quod auctori fuit.

EJ. *del parere di L. de C. diviſati in otto raggionamenti, ne' quali partitamente doſi l'origine e'l progreſſo della medicina narranchiaramente l'incertezza della medeſima ſi*

ſi manifeſta Tom. II. ib. ſunt *raggionamenti* VI, VII & VIII. In VI theoriam ſcholarum refutat, & chemicas hypotheſes Galenicis ita præfert ut tamen & ipſas carpat. PARACELSUM excuſat, qui multa, quæ ipſi tribuuntur, aut omnino non ſcripſerit, aut non perfecerit. Inde CAMPANELLÆ, JOH. FABRI, HELMONTII, OLIVÆ SAMBUCÆ, WILLISII, SYLVII, MEYSSONERII, MEARÆ, GLISSONII ſcripta recenſet, & ſub finem rabie quaſi aliqua percitus in medicos, inque eorum perfidiam invehitur, qui TYCHONEM gratia regia ejecerint; PETRUM DE APONO ſint perſecuti; in ipſum porro CARPENSEM, qui vivum hominem diſſecuerit, in medicos qui hæretici fuerint, aut avari, ut INGRASSIAS. Deinde in VII *ratiocinio* ambitum artis metitur, ut amplitudinem ejus, hinc natam difficultatem oſtendat. Hic chemicis totum ſe addictum demonſtrat. Chemiæ ignorantiam cauſam errorum in veteribus fuiſſe. Quantum ſimplicia medicamenta compoſitis præſtent. Chemicorum remediorum innocentiam tuetur, pulveris etiam Algaroth fruſtra a Mediolanenſibus medicis proſcripti, & antimonii, quod innoxium ſit: ejus præparationes, quas inter vinum præ reliquis probat. Botanicæ tamen neglectum ſtudium commendat. In VIII. *ratiocinio* aliqua dicit de Academia *degli inveſtiganti*, ſuadet ut jugum ARISTOTELIS excutiatur, eum multis refutat. Objicit ei viro anatomes ruditatem, vitia hiſtoriæ animalium oſtendit: ALEXANDRI, ARISTOTELI potius infenſi, liberalitatem pro fabula habet. PLATONEM deprimit, & DEMOCRITUM præfert.

EJ. *raggionamenti intorno alla incertezza di medicamenti* Napoli 1695. 1698. 4. HEFTER, forte 1689. Cologna 1714 8.*. Multis conatur oſtendere, rationem humanam cauſam operationis medicamentorum non adtingere: ſed neque experimentum de iis viribus legitimum teſtimonium præſtare; neque a ſaporibus, odoribus certe quid diſci; ſed neque a chemica analyſi, quæ naturam corporum vehementer mutet: quare neque virium a ſalibus interpretationem admittit, neque à qualitatibus galenicis. Neque doſes purgantium medicamentorum per experientiam determinari, cum varii homines ejuſdem medicamenti alias & alias doſes ferant. Equos antimonio ſaginari & porcos.

EJ. *Lezioni intorno alla natura delle moffete* Napoli 1683. 4. Cologna 1714. 8.*. Hoc opus alterius eſt ſaporis, neque perinde ſarcaſticum. Scopus LEONARDO eſt, deſcribere antra Acherontia de quibus ſuffocans vapor adſcendit, in agro Neapolitano non rara, in iis præſertim ſpecum illam celebrem Agnani lacus. Recte negat, aerem altorum montium noxium eſſe. Inquirit in cauſas noxiæ poteſtatis mephitidum. Sulfureas eſſe putat, & ſurgere de aliqua metalli aut vitrioli vena calcinata a ſalibus acetoſis corrodentibus. Se vapores mephitidis ſimiles produxiſſe, miſto antimonio, vel marcaſita, cum ſpiritu vitrioli. Occidere animalia, quod aerem de pulmone expellant.

NICOLO CRESCENZO *orazione funerale fatta in morte di* LEONARDO DE CAPOA exſtat in *Lettere iſtoriche politiche ed erudite*, *raccolte de* ANTONIO BULIFON

Napoli

Napoli 1679. 12. *Raccolta* IV. B. B. & in elogiis Arcadum illuſtrium ſcriptis a NICOLAO AMENTA editis a CRESCIMBENIO Rom. 1710. 4. B. B.

GIOS. FRANC. BORRI *chiave del gabinetto col favor delle quale ſi vedono varii lettere ſcientifiche chimiche e curioſe ed inſtruzioni politiche &c.* Colon. 1681. 4. 2 vol. BUR.

CARLO CELANO *degli avanzi della peſte* Napoli 1681. 8. 2 vol. FALC.

SEB. BARTHOLI *del ghiaccio e della coagulazione* Rom. 1681. 4. MEAD.

DCCCLXI. BELGÆ.

HEIDENTRYK OVERKAMP M. D. de Carteſii ſecta, acris ſcriptoris, amici CORNELII BONTEKOE & paris ingenii.

EJ. *reden over het leven van de Doctor* CORN. BONTEKOE Amſterd. 1685. 4. 1689. B. BUR.

EJ. *van de pokken* 1685. 8. & in operibus omnibus Germanica verſio peſſimis erroribus inquinata.

EJ. *gebouw der chirurgie of Heelkonſt* Amſtd. 1686. 8.

EJ. *medicinale chirurgicale en philoſophiſche Werken* 2. T. Amſterd. 1694. 4. & Germanice Lipſ. 1705. 4. *.

EJ. *van de natuur der fermentatien en deſſelfs effecten in't menſchelyke lighaam. 1. deel, van de nieuwe beginſelen tot de genees en heelkonſt.* Prodierat Amſterd. 1681. 4. Phyſiologia nonnullis practicis interſperſa, ut capite de ebrietate, alio de fluore albo. 2, *Tafelpraatje* de cibo, digeſtione, & variis phyſici argumenti. 3, *agter middags praatje*, de putredine, gangræna, febre, contra ſcholas. Clyſteres nullius uſus eſſe, niſi ad quosdam extremi inteſtini morbos, ut dyſenteriam, duras fæces, colicam, non ut cauſam morbi iis auxiliis tollas. 4, *Notæ in Sanctorii medicinam ſtaticam.* 5, In T. II., *chirurgia*, cujus capita pluſcula medici ſunt argumenti, cum calidis, acribus, alcalinis medicamentis. Inflammatio; curatur attenuatis humoribus per calida omnia, aromatica, camphoram, intus opio. Eryſipelas. Angina; PLATERI remedia recenſet & refutat, quod non eorum loco camphoram, theriacam, & aromaticum cataplaſma cum ſalibus volatilibus & gummi ammoniaco adhibuerat. Similí modo HILDANI curationes adgreditur, & male omnia egiſſe it oſtenſum, quod CARTESII placita non ſecutus ſit, de lue venerea, quam non inunctione, ſed præcipitato albo, cum gummi ammoniaco trito, curare ſuſcipit.

Medicina pharmaceutica oft de oogh berykende geneeskonſte met annmerkingen op verſcheyde misbruyken die ſowel in de medicine als chymie zyn voorvallende Bruſſels 1681. fol TR.

NEHEMIAS GREW, vir egregius. Ej. eſt *Muſeum Regalis ſocietatis, or a catalogue of natural and artificial rarities belonging to the R. ſociety, and preſerved at Greshams college* Lond 1681. f. *. Huc pertinent morborum veſtigia & cauſæ. Dentes ex ovariis mulierum excifi tum crines. Oſſa per ancyloſin connexa, & pumicoſa. Oſſis fragmentum & ſphæra plumbea per lotium egeſta, tum calculus enormi mole. Calculi ex animalibus, & pilæ crinitæ. Lacrymæ lapideæ cervi, & os de corde ejus animalis.

. . . GRIFFITH *a la mode phlebotomy no good faſhion* Lond. 1681. 8. OSB.

DCCCLXII. GERMANI ALIQUI.

WOLFGANG HELMHARD V. HOCHBERG, nobilis Auſtriaci, *Adeliches Land und Feldleben* Nurnberg 1681. fol. 3 vol. 1716. 3 vol. *. Stylum calamumque præſtitit FINK, qui vulgo ERASMUS FRANCISCI audit. Ampliſſimo ambitu domum ruſticam deſcribit, cum omnibus partibus, aut naturæ donis, quæ quovis modo ad villam nobilem pertinent. In Lib. II, de peſtilentia, & inde neceſſariis adverſus ejus pericula cautelis. De ſex rebus non naturalibus; de victus ratione, de longævitate. Liber III. ad rem cibariam, ſed potiſſimum diſpenſatorium domeſticum; formulæ aquarum ſtillatitiarum, balſamorum, aliorum remediorum ad varia mala demum; Deinde de morbis a capite ad calcem, deque eorum curatione, abſorbentia & alia ejuſmodi auxilia, qualia eo ævo in Germania fere ſola obtinebant. L. IV. Vinum, omphacium, vina medicata, artificia ad vinum præſervandum, reſtituendum. L. V. Hortus etiam medicus, ſ. plantarum ad medicinam uſitatarum cenſus. L. VII. de vario potu, cereviſia, cerealibus. L. VIII. morbi equorum, & eorum cura, fuſe. L. IX. Reliquorum animalium cura. L. XI. Aquæ minerales, thermæ, varia animalia unde ſumta medicamenta; cancri, eorum lapides; etiam de refocillandis, qui ſub aqua merſi fuerunt.

T. III, qui priorum eſt ſupplementum, a MARTINO ENDTER adjectum, L. 2, denuo de cura neceſſaria peſtilentium temporum, de conſervanda valetudine, avertendis & curandis morbis. L. 3, condita varia, deinde medicamenta interna, externa. L. 4, vini artificia, & vina medicata, vireſque medicæ vini. L. 5 & 6, plantæ utiles, medicatæ, edules, fructus horæi. L. 7, de cereviſiis. L. 8, de equis, eorum morbis & remediis. L. 9, ſic de ovibus & armentis. Demum coquinaria.

J. CHRISTOPH HAHNEN *Gottesband u. Geiſel oder wahrhafte Beſchreibung der meiſten denkwürdigen Peſtſeuchen und giftigen Krankheiten* Leipz. 1681. 12. TR.

DAVID KELLNER *Anweiſung ſich vor der Peſt zu præſerviren* Meiningen 1681. 8. BOECL.

J. CAR.

J. CAR. HABERSAC *relation welcher geſtalten die wieneriſche Neuſtadt mit der Peſt angeſtekt werden* Wien 1681. 8.

Ober und Nieder Schleſien Infectionsordnung Francfurt 1681. 4. HANS.

HILARII LIBERTI *regimen in den Steinbeſchwerden* Arnſtadt 1681. 8.

J. CHRISTOPH GÖTTE *Bericht von dem himmliſchen Theriak oder theriaca cæleſtis gegeben durch* N. C. V. 1681. 12.

PHILIP MAY *grundlicher Bericht ob aus der Phyſiognomie des Menſchengemüth, Geſundheit und Krankheiten können abgenommen werden neben einem conſilio von Peſtzeiten* Dreſd. 1681. 8. GUNZ.

J. CONRAD AITINGER *vollſtändiges Jagd und Waldbüchlein* Caſſel 1681. 4. De canibus & avibus.

Der Stadt Eyſenach apotheker Taxbuch 1681. 4.

Neſcio quid ſignificet titulus MS. *præcipitation des oſtindiſchen Mercuri ſamt einer compoſition Saturni aus Oſtindien, in die Europäiſchen Länder mit Bewilligung Philandri Philothei durch* J. KAYSER v. BUDA *überſezt* 1681. 12. TR.

DCCCLXIII. DISPUTATIONES.

MOS. SEIBSTIUS *de arthritide* Leid. 1681. 4. *.

A. v. WAART *de ſpina ventoſa* ib. 1681. 4. *.

C. UDEMANS *de chloroſi* ib. 1681. 4. *.

EJ. *de motus impotentia & in ſpecie de paralyſi* ib. 1681.

CASPAR DRAPER *de pleuritide* ib. 1681. 4. *.

HENRIC. SAVAGE *de arthritide* ib. 1681. 4. *.

MARTIN MOEUCH *de peſte* Utrecht 1681. 4.

J. PANCOVIUS *de lochiorum ſuppreſſione* Utrecht 1681. 4. *.

HENR. STARKE *de fluxu hepatico* Regiomont 1681. 4. *.

MARTIN RUND *de lue jam temporis multas civitates atque regiones depopulante ſcil. peſte* Erf. 1681. 8.

CASP. CRAMER *de vertigine* ib. 1681. 4. PL.

JUST. HENRIC MANGOLD *de delirio* ib. 1681. 4. *.

EJ. *de cachexia* Rinteln. 1698. 4. HE. MENZ.

Ej. *de adfectus varioloſi natura & cura* Rinteln 1699. 4. He.

Ej. *theſes medico practicæ* ib. 1709. 4. Tr.

Ej. *de tincturis alcalicis* ib. 1710. 4. Tr.

Ej. *de variolis & morbillis* ib. 1717. 4. Tr.

Ej. *de peripneumonia* ib. 1724. 4. He.

Ej. *de vero naturæ & artis principio* ib. 1730. 4. He.

Ej. *obſervationes medico practicæ* 1721. 4. *.

Joach. Felleri *progr. ad exequias* Mich. Henrici Horn Lipſ. 4. B. Bun.

Wilhelm Zesch *de termino vitæ homini divinitus præfixo* Jen. 1681. 4. *.

J. Frischmuth *de anthrace, carbunculo & aithauna* ib. 1681. 4.

Joh. Cyprianus *de præſagiis mortis* Lipſ. 1781. 4.

Andr. Hochmuth *an fuga tempore peſtis ſit licita* Witteb. 1681. 4.

J. Thile *de ſale tartari volatili coagulato* Witteb. 1681. 4. Pl.

Ej. *acidularum artificialium materia minera martis ſolaris* ib. 1682. 4. Pl.

Ej. *de actu purgatorio* ib. 1683. 4. Riv.

Ej. *de tuſſi* ib. 1685. 4. He.

Ej. *de purpura epidemica ſcorbutica* ib. 1685. 4. *. hiſtoria morbi, & malorum ex uſu ſecalis corrupti natorum.

Ej. *theologia medica de uſu & abuſu potus calidi cum herba thea* ib. 1687. 4. He.

J. Georg Laub *de ægro phthiſico* Altdorf 1681. 4. ex piloſellæ folliculo, ejuſque ſucco rubro arcanum ad eum morbum medicamentum, adfine vermiculo kermes.

Petr. Neithard *de tributo lunari feminarum intercepto in certo quodam caſu* ib. 1681. 4. He.

Ambros. Heigel *de opio* ib. 1681. 4. *.

Progr. in funere H. Conringii Helmſtätt 1681. 4.

Joh. Fried. Ortlob *de fonticulis* Francf. Viadr. 1681. 4. *.

Ej. *de ſalivatione* Lipſ. 1681. præſide M. Fries.

Ej. *de rachitide* ib. 1687. 4.

Ej.

Ej *αντιπραξις partium œconomiæ animalibus legibus minus conformis* Lipſ. 1693. 4. He.

Ej. *de dentione puerorum difficili* ib. 1694. 4. He.

Ej. *de ictero* ib. 1695. 4. He.

Ej. *de hydræ in hypochondriis nidulante origine, indole, antidoto* 1696. 4. Pl.

Ej. *de pleuritide* ib. 1696. 4. Riv. Hæn.

Ej. *de rheumatiſmo* ib. 1696. 4. Pl.

Ej. *ſcrutinium recidivarum* ib. 1696. 4. Riv.

Ej. *de veſicatoriis* ib. 1696. 4. He.

In hiſtoria partium & œconomiæ hominis ib. 1697. 4. *. aliqua paſſim pathologica intercedunt.

Ej. *de pleuritide & peripneumonia* ib. 1699. 4. Pl.

Ej. *de tono & atonia* ib. 1700. 4. Vat.

Programma Cypriani in ejus funere Lipſ. 1700. fol. B. Bur.

Dominici Beddevole *de epilepſia* Baſel 1681. 4. Pl.

Andr. Darneddeni *de ileo* Baſel 1681. 4. Pl.

J. Rud. Salmon *de claudendis ædibus peſte infectorum* Argent. 1681. 4. *.

J. David Rein *περι της γυναικεγονιας* ib. 1681. 4. Menz. ſi huc facit.

J. Braun *de gutta roſacea* ib. 1681. 4. *.

J. Balth. Feyerabend *de affectione cœliaca* ib. 1681. 4. *.

J. Casp. Eisenschmid *περι χοιραδων de ſcrofulis* ib. 1681. 4. *.

J. Gummert *de peſte* ib. 1681. 4. Pl.

Philip. Tourbier & J. *du* Mesnil *E. ſanguineis ſenſus acutiores* Pariſ. 1681.

Ægidii *le* Bel & Guy. Emmerez *E. ab animi pathematis ſanitas deterior* ib. 1681.

Car. Marteau & Mich. *de* Hodenq *Non E. carnoſi minus ingenioſi* ib. 1681.

Ant. Morand & J. Boudin *Non E. qui humidioribus veſcuntur diutius vivunt* ib. 1681.

Alb. Mich. Denyau & Mich. *de* Hodencq *Non E. ſana nutrix menſtruis obnoxia* ib. 1681.

CL. *de* FRADES & PONT. MAURIN *E. mulieri gravidæ conducit ambulatio* Pariſ. 1681.

J. CL. *de* LARBRE & GUY. ER. EMMEREZ *E. diuretica hydropis præcipua remedia* ib. 1681.

PETR. LEGIER & J. *du* MESNIL *E. hypochondriaci mollius purgandi* ib. 1681.

FRANC. SORAND & J. POISSON *E. calculus a caſeo* ib. 1681.

NIC. RAINSSANT & ROD. OREN *E. ſterilitati aquæ nitroferratæ potus?* ib. 1681.

§. DCCCLXIV. DIARIA.

In *Journal des Savans* 1681. aliqua de re medicamentoria indigenarum Virginiæ relata a JOHANNE LADERER, qui de cennio in ea regione vixerat.

Traité hiſtorique & medico phyſique touchant les enfants nouveaux nés. De alimento tenellorum. Lex a parlamento ſancita. Non videri aqua frumenti poſſe eos infantes ali, lacte vaccino utique mammæ ope artificialis hic depictæ. Redit in *Zod. med Gall.* 1681.

Duo canes nati corde extra pectus pendulo, ſterno fiſſo.

In *Zod. med. Gall.* ann. 1681. ANONYMUS de ſale ſulfuris adverſus morbos pulmonum comendatio.

ANONYMUS in puelli ſexenis poſt graves anxietates & leipothymias demum exſtincti cadavere, lien & hepar marcida atque exſiccata; pulmones partim abſcedentes partim lapideæ duritiei; in cordis baſi abſceſſus.

GAUTIER Medicus Niortenſis *Num ab animi pathematis immineat probæ valetudini detrimentum.*

CRETER Medicus Gratianopolitanus calculus totam veſicam felleam occupans poſt diarrhœam quatuordecim annorum.

CLERICUS Medicus Compendienſis puella per quinque tamen dies vitalis abſque cerebro inventa.

FERRANT medicus Lovanienſis de ſuppreſſione urinæ abſque cathetere ſublevanda, cathetere in veſica relicto.

Medicamenta aliqua.

PICHART de mola veſiculari.

ROBERDEAU de ſurditate curata oleo lini in aures infuſo.

D. DEPASSIS diabetes cum febre & ſiti intenſa, non lethalis.

EJ. morbus niger periodicus demum funeſtus.

EJ. Phthiſis uſu lactis muliebris curata.

CARRON chirurgus. Hydrops uterinus enormis, qui fluori albo ſucceſſerat, & una natæ in utero pilæ.

ID a. 1682. Femina melancholica quadraginta dierum jejunium molita periit. Pulmo purulentus; veſicula fellea ampliſſima, ventriculi nulla mentio.

§. DCCCLXV.

§. DCCCLXV. F. Slare.

Fridericus Slare.

Chemicus, vir inſignis, & propriis nixus inventis.

De calculis egit in Birchii diario a. 1681. & in omni calculo docuit alcalinam naturam eſſe.

Ej. *experiments and obſervations upon oriental and other ſtones, which prove them to be of no uſe in phyſik.* Gasgoigni *powder examined, cenſured and found imperfect. A vindication of ſugars againſt the cenſure of Willis and common prejudices* Lond. 1715. 8. *. Egregius liber. Inutilitatem lapidis Bezoar detexit qui in capræ ventriculo generatur. Experimentis factis minimum quid dare acidi liquoris & florum ſiccorum. Non fervere neque ſolvi ab acore; a ſpiritu nitri ſolo ſolvi, ſapore deſtitui, nullum habere elementum activum. Ægris exhibitum nihil in morbo mutaſſe, etiam ad viginti grana ſumtum. Æque inutiles uniones eſſe & corallia, paulo plus in lapidibus cancrorum virium eſſe. Pulverem, qui a *Gaſcoigne* nomen habet, imbellem eſſe. Porro lapidem porcinum amarum quidem eſſe, minus tamen gratum eſſe amarorem, quam abſinthii: pilis fieri abſque fibris, ut ex ventriculo potius ſecerni videatur, qui & alias pilos contineat. Ægagropilam perinde fieri pilis conglobatis; pilos vero cum periculo deglutiri.

Inde *Sacharum* non acidum eſſe neque a calce noxii quid recipere. Negat etiam aſperum eſſe, aut cauſtici quid habere. Dulcia in univerſum ſalubria eſſe; gingivas putrefactas eadem ſanare. Dentibus non nocere; fructuum horæorum maturitatem accelerare. Igne ſubjectum dare liquorem grate acidum, quem abſque noxa in ore contineas; nullum in capite mortuo ſalem eſſe. Fermentatum fundere grate dulcem ſpiritum, fere qualem panis dat. Externo uſu, ut plumbum, utile eſſe. Melli merito præferri. Exempla hominum, qui magna pondera ſacchari devoraverunt & ad longævitatem pervenerunt.

In *Phil. Tranſ.* n. 157. ſpecimen dat ſui de calculo humano operis, quod nunquam perfecit. Neque a calore calculum cogi, neque ex muco conſiſtere, qui plurimus ſit in hominum urina in quibus nunquam ullum ſymptoma calculi apparuit. Sed neque ad modum offæ Helmontianæ cogi, cum animalia, quæ a vino conſtanter abſtinent, a calculo non immunia ſint (murium exemplo). Calculos humanos leves eſſe, non multo aqua ponderoſiores, & ſolo nitri ſpiritu ſolvi. Ex fluida parte corporis & ſeri adfini conſiſtere, quæ heterogeneis particulis feta ſit. Igne ſubjectos alcalinos volatiles liquores edere. Calculi exemplum qui de deſtructo rene ſuperſit ejuſque fere figuram retineat. Calculus ramoſus enormis magnitudinis.

N. 182. Experimenta facta calculis Laverianis Bernæ accerſitis. Ab omni

acore

acore ſolvebantur, contra quam calculus veſicæ. Igne ſubjecto parciſſimum dabant alcali volatile. Nullum ferri ſignum.

N. 193. de viro ruminante quindecim minutis poſtquam cibum deglutierat, potum etiam citius in os revocabat, grato cum ſapore, cætera ſanus.

N. 229. Faſti emortuales anni 1695.

N. 351. experimenta de aquis pyrmontanis; etiam germanice recuſa 1718. 8. alias dicenda.

§. DCCCLXVI. Joh. Maria Lancisius.

Archiater pontificius, qui plurimum apud Clementem XI. gratia valuerit, vir eruditus & philanthropus, adjuvare merentes, lites componere amans. In aula, & alia inter negotia non potuit utique opera ſua perficere, & in hypotheſes, ſales & fervores Sylvianos paulo pronior fuit.

Ej. ſunt *lucubrationes de virgine quadam Callienſi, mirabili vexata ſymptomate* Rom. 1682.

Ej. *de ratione philoſophandi in arte medica in Galer. di Minerva* T. IV. & Venez. 1700.

Ej. *de mortibus ſubitaneis* L. II. Rom. 1707. 4. *. 1708. 4. quæ tertia eſt editio Livorno 1707. 4. Venet 1708. 4. Cum nuperrimis annis apoplexia plures ſubito mortales Romæ abriperet, in cauſam hujus mortalitatis inquiſivit. Reperit in victus mala ratione, intemperantia, tum in cordis & magnorum & curvorum vaſorum vitiis, ut per exempla oſtendit, ex percuſſione ad ſternum; ex ſanguine circa cerebrum effuſo; ex corticis cerebri abſceſſu polypi adfini; ex hydatide cerebri; ex vaſis cerebri ſanguine farctis; ex ſeri effuſi ubertate. Porro apoplexiæ fiunt ex adfectibus cordis; ex interno aneuryſmate. Exempla cordis mole aucti. Inde cadaverum inciſiones. Sarcomata in arteriarum magnarum valvulis, cum quibus perſiſtentem pulſus conſtantiam admireris. Cor & potiſſimum vena cava & auricula mole auctæ. Cor itidem mole auctum ſed ſiniſtra potiſſimum cavea & aorta; cor ipſum de ſede ſua delapſum. Aortæ arteriæ aneuryſma, & vena cava intra pericardium rupta. Hiſtoriæ morborum felicius cedentium. Remotiorem cauſam neque infrequentem hujus infortunii in intemperantia quærit. Præſagia futuri morbi. Neminem ſubito interire, quin prius cauſarius fuerit. Modi quibus imminens periculum avertatur, potiſſimum etiam venæ ſectione. Ingens undecim librarum de naribus hæmorrhagia impendentem apoplexiam avertit. Signa mortis perfectæ. Vox emiſſo ſanguine ſubito reddita.

Ej. *de nativis & adventitiis aeris Romani qualitatibus* Rom. 1711. 4. *. Aerem romanum ſibi relictum ſalubrem eſſe, neque inconſtantia ſua nocere, vitiari vero a paludibus pomptinis, de quibus prætervectus auſter noxios vapores in urbem ad-

advehat. Ea occaſione fuſe diſputat de ſylva urbi & his ipſis paludibus interjecta, quam domini concidere volebant. Noſter obtinuit, ut Pontifex maximus juberet conſervari.

Aquæ Romanæ potabiles & medicatæ. Experimento facto noſter pauxillum ſalis continere reperit, ſubamari, ſublixivii. Romanorum bonum eſſe habitum & vividum ingenium, & frequentem longævitatem. Morbos eſſe vel a paluſtribus effluviis vel a frigore aeris ſubito & vehementi. Timorem ſomni in aere Romano capiendi partim prudentem partim anilem eſſe, & victum intemperantem plus nocere. Tiberis inundationes malignæ. Epidemia rheumatica 1709. cum acutis febribus conjuncta poſt rigidam hyemem: medicorum hic conſilia. Morbus malignitatem contraxit, ut venæ ſectio funeſta fieret. Edicta pontificia ad repurgandam urbem, & aquas ſtagnantes removendas. Hujus epidemiæ deſcriptio ſeorſim Genuæ 1713. 12. excuſa eſt.

Ej. *raggionamento intorno all' epidemia de cavalli* Napoli 1712. recuſa cum l. *de lue bovilla* Rom. 1715. 4. *. Hæc epidemia bubulæ ſucceſſit. Duo erant morbi; alter febris acuta cum torminibus & viſceris alicujus inflammatione, valde exitialis, alter morbus frequentior ſed minus pernicioſus, anginæ de genere eſt, cum tumore gutturis. Conſilia ad utrumque morbum. In poſteriori, ut ego intelligo morbo meſocolon inflammatum; ſic lingua, & fauces, & aſpera arteria inflammata. In alio equo, ad morbum ut puto priorem, ileon & ventriculus cum meſocolo inflammatus, in aſpera arteria nihil mali.

Ej. *diſſ. hiſtorica de bovilla peſte ex Campaniæ finibus* a. 1713. *Latio importata deque præſidiis ad avertendam aeris labem & annonæ caritatem a Pontifice maximo adhibitis* Rom. 1715. 4. *. Morbus idem, quem Dalmaticus bos in Italiam attulit. Cautiones. Suadebat noſter boves ſuſpectos continuo occidere; quod utinam conſilium prævaluiſſet. Immenſæ jacturæ per tot annos in Europa factum eſſet compendium. Verum mitiora conſilia prævaluerunt, & intercluſa tantum commercia; carnibus interdictum; cadavera ſepulta. Interierunt ex genere bubulo in ſtatu eccleſiaſtico 26252. In P. III. demum de ipſo malo. Veterum monumenta. *Malis* erat veteribus. Morbi ſymptomata. Duriuſcula maſſa pabuli in omaſo. Sphacelus pulmonum, inteſtinorum; quibus noſter ſignis non multum tribuebat. Malum non eſſe a bupreſte, ſed neque a vermibus ſinuum mucoſorum. A ſolo contagio morbus naſcebatur, aque particulis ſubtilibus ad fermenti modum in ſuam naturam humores animalis convertentibus.

Ej. epiſtola al P. ANTON. BORROMEO *intorno all' epidemia de buoi* Napoli 1712. 8. Inde latina verſio hic recuſa. Linguam ulceroſam fuiſſe, acceſſiſſe anorexiam, mæſtitiam, inertiam, febrem cum calore & frigore, tremores, anhelitum difficilem, tubercula de cute efflorefcentia; pulmonem in pleriſque hydatides, aut vomicas occupaſſe. Abſtinendum a venæ ſectione, purgantibus. Specificum remedium non dari. Ad oris ulcera acida & aromatica abſque noxa adhibita fuiſſe

& decocta cum alumine & aceto. Satis autem adparet, a nullo horum remediorum ipſum LANCISIUM multum ſperaſſe.

EJ. *diſſ. de recta ſtudiorum medicorum ratione inſtituenda* Rom. 1715. 4.*. Aven. 1716. 8. quæ editio altera dicitur. Studia medico opportuna & neceſſaria: nempe fere quidquid ſciri poteſt. Matheſeos abuſus & alchemiæ. Veteres diverſos morbos eodem nomine tradidiſſe. Eximios fuiſſe medicos, qui in chirurgicis excelluerint.

EJ. *de noxiis paludum effluviis eorumque remediis* Rom. L. II. 1716. 4. 2 vol. 1717. De melioris notæ operibus. Paludum noxæ. Siccatis paludibus agro Piſana ſalubritas reddita. Et tamen Romæ & Bononiæ vicinias a febre epidemico immunes fuiſſe (ob acorem, quo utuntur, plurimum). Inſectorum in corrumpenda paludum aqua poteſtas. Lini macerationem peſtilentem eſſe. Effluvia inorganica & organica alia atque animalcula. Effluvia paludum ab auſtro & a nebulis deteriora reddi. Inſecta de paludibus adſcendentia cum cibis & cum aere reſpirato in corpus humanum recipi & nocere. Juxta paludes dormientes magis quam vigilantes lædi. GUILIELMUM RIVAM interiiſſe ex febre peſtilenti a. 1676. cum ſub arbore in agro romano ſomniculoſus conſediſſet. Febres paludoſas certe a principio de tertianarum eſſe tribu. Remedia. Siccare paludes; id ut fiat, LANCISIUS obtinuit, ut fovea inſectis plena & ſtagnante aqua intra ipſam urbem ſita terra adgeſta repleretur. Siccandæ paludis ratio: aquarum averſio. Ignis in aere corrigendo poteſtas, Sylvarum utilitas, quæ peſtilenti Auſtro opponuntur. Diſſertatio de Sylva *ciſternæ* & *ſerminetæ*, quam dominus exſcindere volebat. Noſter ſe oppoſuit, ne liberior auſtris a paludibus pomptinis ad urbem aditus aperiretur. Moderationem certe & aliquas cautelas, obtinuit. PROSPERI LAMBERTINI, qui poſtea BENEDICTUS fuit XIV. de eadem quæſtione conſilium: Interlucationem admittit. Pontifex fere in ſententiam LANCISII edixit.

Quinque epidemiæ pernicioſarum & caſtrenſium febrium, quæ diverſas pontificiæ ditionis urbes pene vaſtaverunt, una excuſæ ſunt. I. Epidemica febris *Romana* in nonnullis urbis regionibus a. 1695. ex cœnoſis foſſarum & cloacarum aquis orta. Ex fætore ſepulchrorum veſpillonum morbus. LANCISII conſilium: immiſſa aqua pura putris illa diluenda; accenſis ignibus effluvia diſſipanda. Neutrum factum. Morbus malignus venæ ſectionem non tolerabat: tertianæ erant in continuas degeneres cum vomitu etiam vermium, ſudore effuſo, mentis inde commotione, pulſu parvo, inæquali, toto malignitatis ſatellitio. In demortuis vermes, gangrænoſæ maculæ, abdominis viſcera corrupta; quando vero malum in continuitatem tranſierat, cerebrum adfectum & ſanguineum ſerum in ſulcos effuſum. Saluti fuerunt veſicatoria, cortex peruvianus, in febre non continua, & eadem præſidia, & in principio tamarindi & ſcarifatæ cucurbitulæ, & adverſus vermes non quidem mercurius dulcis funeſtas facturus dyſenterias, ſed anthelmintica. Parotides ſæpe funeſtæ, etiam per ſuppurationem pauciſſimi evadebant. Dyſenteria nonnunquam ſalutaris.

Secunda epidemia: febris caſtrenſis per aliquot annos in urbe veteri graſſans. Stagna ad cannabis macerationem effoſſa aerem corruperant, ciſternæque neglectæ. Regnarunt febres partim intermittentes, partim continuæ, peſtilentiales, alterne recru-

crudeſcentes, in ſoporoſos adfectus abeuntes. Vomitus utilis erat & acidi nitroſique ſales; diaphoretica nocebant.

Tertia Balneoregii graſſata eſt a. 1707. Cauſa ad lacunas ſtagnantium aquarum refertur. Febres erant verminoſæ non facile cuiquam in domo parcituræ, in quam irrepſerant. Maligni generis erant poſt ſeptanam erumpentibus maculis accedente dolore capitis etiam comate, nono, undecimo aut decimo quarto die plerumque funeſtæ. Levabantur pauci papulis uberioribus, ſudoribus, larga narium hæmorrhagia. LANCISIUS valetudinarium inſtrui curavit, vomitum, veſicatoria, corticem peruvianum ſuaſit. De eo morbo JOS. MARIÆ FLASCI relatio. In cerebro ſanguis congeſtus viſus. In cerebro macula glanduloſa viſa. Demum obtinuit noſter, ut hyeme lacunæ exhaurirentur, & futuræ civium ſaluti proſpiceretur.

Quarta Piſaurenſis a. 1708. epidemia a fluvii adluvionibus & immunditie publica atque ſtagnantibus aquis. Olim parum ſanum aerem duces Urbinenſes correxerant. De morbo ad LANCISIUM retulit HORATIUS BARTHOLOMÆUS TRAVERSARIUS. Intermittebant aliquæ, remittebant aliæ febres, aliæ erant continuæ, omnibus anxietas, vomitus fellei, pulſus humilis, lipothymia, pene aphonia; in progreſſu mali convulſiones, petechiæ lividæ, parotides. Non tamen valde ferales fuerunt; inferior pars urbis ſola morbum ſenſit. LANCISIUS, ſi ſopor adeſſet, venam jugularem ſuadebat incidere. Parotides & diarrhœæ periculo plenæ erant, tum ſudores colliquativi. Aqua in canalem reſtituta epidemia deferbuit, cortex peruvianus ſaluti fuit.

Quinta epidemia Ferentini & in vicinia graſſata eſt a. 1709. Lacunæ pernicioſæ erant in vicinia, & ſordes lini maceratio augebat. Fontes ſulfurei in lacunam confluentes paſſim aquæ ſtagnationem efficiebant. De hac febre ANTONIUS COCCHI Romam ad LANCISIUM retulit. Malignæ erant, periodice recuredeſcebant, tertianæ typum imitabantur. Facies icterica. Vomitus verminoſus, cardialgia, ſyncope, lingua nigra, arida, vigiliæ, ſopor, parotides in gangrænam degeneres, ſæpiſſime lethales. LANCISIUS corticem chinæ chinæ commendavit oleo MATHIOLI irroratum, enemata acida, cardiaca, veſicantia. Mercurialia noxia. Pluviæ morbum fugaverunt, deinde cloacæ purgatæ, ſordes in fluvium evacuatæ; lini & cannabis maceratio proſcripta.

In Epiſtola *de Plinianæ villæ ruderibus* Rom. 1714. f.*. de cauſis agit, ob quas Tiberis iter impeditum fuerit.

Collectionem operum LANCISII eo ſuperſtite Romæ prodiiſſe legi, annum non reſcivi. Succeſſit editio *operum, quæ hactenus prodierunt omnium*, quæ collegit PETRUS ASSALTUS Genev. 1718. 4.*. Continentur præter priora hoc volumine octo diſſertationes aliæ, quorum quinta, practici argumenti eſt *de triplici inteſtinorum polypo* quæ a. 1710. prodierat cum opere VALISNERI *de vermium generatione in corpore humano.* Feminam tuſculanam ejecto verme lato febre fuiſſe levatam. Noſter non vermem fuiſſe opinatur, cum nihil haberet organici, ſed ſuccum omnino concretum.

Multo plura opera præterea poſt mortem ſecuta ſunt. Primum *de motu*

cordis & aneuryſmatibus Rom. 1728. fol. *. ſplendide ſed multo auctius Rom. 1745. 4. *. excuſum etiam eſt Leid. 1743. 4. Neapoli 1738. 4. In priori editione de aneuryſmatibus brevius agebatur, plenius in altera. Neque facile plenius de morbo parum perſpecto opus exſtabit. Primum veri aneuryſmatis diſcrimen & ſpurii, quod eſt ecchymoſis ex vulnerata vel rupta arteria. Inde de aneuryſmate vero, ut ex contuſione oriatur. Hujus mali exempla. Ab ictu in dorſum accepto aneuryſma, quod pro apoſtemate habitum inciſum continuo ægrum exſtinxit. Aliud ab ictu lapidis, Aorta dilatata & ab ea dirupta mors. Iterum aliud exemplum aneuryſmatis in ſede dextra arcus aortæ foramine pertuſi. Aneuryſma hereditarium. Aliud poſt levem contuſionem in aorta thoracica natum rupto folliculo funeſtum. Ab humorum vitio deducit aneuryſma carotidis. Aliud in aorta a ſuppreſſa ſcabie coſtis exeſis cœptum, & ſubito ut ſolent, funeſtum. Aliud in aorta abdominali in homine venereis malis obnoxio, iterum ruptum. In ſimili ægro aneuryſma renalis arteriæ. Item ſubclaviæ in alio pene ſimili homine aneuryſma. Argenti vivi uſum poſſe ad aneuryſmata producenda conferre. Nunc aneuryſma ſpurium, quo quidem priorum pleraque referri potuerunt. In cœliaca arteria hypochondrium frequenter aneuryſmata alere. Ut a compreſſione diuturna arteriæ polypoſa natura ſubnaſcatur; ut aneuryſma ſpurium a vi cunei ſimili impacti ſanguinis, ut a convulſione, ut putat, arteriæ. Exempla ejuſmodi ſpurii aneuryſmatis ſanati in arteria cœliaca inque aorta inferiori. De cauſa dilatati cordis & exempla ſuper diaphragma prolapſi; totum in hydropem degenerans. Iterum eo mole aucto gangræna a pedibus adſlumbos adſcendens. Aliud exemplum cordis mole aucti in hypochondriaco. Cordis dilatatio ab impulſu ſanguinis, ab animi affectibus, a violento motu, a ſanguine acri. Iterum alia cum coſtis eroſis & parte aortæ in oſſeam duritiem verſa. Ab aortæ magna dilatatione hydrops. Cum cordis aneuryſmate arterias fere anguſtiores conjungi. Cur polypoſus ſanguis dilatatas arterias replevit.

Ej. *epiſtola de mola in ovario reperta & mola veſiculari apud* VALISNERIUM oper. Vol. II.

Metallothecam MERCATI edidit idem 1718. fol.

Obſ. 136. cum gonorrhœa nodi oſſium numeroſi ſanati mercurio, therebinthina, lignorum decocto.

Obſ. 137. vomitus ab ingurgitatis myrtillis ſuppreſſus funeſto eventu.

Obſ. 138. fomentatio facta decocto hyoſciami, inde epilepſia tamen ſanata.

Obſ. 139. mors ex cucurbita comeſta cum cita putredine.

Obſ. 140. ſub muſculis abdominis copioſi pili abraſi cum calce ſubacti cranium cum dentibus pro veneficio.

Gregorius Hilling.

Obſ. 160. unguis monſtroſæ molis.

Obſ. 161. calculi ex puero cum lotio excreti.

J. Cor-

J. Cornelius Hoenn.

Obſ. 176. a ſomno ſub dio capto acerbiſſimi dolores ſub diaphragmate funeſti. Corpus continuo computruit & intumuit, ut paſſim cutis creparet.

Variorum ad adnotationes hujus diarii adnotationes & ſimiles caſus.

In *appendice* privilegia academiæ naturæ curioſorum impertita; variaque ſcripta ad hiſtoriam academiæ & protectoris munus a Raymundo de Montecuculi ſuſceptum.

Jacobi Weiz archiatri Gothani de peſte & maligna febre meditationes. Laudat lixivia, ſulfur cum bezoardicis pulveribus fuſum aut cum lixiviis miſtum, tincturam tartari antimoniatam alia alcalina medicamenta.

§. DCCCLXXVII. Fridericus Hofmann Friderici fil.

Clauſtaliæ Hercyniæ natus, vir chemiæ pharmaceuticæ ſtudioſus, gratorum medicamentorum auctor, quæ ipſi & gloriæ fuerunt & emolumento, paulatim in praxi medica inclaruit, idem Stahlii æmulus & collega, aliquamdiu archiater, Halæ conſenuit, ubi ultima ejus tempora adtigi, ejus favore & familiaritate gaviſus. Mechanicæ ſe ſectæ addixit, cum in primis ſuis operibus cum Stahlio ſenſiſſet (*) & mathematico etiam habitu ſua edidit, tamen ut a rigore Euclideæ methodi longe abeſſet. In medicando mollem fuiſſe ei objectum eſt (**); in commoda etiam ſua propria arcana medicamenta frequentiſſime præſcripſit. Plurima ſcripſit aut ipſe, aut ejus ſub nomine vir olim doctus J. Henr. Schulze.

Diſputavit Jenæ a. 1656. 4. *. *de morbo convulſivo* cujus & hiſtoriam adjecit.

Ej. *exercitatio medico chymica de cinnabari antimonii* Jen. 1681. 4. Leid. 1685. 8. Hall. 1746. 4.

Hic libellus inſigniter ab aliis Hofmanni operibus differt & totus eſt chemicus, pæne alchemiſtæ, qui cum Valentino regulum antimonii ajat eſſe indolis ſaturninæ, qui ex omnibus metallis hydrargyrum educat. Deinde non laudes nimia cinnabaris præconia, quam ſuo ævo pauciora præſtare cum fateatur, tamen mira præſtare confirmat: opium optime corrigere. Omnes morbos curare & panaceam eſſe: viam ſibi tum apertam videri ad parandam ex mercurio univerſalem medicinam. In febribus malignis ſalivam cinnabari moveri, ſed eam ſalivam a Cramero iis in malis cieri. Valere in

(*) In fundamentis.
(**) Schuster comment. p. 107. &c.

in variolis, morbillis; ſpecificum eſſe pleuritidis remedium, partum expedire, cancro mederi. Aliqua magis ſunt chimica. Cinnabarim antimonii arſenico adulterari, ſic mercurium ſublimatum. Cinnabarim antimonii eſſe mercurium larvatum. Igne aperto optime deſtillandi encheireſis. In cinnabaris deſtillatione pondus hydrargyri augeri. Mercurium cinnabaris vulgari præſtare. In butyro antimonii ſalis non vitrioli acorem contineri. Non debere cinnabarim per corroſiva diſſolvi. Opium ſuum laudat, quod fermentatione cum ſucco pomorum correxerit, æquam portionem cinnabaris antimonii addiderit.

Ej. *exercitatio acroamatica de acidi & viſcidi inſufficientia pro ſtabiliendis omnium morborum cauſis & alcali fluidi pro iiſdem debellandis inſufficientia* Franćf. 1689. 8. *. Ex melioribus Cl. viri operibus, regnanti eo ævo TACHENII ſyſtemate in Belgio potiſſimum oppoſitum.

Titulus pleraque dicit, theæ præterea nimiæ laudes hic perſtringuntur & diluentium. Contra noſter oſtendit, non in fluiditate ſanguinis eſſe perfectionem, poſſe eam nocere, ſed neque alcalia certas eſſe morborum antidotos, in venas injecta eadem occidere, etiam magis alcalia volatilia nocere, theæque nimis copioſum potum. Multos morbos omnino ab alcali volatili oriri, ſcabiem, variolas, ſcorbutum, arthritidem vagam, diarrhœam, dyſenteriam, morbum hungaricum, peſtem, febres malignas, ictus animalium venenatorum, vermes, hydropem per alcalinas particulas nocere. Febres non eſſe ab acido. Acida ita non nocere, ut in abundantia ſalino ſulfurearum particularum uſui ſint. Nitri laudes. Sic in variis morbis nitrum prodeſſe & vinum, etiam uberius. Neque alcalina vi neque acida opium operari. Opium in ſpiritus efficaciam ſuam exſerere; eorum motum, & excretiones & circuitum ſanguinis reddere lentiores. Alias eſſe efficaciæ particularum medicatricum cauſas. Venæſectionem utique ſuis in morbis neceſſario requiri, ut in plethora, quam dari oſtendit. Purgantia calidiora nocere. Germanice verſ. prodiit Hall. 1696. 8.

Ej. diſſ. *de affectu cataleptico rariſſimo* Francfurt 1692. 4. puto connecti cum

Ej. *teutſches Judicium von der Quedlingburgiſchen Magd* 1692. 4.

Ej. *fundamenta medicinæ* Hall. 1695. 8. 1703. 8. Non coram eſt. Hic STAHLIUM eſſe ſecutum objiciunt.

Ej. *de ſtudiis facilitandis per regulas diæteticas & prolonganda litteratorum vita* ib. 1695. 8.

PETRI POTERII *opera omnia* cum *additamentis* edidit Francf. 1698. 4. *. Numeroſas adnotationes noſter adjecit eaſque paſſim utiles. A draſticis medicamentis flatulentia, hydrops. Abuſu corticis peruviani febres diuturnas reddi.

Hydrargyrum cum ſtanno conjunctum ſe vidiſſe præſtantiſſimum ſudorificum & reſolvens medicamentum præſtitiſſe. Materiem perlatam tamen aliquanto plus præſtare quam ceruſſam antimonii. Sacharo roſato & herbarum decoctis tabidos per plures annos ſuſtentatos fuiſſe. Sal prunellæ ab HIPPOCRATE in febrium æſtu temperando. Ex auro cum mercurio conjuncto factum eſſe medicamentum ad podagram efficax. Steatoma ſeſqui librale de fronte feliciſſime reſectum. Olea ætherea magis calefacere quam ſales volatiles, & in morbis acutis debere vitari. Ex tumore duro circa anum, qui in abſceſſum abierat, vermes, eo tumore aperto exhauſti, ut æger commode haberet, tamen ut ulcus non clauderet. Vermes ex ulceribus tibiæ cum euphoria extracti. Menſes, vena in manu inciſa extemplo ſupprimi. In principio febrium malignarum utiliter dari ſulfur antimonii mitigatum glauberi, quod ſalivam cieat. Ex prævio terrore paralyſis artuum inferiorum cum inſenſibilitate perfecta poſt ſex menſes funeſta. Caſeoſam materiam inde gypſi ſimilem, demum lapideam in pulmone vidit. Epilepticum ex nimia venere ut ſanaverit, cui cinnabarina nocebant. A reſina jalappæ paralyſis alterius lateris & aphonia. Se gravidam feminam ſuo mercurio ſalvo fetu lue venerea liberaſſe. Hæc ex centuria prima, neque licet plura addere. Ad pharmacopœam ſpagyricam pariter adnotationes addit, pharmaceuticas & chemicas, ut erat in medicamentis exercitatus. Ad l. de febribus loco adnotationum ſuum adjecit libellum. Febres ſæpe ſpontanea aliqua evacuatione ſolvi. Non ponere intemperiem aliquam ſanguinis, & accedere cum optima temperie. Non eſſe fermentationem ſanguinis, ſed inæqualem utique motum progreſſivum. Nocere acida. Febres ſingulatim. Refrigerantibus ſynochum in febrem lentam perduci. Cauſum eſſe tertianam continuam. Venæſectionem convenire, & medicamenta mitia. Malignæ petechiales continuo curandæ ſed leniſſimis, & obſervandi dies critici. Symptomata non curat. Dat blanda acida cum eſſentia ſcordii. Febres intermittentes. Hic primum virium habenda ratio; uno cum emetico vel purgante ſæpe ex pugnantur. Nullas dari quotidianas. Cortex peruvianus quidem ſummum eſt remedium, non tamen dandus plethoricis aut ubi alvus adſtricta & aliqua adeſt obſtructio. In quartanis raro convenire emeticum.

EJ. *demonſtrationes phyſicæ curioſæ experimentis & obſervationibus curioſis mechanicis ac chymicis illuſtratæ* Hall. 1700. 4. ſi omnino ad praxin quidquam facit. In *Coll.* Ulm. 1725. 8. *. Ad particulas varias aeri admiſtas.

EJ. *obſervationes barometrico meteorologicæ & epidemicæ Halenſes anni* 1700. Præmiſſæ ſunt curioſæ phyſicæ meditationes circa ventorum cauſas vires & operationes in corpora humana & barometrum Hall. 1700. 4.

EJ. *de officio boni theologi ex idea boni medici* ib. 1702. 4. Ulm 1725. 8. ad prudentiam medicalem.

EJ. *idea fundamentalis medicinæ univerſæ* Hall. 1707. 4.

EJ.

Ej. *Beſchreibung der Salzwerken zu Halle* Hall. ib. 1708. 4. cum viribus ſalis univerſ. Latine in Coll. Ulmenſi 1725. 8. Salinarum halenſium contenta; artificia quibus ſal excoquitur. Compendium ligni, ut in cortina ſuperiori aqua tantum caleſcat, in interiori vero coquatur. Sal anglicus ut obtineatur. Præſtantia ſalis halenſis.

Ej. *Unterricht wie bey den jetz graſſirenden gefährlichen Seuchen ein jeglicher ſein eigner Medicus ſeyn und vor denſelben ſich verwahren könne* Erlang. 1708. Tr.

*Ej. *Unterricht von dem balſamo liquido und liquore anodyno minerali* Hall. 1712. Hæn.

Ej. *Bedenken von dem tödlichen Dampfe der Holzkohlen* ib. 1716. 8. Contra eum ſcripſit F. Andreæ defendit Hofmannum Schulzius *in Anmerkungen über* C. F. Andreæ *Gegenſatz auf das halliſche Bedenken &c.* ib. 1716. 8. De ſtudioſis agitur ob conjurationem dæmonum in ſolitaria domo cum prunis candentibus incluſis, qui ſuffocati perierunt, & noſter certo oſtendit, a carbonum fumo ſuffocatos fuiſſe.

Ej. *medicinæ rationalis ſyſtematicæ Tomus prior, quo philoſophia corporis ſani pathologiæ & praxi medicæ ceu verum fundamentum præmittitur* Tom I. ib. 1718. 4. *. Huc pertinet Sectio II. de vita & ſanitate per ſalubrem diætam conſervanda & præmatura morte morbiſque avertendis. Res non naturales & morborum cauſæ. Aer & venti annique tempeſtates. Cibi ſalubres & inſalubres. A lacte Helvetiorum eſſe proceritatem, quos putat imprimis lacte ali: id autem de alpicolis minus proceris ſolis verum eſt. Piſces (minores & fluviatiles) minus in putredinem inclinare; hinc minus inſalubres eſſe. Acida non probat, & acidum hoſtile vocat, etſi non ignorabat humores noſtros in putredinem ſponte ſua ruere. Vegetabilem cibum fere flatulentum eſſe. Condimenta. Potus. Aquæ potores rectius valere, melius appetere, dentes habere firmiores. Aquam ex nive natam eſſe inſalubrem (quæ omnium ſit puriſſima & gratiſſima). Vinum. In cibi copia aliiſque conditionibus moderatio. Excretiones. Tranſpirationem retentam putat putridos morbos facere. Plethora. Motus, cui plurimum tribuit. Somnus. Varia victus ratio pro varietate temperamentorum ſexus &c.

Ej. *medicinæ ſyſtematicæ T. II. quo philoſophia corporis humani morboſi & vera pathologiæ fundamenta & præſervatio a morbis exponuntur* Hall. 1720. 4. *. P. I. fontes pathologiæ, etiam cadaverum inciſiones. Contra animam cauſam motricem motuum, quos morbis opponit, & defenſio medicamentorum ſedantium. Mortis natura non eſt in putredine, quæ mortis effectus ſit. Morborum ſummæ claſſes. Spaſmi, morbique in motu. Stagnatio humorum, obſtructio, inflammatio. Morbi ſolidorum, fluidorum. Morbus convulſivus a ſecali corniculato profectus.

profectus. Morbi compoſiti, ut variolæ cum morbis jam in corpore hærentibus: graviores fieri. Mali effectus hæmorrhagiarum emanantium ſubpreſſarum. Abortus tertii menſis, vomitus bilioſus, icterus, tuſſes periodice recurrentes. P. II. cauſæ morborum: res nocivæ; uberius adfectus nocere. Venena. Qui a lupo rabiente demorſus, hactenus ſanus uxorem eamdem rabiem induit; qui per intervalla maniacus pariter maniacos pueros genuit. Venena ſingulatim; auripigmentum male pro veneno haberi. Venenata vis vegetabilium; longa coctione diſſipatur. Venena per nervos nocere, mineralia ſphacelo. Miaſmata morboſa. Miſturæ ſimplicis in malignis malis ſummam eſſe efficaciam. Venena optime de ventriculo per emetica medicamenta expelluntur, & paulo poſt balnea & ſudorem & ſales volatiles laudat. Sublimati mercurii grana duodecim puellum biennera enecant poſt vomitus ſanguinolentos. Omnis hydrargyrus faucibus moleſtus eſt. Ab unguento mercuriali in bubone, a pulvere mercuriali ingeſto ulceratio partis, faucium ulcus. Sed & inteſtina invadit, & diarrhœam facit cum torminibus. A granis ſex hydrargyri dulcis apoplexia. Ab aqua mercurii ſublimati anxietas, convulſio, deliria, mors. A turpethi granis ſex per octiduum datis ulcera maligna & atrophia brachii ſoluta balneis diaphoreticis. A mercurii dulcis granis 15. vomitus, anxietas, tremor, mors. Pueris hydrargyrus infeſtus. Putredinem partis alicujus pulſum celerem & parvum facere, & ſyncopen, quæ mortem præcedit. Venena, quæ morborum epidemicorum cauſæ ſunt. Febres a ſtagnis ortæ in pago Charlottenburg & Dieskau. Hyemes auſteræ variolas, febres malignas epidemicas, diarrhœas faciunt. Serio putat a locuſtarum copia natas febres petechiales; dyſenteriam, quæ fervidam æſtatem ſequitur, eſſe a corroſivo aere. Fumo carbonum foſſilium febribus malignis & dyſenteria Halam liberatam eſſe. In epidemia præſtantiſſimi uſus vinum rhenanum. Medicamenta veneni vim habentia. Princeps enectus tartaro emetico ventriculo ſphacelato; ſic a vitro antimonii ante paroxyſmum intermittentis febris dato. His pharmacis lac medetur aut oleum; eo ſe ſanaſſe qui ſextuplam doſin aloes ſumſerat. Cataputiæ venenum lacte caprillo miteſcere, & infantes lactantes acria melius ferre. Funeſtus effectus pilularum, quas colocynthis ingreditur. Ventriculi inflammatio in febribus acutis frequens. A ſublimato mercurio ſudor, vomitus, etiam ſanguinis, mors; os ambuſtum, ventriculus eroſus, ut pæne perforatus eſſet. Noxæ hydrargyri externo uſu & interno. In quartana a priſco uſu mercurii dulcis gravem ſuccedere ſalivationem. Ab hydrargyro crudo extus admoto varia mala. Narcotica venena. Male in hæmorrhagia pilulas de cynogloſſo vulgo dari. Mitiores capitis dolores ab opio in fatuitatem & ſopores verſi. Ubi pulſus debilis utique dandum opium quod vidit HOFMANNUS ab ejus uſu pulſum intendi. Puella datis ob febrem quartanam granis quindecim nucis vomicæ exſtincta. Enormes vis auri fulminantis cum adjectis ſalibus mediis noſter in pilulis dabat. Vitriolo albo febres ſuperatæ, ſed in aucta febre æger exſtinctus. Plumbi mali effectus. Sacharum ſaturni ventriculum lædit, alvum conſtipat. Carbonum fumus. A calcis vapore enormis ſternutatio. Corrupto frumento

(olere)

(olere) emetica, acetum. Morbus puſtulatus a mephiti A potu aquæ tabes, alia mala, etiam a fructibus horæis. A vermibus chorea S. Viti: non debere continuo vermes acribus purgantibus expelli. Calculorum felleorum ſymptomata.

P. III. morbi ex imbecillitate, motuque humorum debilitato aut ſuppreſſo. Infantibus pulveres abſorbentes mire conferre, ſenibus purgantia nocere. Morbi a nimia ingeſtorum copia. Ante podagram & catarrhos ſæpe ciborum increſcere deſiderium. Febris digeſtiva ephemera a ventriculi inflatione. Fuſius nunc contra acidorum uſum: ab acidorum uſu pravo hyſtericum malum eſſe, a vino arthritidem, calculum, hinc Helvetios calculo maxime eſſe obnoxios (omnium populorum minime, cum vix intra decennium unus calculoſus incidatur). Recte aquam calidiſſime hauriri, ita ſcorbutum factum eſſe rariorem. Spiritus vini noxius; inde viſcera omnia arida, contracta. Noxæ defectu excretionum. Diarrhœam ſiſti aucta perſpiratione. In febribus acutis criſin macilentorum per ſudorem, pinguium per alvum magis fieri. Alvi fluxu temere ſuppreſſo malum acccerſi hypochondriacum. Ab hæmorrhoidibus per opium ſuppreſſis mortes, a fluore albo purpuram chronicam. Hinc ſub graviori convaleſcentia morborum creſcere & viciſſim. Fuſius de aeris influxu. Calculum e renibus in ureteres frigus potiſſimum impellere. Plethora. Coli conſtrictiones & ſæpe intus ſuſceptiones nullo clyſterum uſu ſuperabiles. A frigido potu cordis polypus; ejus ſigna. A ſuppreſſis evacuationibus naturalibus cutis varia mala. A morbis præſervatio: motus ante prandium, corpore vacuo. A venæſectione febres, arthritides. Sales neutros ſaluberrime alvum ſolvere. Inter roborantia optimum ſal volatile Sylvii.

Tomus III. *quo vera therapiæ fundamenta, medendi methodus & leges & ſelectiſſima remedia traduntur* Hall. 1727. 4. *. Bono nunc ſeni SCHULZIUS in edendis operibus auxilio fuit, cum a. 1726. memoriam eum deſtituere vidi.

Brevius oportet reliqua volumina recenſere. Iſte tamen P. I. continet rationalis therapiæ fundamenta. Eorum primum eſt hiſtoriæ morbi exacta conſignatio. Pleroſque morbos initium ducere a potu frigido æſtuanti corpori ingeſto. Pleroſque etiam mortales nimium capere ciborum. Juvantia & nocentia rite conſignanda. Morborum adfinium diſcrimina. Natura ſ. æquabilis fluidorum & ſolidorum motus. Morbi a ſpaſmo univerſali. Morborum ſolutio, quæ fit ſpaſmo ſublato: non adeo motus ex ſua natura ſaluti ſunt. Morbi a ſpaſmo particulari. Febres intermittentes ſunt a ſpaſmo duræ membranæ medullæ ſpinalis. Morbi ex atonia nati. Omnes morbi ſunt generis nervoſi adfectiones. Conſenſus partium per nervos inter ſe & cum ventriculo. Mali hyſterici ſedes in ventriculo & inteſtinis. Gravidarum vitia orta ab animi adfectibus, a ſpaſmo, ab atonia. Cauſarum cognitio neceſſaria. Sphaceli viſcerum & ſuppurationes, vaſa

vaſa rupta, ſcirrhi, polypus, calculi, etiam fellei, a repreſſa tranſpiratione unde ſcorbutus; a ſuppreſſis evacuationibus aliis etiam hæmorrhoidibus, quibus támen neque calculus debetur neque podagra. Nimiæ evacuationes. Morbi ex morbis. Pulſuum theoria. Signa a ſanguine detracto inſpecto, etſi paſſim in morbis nihil in ſanguine peccat. Urinæ, indicia, de experimento in ſe ipſo capto. Sudor. Fæces. Criſes quibus fidem adhibebat, & dies critici: criſes non turbandæ. Periculi ſigna & mortis. Semeiotice ergo hic tradita eſt, non therapia.

Nunc ratio medendi. Ea quam natura adhibet, dum cauſas removet, morbos etiam per morbos curat. Medendi ratio medica, ejus præcepta univerſalia, ubi mitem curandi rationem commendat. Vires medicamentorum ſæpe incertæ. In ſeptentrionalibus doſes purgantium fortiores requiruntur. Primæ claſſes medicamentorum. Evacuantia. Contra purgantia & emetica nimis acria. Sudorifera; diaphoreticorum laudes; aliæ claſſes alterantium ſingulatim. Roborantia, ſedantia ſpecifica. In quartana ſpecificam eſſe eſſentiam gentianæ & rhei cum lixivio ſalis tartari & ſpiritu ſalis ammoniaci. In inflammatione & febre nitrum. Epileptica etiam cinnabaris. Venæſectio (evacuationis ſpecies). Hypochondriacis venæſectio alvum ſolvit; in febribus acutis neceſſaria, etiam cum exanthematibus; hirudines, cucurbitulæ, balnea, clyſteres.

Tomus IV. *pathologia ſpecialis cum medendi methodo Pars I. Doctrina de febribus* Hall. 1729. 4. *. Neceſſario oportet in numeroſiſſimis operibus brevius nos expedire. Febres primo univerſales, inde topicæ. Non quidem hæmophobus, calida laudat diluentia, nitroſa, formulaſque concinnas nos docet. In febribus intermittentibus utitur ſalibus neutris (deteſtabili auxilio, quoties ad cardialgiam aliqua eſt inclinatio, quod frequens eſt). In tertiana potiſſimum corticem dat peruvianum, in ſemitertiana nitrum in extractis ſudoriferis. In variolis ab abſorbentibus parum ſperes. Venæſectionem, purgantia in ſecunda febre, acida vix tangit. In febre petechiali venæſectione abſtinet, eam diarrhœa cum maculis judicari vult. In purpura multus eſt, cujus morbi dat ætiologiam; venæſectionem non reformidat In S. II. inflammatio ventriculi, inteſtinorum, uteri, veſicæ. Febres lentæ, diverſæ. Morborum aliqua dat exempla & in præſentibus ægrotis curationem ſuam, in eo utilis auctor.

Tomi IV. P. II. *hæmorrhagiæ & dolores*. ib. 1732. 4. *. Hic & ubique methodus eſt auctoris morbum deſcribere, auxilia indicare, caſus medicos ſ. ægrotorum hiſtoriam cum ſua curatione ſubjicere. Non poſſum niſi ſpecimen aliquod proponere. In volvulo malum ex ingurgitatione muſti natum, cum æger herniam pateretur, dolores erant acutiſſimi & tumor inſigniter auctus; noſter mollia fomenta adhibuit, intus aquam menthæ & extractum croci; repoſitio facta, malum ſanatum. Simile malum ex uvis comeſtis, alvus hydrargyro vivo ſoluta, deinde clyſteribus. Ex auro fulminante funeſtus volvulus cum inteſtini ingreſſu. Ex valido purgante poſt nimiam ingluviem demum vomitus Riveriana mixtura compreſſus

preſſus tum injecti clyſteres ſaponacei, extus mollientia illita cumque alvus ſolveretur, ſerum lactis propinatum. A vermibus funeſto eventu.

T. IV. P. III. *doctrina morborum convulſivorum* ib. 1734. 4. *. In dyſenteria ſpecimen dabo. In femina hyſterica vomitiones crebræ dejectiones ſanguine dilutæ, pulſus celer, anxietates. Abſque clyſtere aut evacuatione externis carminativis, internis abſorbentibus, tamen cum theriaca cœleſti malum ſuperavit. Dyſenteria epidemica. Noſter cum infuſum theiforme vulnerarium dediſſet, idque male ſucceſſiſſet, dedit diaphoreticam miſturam, liquorem anodynum, impoſuit aromatica, lac libere dedit, ſudore moto malum ſuperatum. In alio juvene caſcarillam cum abſorbentibus, liquorem ſuum anodynum, ſuum balſamum vitæ & olea, abdomini ſpirituoſa impoſuit. Ex mero terrore dyſenteria, iterum fere iiſdem abſque evacuatione, clyſteribus aut opio ſanata. Dyſenteria anni 1684. epidemica, ſæpe funeſta. Calida nocebant, reſpondebat medici ſpei rheum barbarum, clyſteres emollientes, chamæmelum, abſorbentia cum pauculo opio in theriaca cœleſti contenta. Epidemia anni 1719. calidiſſimi. Nocebant purgantia, adſtringentia, opiata, in mali initio data. Noſter autem ipecacoanham dabat aut laxans medicamentum & clyſteres oleoſos, pulverem ſuum bezoardicum cum caſcarilla, opii pauxillo, fomentis ſpirituoſis. Dyſenteria anni 1726. Iterum æſtas ſicciſſima & calidiſſima. Febres primum continuæ, deinde tritæophuyæ. Nocebat oleum potum, alia emetica. Proderant pulveres abſorbentes ſerum lactis; declinante morbo vinum rubrum Pontac.

Tom. IV. P. IV. *morbi ab atonia & viſcerum labe orti* ib. 1737. 4. *. Huc paralyſes, comata, deliria, morbi a polypo, tabes, icterus, chloroſis, hydrops, tympanitis, fluor albus & gonorrhœa. Tabis, difficilis certe curatu morbi exempla. A catarrho tuſſis humida, anhelitus, febris, variis fruſtra factis, faluti fuit fragorum horæorum copioſior uſus. In alia tabe noſter lac aſininum dedit & pinguedinem caninam, abominandum remedii genus, in pilulas factam, tum decoctum vulnerarium, lac cum amylo pro cibo & placentas cum pomis; tabes brevi curata. Initia tabis ab hæmoptyſi natæ iterum curat abſorbentibus, venæſectione, lacte aſinino. Dolor diuturnus pectoris a corporis æſtu & exagitatione in ſuffocationem verſus. Corpus pinguiſſimum & tamen in pulmone dextro puris duæ libræ, diaphragma eroſum, alter pulmo totus corruptus. In alio tabido pulmones adnati, ſcirrhis pleni & vomicis & ſanguine effuſo. Tabes hereditaria, cui acceſſerat febris tertiana, glandulæ colli tumidæ. His gummatum ranarum emplaſtrum impoſuit, ſumendam dedit myrrham. Tabes diu tolerata venæſectione repetita, lacte caprino & vaccino. Empyema ex peripneumonia extus ſub tegumentis ruptum optimo eventu. Tabes a nimia ſanguinis jactura. Proceros & una pingues homines in tabem eſſe pronos. Tabidis aquas minerales vehementer nocere.

Tomi IV. Pars V. *vitia externas partes potiſſimum adfligentes* ib. 1739. 4. *. Scorbutus, ſphacelus, purpura chronica, lues venerea, prurigo ulcera fiſtulæ. Exempla ex capite de ſphacelo ex cauſa interna nato. In ſene ex mærore ſphacelus duobus jam digitis pedis reſectis, noſter circum ſpirituoſa impoſuit, diaphoretica nitroſa dedit, virium corticis peruviani ignarus, nec quidquam omnia. Alium ſpirituoſis & acidis fotibus ſanavit. Sic paralyticum, cui late nates a gangræna conſumtæ fuerant, quem potiſſimum balſamicis ſanavit.

Prodierunt conjuncti 4. Tomi Baſil. 1738. 4. Genev. 1761. 4. Gallice verſi a JOH. JAC. BRUHIER 12. 9. vol. Paris 1739. 12. 1751. 12. Excerptos eſſe etiam puto tr. *des fievres ſuivi de pluſieurs diſſertations ſur la même matiere* Paris 1746. 8. 3. vol. vertente EIDOUS. & obſ. *intereſſantes ſur la cure des gouttes & du rhumatiſme* Paris 1747. 12.

EJ. *medicina conſultatoria worinnen über ſchwere Caſus ausgearbeitete Conſilia auch reſponſa facultatis medicæ enthalten in fünf Decurien abgetheilt. Erſter Theil* Hall. 1721. 4. In magna praxi, deinde in celebri academia, quo plurimæ quæſtiones arduæ enodandæ deferebantur ſexcentos caſus ſelegit, quos his quatuor voluminibus edidit fuſos ſæpe & voluminoſos, abſque eventu. In ſua praxi ſui ſimilis fuit. Facultatis reſponſa mire lenia & faventia reis. Multum adeo ad rem forenſem, ad vulnera, ad venena. Pauca ſpecimina addo. Morbus a ſpiritu vitrioli quatriduo ad decem guttas ſumto. A mercurii dulcis granis tredecim per quatriduum repetito ſumtis enormis ſalivatio cum peſſimis ſymptomatibus. In lue bubula veſicæ in pulmone, gula, œſophago, in ventriculo durum fætidumque pabulum. Auripigmentum, a quo nactus fuerat, tamen non eſſe venenum. Cum lanio, qui infecta armenta tractaverat, in fœno ſomno ſe dediſſet, eo fœno poſtea vaccæ lue infectæ fuerunt. Arſenico 22. convivæ pene enecti, multo lacte tamen & oleo ſanati.

Tom. II. Hall. 1721. 4. *. In peripneumonico pericardium purulenta aqua, pulmo ſanguine nigro, pureque plenus. Cæcitas ſubito paulum remittens ut nonnihil quaſi per nebulam ad candelam videret. Febris epidemica anni 1720. quæ cum acuta crederetur, tamen omnino intermiſit, cum nauſea, vomitu, febre alternis diebus invaleſcente, & aliquo frigore; ſudor febrem tollebat; ſurditatem boni fuiſſe præſagii; diarrhœa boni erat effectus; emetico dato continuo tertianæ ſpeciem typumque inducebat; deinde præter morem ſubacida dabat, clyſſum nempe antimonii, imbelle medicamentum; ſed & digeſtiva dabat & abſorbentia. Corticem peruvianum non nominat.

Tom. III. ib. 1723. 4. *. In tota familia mortes convulſivæ ex pulvere venenato. Hydrargyro in infantibus non utendum. Durus tumor in abdomine, ut videtur, ovarii. Num in febre maligna vena ſecari poſſit. Negat, poſſe tamen ſi non ſint exanthematicæ ſed cum febre intermittente miſtæ, (quæ corti-

cem

cem requirunt). Gonorrhœa cum exulceratione renis dextri, colli veſicæ & circa proſtatas.

Tomus IV. ib. 1724. 4. *. Cum a jure æger vomituriiſſet, ægreque habuiſſet, tamen non fuiſſe venenum, neque iſto quod a morte cadaver intumuerit, nigrorem contraxerit, inteſtinum ileum ulnæ longitudine ſphacelatum, ventriculus inflamatus fuerit, chirurgum recte cauſam mortis in arſenico inveniſſe. A fluore albo repercuſſo ſalivatio uberior. (Ab hydrargyro, ut puto).

Tomus V. ib. 1728. 4. *. Mors ſubita cum veneni ſuſpicione; in cadavere ventriculus ruber; caput etiam nigrum, ſanguis inter duram & piam membranam effuſus, ut omnino veneni ſuſpicio fundamento careat. Infanticida, quæ ſexti menſis immaturum fetum occiderat abſoluta. Pupilla dilatata, immobilis; obſcuratio & caligo per incerta intervalla redeuns, die integro durans. Ex febre acuta tumor enormis pedum & ventris duriſſimus frigidiſſimus, ut crepare videretur. Cum ſuſpicio veneni eſſet, vomitus & diarrhœa, in œſophago vermis: rea liberata fuit. De fontibus nonnullis medicatis ut Epaeenſi.

Tom. VI. ib. 1728. 4. *. Poſt jus adſumtum veneni ſuſpicio, vomitus continui, mors cita, in ventriculo multum nigræ materiæ, duodenum nigerrimum, veſicula fellis inanis, plurimus ſanguis in omnibus venis etiam cerebri. Inanis veſicula a vomitu. Partum duodecimeſtrem poſſe pro legitimo haberi. Morbi epidemici anni 1727. Continuæ erant cum admiſto ingenio intermittente. Dabat diaphoretica nitroſa, etiam alcalia, abſorbentia, caſcarillam.

Tomus VII. ib. 1730. 4. *. Minus forenſis medicinæ, plus practicæ. Alvus conſtipata, tenſio, preſſio in hypochondrio, cardialgia, ciborum vomitus a calculis veſicæ felleæ. Dabat elixir ſuum ſtomachicum, cum alcali fixo, aquis ſelteranis, balnea, abſorbentia abſque rheo aut opio. Subjectus tractatus *de mira alcalinarum aquarum ſelteranarum efficacia*, quibus HOFMANNUS primus famam dedit.

Tomus VIII. ib. 1731. 4. *. De hydrargyri dulcis in ætate infantili uſu. Reſpondent Halenſes, vix unquam tutum eſſe, omnium minime quatuor grana in trienni puero. Tumor uteri ſcirrhoſus, fluor albus. Etiam hic ſuum elixir viſcerale noſter dabat, & juſcula cancrorum cum plantis, lac aſininum, Selteranas lacte miſtas. Phtiſis acribus male excepta, elæoſacharo, eryſimo, decoctis herbarum cum eſſentia corticum aurantiorum, gelatina cornu cervi, demum minerales aquæ (ſalſæ) lacte miſtæ.

Tomus IX. ib. 1732. 4. *. Swalbacenſium & Spadanarum nova comparatio, analyſis & uſus. In cadavere poſt gonorrhœam ren alter purulentus, in veſica calculus, pulmo pure plenus, tophi. In alio gonorrhœa cum tophis conjuncta.

conjuncta. Noſter pilulas dabat mercuriales, decoctum lignorum cum antimonio, emplaſtrum de gummatibus.

Tomus X. ib. 1733. 4. *. Decem hic conſilia veterum medicorum Casp. Hofmanni, Matshovii, Fallopii, Cassani, Peuceri.

Tomus XI. ib. 1738. 4. *. Practica. Phtiſis hypochondriaca, noſter dabat ſtomachica, caſcarillam cum abſorbentibus, abſque ullo effectu. Concrementum inteſtini ſimile, pene ulnam longum, quale Lipsii fatum fuit. Gelatinas dabat eventu funeſto. Tumor ſcroti ſanguineus cum calculo; iſchuria quinque dierum, ut duodecim libræ lotii una defluerent; tumores ſub præputio.

Tomus XII. ib. 1739. 4. *. A gonorrhœa repercuſſa, inde mala cutanea, dedit ligna, nitrum, cinnabarim, antimonium diaphoreticum, mannam, ſelteranas & vulnerarias plantas. Arſenici vim venenatam omnino in ſpiritum vini tranſire non quidem valentem ſed aquoſum.

An hæc ſit collectio an ſequens *Conſultations de médecine* 12. 8. vol. Paris 1754.

Ej. *conſultationum & reſponſorum medicinalium centuria prima. Morbi capitis & pectoris* T. I. Hall. 1734. 4. *. Pars horum conſiliorum ex priori germanico opere ſumta, pars nova eſt, mere practica, centum omnino morborum hiſtoriæ. Ecce ſpecimen. In ſene ſubito viſus, auditus, loquela amiſſa, ſudor frigidus, quæ mala ſponte ſublata. Hofmannus monet, ſenibus habendam eſſe ventriculi rationem. Camphoræ duo ſcrupuli per errorem deglutiti; inde vertigo continua vehemens, frigus artuum, delirium: ab adhibitis aromaticis volatilibus malum auctum, rigor membrorum, conſtrictio gulæ. Clyſteribus, nitro, ſpiritu nitri dulci ſedativo cum calidis ſpiritibus malum ſuperatum. In puerpera ex terrore, cum noctu ſpectrum ſibi apparuiſſe crederet, mania antiſpaſmodicis & balneis ſublata. Oculi humores, potiſſimum aqueus, conturbati. Poſt febrem continuam ſpaſmus muſculorum inferioris maxillæ ſanatus emplaſtro veſicas trahente. Deglutitio difficilis ex atonia muſculorum pharyngis. Tuſſis ſicca cum pulmonis tuberculis ſcirrhoſis anodynis levata. Lactanti infanti datam reſinam jalappæ & mercurium dulcem facultas medica improbat; eventus malos fecerat & multa nata ſymptomata.

Tomus ſecundus. Morbi abdominis & artuum externorum Hall. 1734. 4. *. Ducentæ morborum hiſtoriæ. In adfectu ventriculi ſpaſtico cum flatu thermarum potum ſuadet. De thermarum Carolinarum uſu utendique modo. Multa mala hæmorrhoidalia. In malo hypochondriaco Hofmannus ſuum elixir viſcerale laudat, deinde thermas Carolinas. In malo hyſterico ſuum liquorem anodynum, pulveres abſorbentes, nitrum, corticis peruviani tantillum. Icterus diuturnus denique emeticis expugnatus. In hydrope cum tympanite conjuncto dat ſuum elixir balſamicum amarum & alcalinum, dein balneum vaporoſum ut tumorem

rem molliat, inde mannam. Ab hæmorrhoidibus ſuppreſſis renum dolor urina difficilis, cruenta; ſerum lactis dat & mitia, nitroſa vulneraria. Adoleſcenti perpetuus ad matulam teneſmus & in urina ſanguis; inde deſinente ſanguine ſtimulus ad lotium perpetuus, dein ſenſus in glande & circa pelvim. Vaſa putat aliqua in veſica rupta fuiſſe; alvum ſervat liberam, & lignorum dat decocta & vinum, quod miror, burgundicum. Stranguria cum dolore, ſpaſmus ut vocat veſicæ, cervicem conſtringens. Dat ſelteranas (mictum aucturas) mannam, balnea, theam. Urina valde dolens, plena muco gelatinoſo, ſuadet acidulas. Penis retractus urinæ negans tranſitum. Semen in urina perpetuo præſto. Suadet noſter motum corporis, abſorbentia, caſcarillam, balneum. Artuum morbi. In gangræna ex cauſa interna nata oleum caryophyllorum potens eſt remedium. Febres; in lenta febre utiliter datum lac aſininum. Purpura alba & rubra cum nervorum ſumma debilitate; ſuadet ut omnibus pharmacis abſtineatur, juſcula laudat carnea, elixir balſamicum. Purpura puerperalis in Saxonia & frequens & feralis: ſi lochia parce fluxerint, venam ſed parce ſecat, neque calida dat, neque frigida, neque nitrum, ſed pulveres abſorbentes cum caſtoreo, liquore anodyno, caſtorei eſſentia, tum lenes clyſteres, theæ infuſum. Fatetur ſæpe funeſtam eſſe. In variolis alvus ſervanda libera, fovet manus pedeſque, ſed ad quid lapides cancrorum? In febre ſuppuratoria alvum lenibus ducit. In viro Ill. poſt alexipharmaca mortuo mille puſtulæ internæ, venæ abdominis cruore coacto plenæ, ſcirrhi & lapilli in pulmone, quæ cauſa mortis. In alio varioloſo juvene ventriculus totus inflammatus, ductus choledochus obſtructus.

Recuſa eſt collectio Amſterd. 1734—1735. 8. 3. vol. & fuerit. *Sammlung auserleſener Caſuum von den vornehmſten Krankheiten überſetzt durch* SAM. SCHAARSCHMIDT Hall. 1735. 4.

EJ. *obſervationum phyſico chymicarum ſelectiorum* T. III. *in quibus lectiſſimæ veritatis experimenta exhibentur* Hall. 1722. 4. *. Gallice Paris 1754. 12. 2. vol. *obſ. phyſiques & chymiques.* In hac artis parte emicuit, magnaſque ex ſuis arcanis medicamentis divitias collegit. Olea primum deſtillata & in iis parandis cautelæ; experimenta etiam circa commiſtionem oleorum cum ſpiritibus acidis & vinoſis. Santalum. Reſina ſantali rubri, corticis thymiamatis, guajaci, iſta errhina. Hiſtoria vini tokayenſis, cui & rhenano plurimum tribuebat, & vinorum analyſis. L. II. experimenta circa nitrum, magneſiam, aquæ communis analyſis, effervescentia varia oleo vitrioli dulci, cujus lenior ſpecies eſt Hofmanni liquor anodynus. Sal communis; ex eo parata magneſia & ſal Ebshamenſis. Analyſes ovorum, ſanguinis, puris. Carbonis foſſilis vaporem non nocere. Calculi phænomena, natura volatilis alcalina non fixa; neque terra alcalina nec ex terra calcaria calculum conſiſtere nec ex oleo, ſed ex glutinoſa & terreſtri parte ſanguinis. A ſolo ſpiritu nitri ſolvi, ut olim angli. Salium alcalium fixorum & acidorum indoles. Aliqua de aquarum mineralium analyſi, in qua oſtendimus noſtrum plurimum laboraſſe. L. III. auripigmenti analyſis &

 innocentia

innocentia. Sulfur antimonii vireſque hujus mineræ virulentæ & medicæ. Experimenta in alumine, vitriolo, ſulfure, carbone, phoſphoro, demum auro, quo vix ullum tutum medicamentum parari poteſt. Optimum eſſe quod fiat ex reguli antimonii martialis duobus partibus & una auri in calcem verſis, qui pulvis ſit egregium medicamentum diaphoreticum.

Ej. *gründliche Anweiſung zum nützlichen Gebrauch einiger bewährter Medicamenten bey vielerley Krankheiten, welche auch zu einer Haus- und Reiſeapothek dienlich* Hall. 1722. 8. 1732. 8. 1734. 8. 1736. 8. 1740. 8. 1745. 8.

Ej. *Unterricht von dem Lebensbalſam, lindernden Spiritu und balſamiſchen Pillen* ib. 1730. 4.

Ej. *de morbis infantum præcipuis l. poſthumus* ib. 1740. 4. Baſil. 1741. 8. *. Multa mala ex nimia ingurgitatione ciborum, multa ex acido, alia a nutricibus. Mercurium tamen expurgandum. Purgantibus abſtinendum & hydrargyro. Morbi ſingulatim. Aphtæ. Dentitio. Epilepſia. Variolæ. In cadaveribus viſcera puſtulis & maculis obducta, in ventriculo & inteſtinis variolæ numeroſæ. Curatio vix ulla. Tabes. Rachitis; hic hepar grandius ſcirrhoſum, meſenterii glandulæ duræ pulmones vomicis referti; laxantia dat, emetica, unguenta. Vermes, ubi amara defendit. Aquam ſalſam Halæ adverſus vermes exhiberi. Subjuncta vita viri, quæ ſplendida fuit, ut potiſſimum principes Germaniæ fere univerſi ejus conſilia peterent. Vita J. H. SCHULZII opus eſt.

Germanice prodierat *vernünftiger Unterricht von heilſammer Vorſorge neu zur Welt gebohrner und ſaügender Kinder nebſt einem Anhang von Kinderkrankheiten und den beſten Mitteln* Zerbſt 1744. 8. 1748. 8. 1749. 8. lego 1771. 8. ex latino verſ.

Ej. *commentarium de differentia inter ſuam medico mechanicam & STAHLII organicam doctrinam poſthumum* edidit VALENTINUS ERN. EUGENIUS COHAUSEN medicus Trevirenſis Francf. 1746. 8. *. A J. HENRICO COHAUSEN acceptum. Ex optimis certe HOFMANNI ſcriptis.

STAHLII primum theoriam abſque ullo fuco exponit, & ſolita ſubjicit argumenta cauſæ. Deinde errores ejus theoriæ phyſiologicos & medicos computat, novam theoriam ſuam defendit, & vim motricem corpori inſitam; cauſam mortis negat eſſe in mera animæ averſatione, oſtendit ſphacelum internum, contra quem STAHLIUS ſcripſit, frequens malum eſſe, motus vero corporeos, qui poſt venena aut draſtica medicamenta ſequuntur, a corporis eſſe vi, non ab animæ voluntate. Sed etiam in practicis demonſtrat, ut STAHLIUS a vero aberraverit, ut motus in morbis excitati ſæpe imprudentem & noxium finem habeant, ut in febribus convulſio nervoſa ſubſit, ut male naturam obſequamur, & in exemplo vomitum emeticis ſanemus. Porro innocentiam opii ornat, & hydrargyri & ſalium volatilium & peruviani corticis & camphoræ, aliorumque efficaciorum medica-

medicamentorum, quæ STAHLIO diſplicuiſſent. Non conſtanter opium rejeciſſe ST. & tamen pilulis de cynogloſſo uſum fuiſſe, quorum vis magna a venenato ſemine fiat hyoſciami. Denique acidulas a STAHLIO rejectas tuetur & lactis uſum.

EJ. *medicus politicus oder Klugheitsregeln, nach welchen ein junger Medicus ſeine Studia einrichten ſoll* 1718. Germ. Leipz. 1746. 8. 1753. 8. vertente AUERBACH. *Politique du médecin* 1751. 12.

EJ. *pathologia generalis & ſpecialis* Hall. 1746. 8. 2. vol.

EJ. *therapia generalis & ſperialis* ib. 1747. 8. 2. vol.

EJ. *ſemiologia* ib. 1749. 8.

EJ. *chymia rationalis & experimentalis* ib. 1749. 8.

EJ. *Anweiſung zu einer vernünftigen Praxi Medica aus* HOFMANNS *Schriften gezogen durch* G. F. REINMANN Ulm 1723. 8. 1736. 8. 1752. 8.

EJ. *de optima philoſophandi ratione* Hall. 1741. 4. Poſt multa phyſiologica aliqua habet de ſanitate mentis pendente a corporis integra valetudine. Menſes verni & autumnales magis morbis obnoxii. Auſtri vis mentem deprimens. De cibo & potu ſalubri aliqua.

Nachricht vom ruhmwürdigen Leben F. HOFMANNS ib. 1743. fol.

EJ. *vita* per SAM. PET. GASSER. Germ. lat. ib. 1743. fol.

Concio funebris in F. HOFMANNUM. Germanice ib. 1743. fol. Horum aliqua forte repetita ſunt.

Habet & BRUKER in *pinacotheca.*

EJUS *opera omnia phyſico medica* prodierunt Genev. 1740. fol. 1748. fol. 6. vol.

Et *ſupplementum* ib. 1749. fol. 2. vol. cum nonnullis NICOLAI.

Et *ſecundum ſupplementum* ib. 1753. fol. 3. vol. 1760. fol.

Ut conjunctim undecim volumina ib. 1761. fol. & Neapoli 1753. 4. 25. vol. SMITH & 1763. 4. 27. vol. & Venet. 1745. 4. 17. volum. SMITH. DES TOURN.

Tum numeroſæ diſputationes & orationes.

EJ. *morbus convulſivus a viſo ſpectro* 1682. 4. HE.

EJ. *de imaginationis natura ejuſque viribus* Jen. 1687. 4. HE.

EJ. *de generatione ſalium* 1699. 4. 1701. 4. & in *triga diſſ.* 1729. 8. *.

Acida corpori humano inſenſa eſſe, quæ ſanguinem & lympham cogant. Sales fieri ex terra, in qua cauſa ſit, cur ſal a ſale differat, & a principio ſalino æthereo acido. Ex acore atrito cum terra fieri alcali & vitam animalem eam mutationem acori inducere.

Ej. *de atheo convincendo ex artificioſiſſima ſtructura corporis oratio* Hall. 1693. 4. Ad œconomiam animalem.

Ej. *de neceſſitate phyſices in arte medica* ib. 1694.

Ej. *demonſtrationes mathematico phyſico medicæ, de caloris lucis & flammæ natura & effectibus in res creatas* ib. 1694.

Ej. *de medicamentis ſpecificis eorumque operandi modo* ib. 1694. 4. He.

Ej. *de ſaliva & ejus morbis* ib. 1694. 4.

Ej. *febrium intermittentium nova hypotheſis* ib. 1694.

Ej. *de nitro ejuſque natura & uſu in medicina* ib. 1694. 4. *. Refrigerat, & ſanguinem tenuem & fluidum reddit, alvum laxat, ulcera cacoethica curat.

Ej. Reſp. Horch *de chinæ chinæ modo operandi, uſu & abuſu* ib. 1694. 4. *. & progr. Corticis analyſis. Vim medicam corticis peruviani non eſſe in qualitatibus conſpicuis, ſed in tota ſubſtantia.

Ej. *de infuſi veronicæ efficacia præferenda herbæ theæ* ib. 1694. 4. He. 1705. 4. & in *collectione* anni 1739. & in *diætetica germanica* T. IV. Hall. 1718. 8. *. Veronicam laudat vulgarem marem forma infuſi. Nigrum colorem cum ferro contrahit, adſtringit; Theæ viribus longe præſtare.

Ej. *medicinæ mechanicæ idea univerſalis* 1694. 4.

Ej. *de eo quod uſus medicamentorum faciat medicum* ib. 1694. 4. He.

Ej. *de pane groſſiori bonpournikel* 1695. 4. L. Ulmæ 1725. 8. *. & in *diætet. germ.* T. IV. Hall. 1718. 8. *. Salubrem eſſe, alvum ducere, & furfur admiſtum, acido abundare & alcali, oleo, alvum liberius tranſire quam panis albus.

Ej. *Diſſ. tres de corporibus eorumque motu* 1695. 4. & *de corporibus eorumque affectionibus; de corporum motu ejuſque cauſis.*

Ej. *de corporum motionibus ex gravitate ortis.*

Ej. *de prudenti medicamentorum adplicatione in tempore* 1695. & in coll. 1736. ſ. *opuſc. med. pract.* I. Febrem lentam ex ſaburra ortam depletis per emeticum primis viis ſæpe ſubito tolli. Opportuno tempore ſectam venam ingens valetudinis

tudinis præſidium eſſe. Alvum claudi in variolis, dum eruptio præparatur, & male eo tempore aperiri STAHLIANUS monet.

EJ. *diſſ. medica de malignitatis natura, origine & cauſis in morbis acutis* ib. 1695.

EJ. *de ſomnambulatione* 1695. 4.

EJ. *metallurgia morbifera* 1695. 4. RIV. Lond. 1713. 8. *. Germanice in *diætet.* T. IX. 1728. 8. *. & in *opuſc. patholog.* Bona diſputatio. De ortu & formatione metallorum. De morbis ſaturninis, & colica plumbaria. Vapores metallici. Aqua ſulfur olens Clauſthalienſis pernicioſa. Arſenici noxæ. Paralyſis mercurialis. Ex fumo antimonii apoplexia. Cuprum aſthmaticum. Stannum non omnino innoxium eſſe.

EJ. *de vapore carbonum foſſilium innoxio* 1695. 4. & *de fumo carbonum noxio & quandoque lethali opuſc. theol. phyſ. med. germ. diæt.* 1719. T. V. Analyſis, dare ſalem acidum & ſuccinum. Ab ejus uſu Halam morbis malignis minus obnoxiam eſſe. Nihil in his carbonibus eſſe, quod nocere poſſit, merum eſſe bitumen. A vapore carbonum graviſſimi dolores capitis in chemico. Tres homines inde ſuffocati. Hiſtoria infortunii Jenenſis.

EJ. *de hyeme tepida* 1696. 4. progr. HE.

EJ. *de ſalis volatilis geneſi, uſu & abuſu in medicina* 1696. 4.

EJ. *de tuta ac felici febris quartanæ curatione* 1696.

EJ. *mechanica febrium doctrina Hippocratica* 1696. 4. HE.

EJ. *de apepſia* 1696. 4

EJ. *de amputatione membrorum ſphacelatorum eorumque tuta medela* 1696. 4.

EJ. *de purgantibus ſpecificis* 1696. 4. *.

EJ. *de experimentorum per artem chymicam perverſa explicatione* 1697.

EJ. *de inedia magnorum morborum remedio* 1697. 4. Lond. 1708. 8. *. & in *germanica diætetica* T. V. Hall. 1719. 8. *. Ex CELSO & HIPPOCRATE multa. Arthritidis inſultum majorem ſæpe famis ſenſum præcedere.

EJ. *de fermentis morbificis eorumque e medicina ejectione* 1697. 4. HÆN.

EJ. *de hæmorrhagiarum genuina origine atque curatione ex principiis mechanicis* 1697.

EJ. *de genuino & ſimpliciſſimo doloris podagrici remedio* 1697. & *germ. in diætet.* III. Hall. 1726. 8 *. Cauſam eſſe in ſale tartareo in mucum articularem agente, cum in duritiem vertente. Laudat ipſe ſpiritum ſalis ammoniaci

cum

cum extracto caſtorei, ſuccino, opio; deinde medicamenta diaphoretica ex auro & hydrargyro parata.

Ej. *fiſtularum nova & tuta curatio* 1697. 4. He.

Ej. *de ſalubritate fluxus hæmorrhoidalis* 1697. 4.

Ej. *de hydrope pericardii rariſſimo* 1697. 4.

Ej. *de ſynovia ejuſque cauſis* 1697. 4.

Ej. *de remediorum evacuantium mechanica operandi ratione* 1698. 8. *.

Ej. *de mechanica operandi ratione medicamentorum ſic dictorum alterantium* 1698. 4.

Ej. *de ισχαιμοις ſ. ſanguinem ſiſtentibus* 1698. 4.

Ej. *de anthelminticis* 1698. 4.

Ej. *de erroribus circa venena vulgaribus* 1698. 4. *. Omnino auripigmentum innocuum eſſe. Arſenicum non debere in medicinam recipi, cum ventriculum inflammet; curari tamen lacte & oleo.

Ej. *analyſis chymico medica reguli antimonii medicinalis* 1698. 4. He. & in *triga diſp.* Hall. 1729. 8. *.

Ej. *de dentibus eorumque morbis & cura* 1698. 4. *. 1714. 4. in *opuſc. patholog.* Ad dentium morbos nihil utilius plumbo tenui laminato in caveam dentis dato. Fiſtula a dente carioſo nata inſanabilis, ut balſamum vitæ ſolamine eſſet.

Ej. *de neceſſaria ſalivæ inſpectione ad conſervandam & reſtaurandam ſanitatem* 4. He.

Ej. *de animo ſanitatis & morborum fabro* 1699. 4. & in *collectione Leidenſi* 1708. 8. tum germanice in *diætetica* T. V. Hall. 1718. 8. *.

Ej. *theſes ſelectiores ex philoſophicis & medicis* 1699. 4. Hen.

Ej. *de neceſſitate phyſices in praxi medica* 1699. 4. *.

Ej. *diſſ. phyſico medica de cauſis caloris naturalis & præternaturalis in corpore noſtro* 1699. 4. *.

Ej. *diſſ. medica de regimine prægnantium* 1699.

Ej. *de pleuritide & peripneumonia* 1699. 4. Pl.

Ej. *diſſ. phyſico medica de affectibus hereditariis illorumque origine* 1699.

Ej. *de natura morborum medicatrice mechanica* 1699. Leid. 1713. 8. *.

Contra

Contra Stahlium. Motuum vitalium cauſam eſſe in corporis humani fabrica, non in mente. Archæum ipſe ſtatuit ſ. animam vegetabilem, ad quam imaginatio pertineat & animi adfectus, naturam ſpaſmo ſ. motu aucto coacta reſolvere, ſtagnantia excutere, criſes & hæmorrhagias facere. In acutis naturam valere, in chronicis ſolam artem. Per exempla.

Ej. *hiſtoria variolarum epidemice Halæ graſſantium* 1699. 4. Riv.

Ej. *diſſ. medico practica ſiſtens hiſtoriam febris malignæ epidemicæ petechiſantis hactenus Halæ graſſantis* 1699.

Ej. *de terebinthina* 1699. 4. 1730. 4. Gallos pro balſamo peruviano vendere. Salem ineſſe acrem, qui aqua ſe patiatur ablui. Analyſis. Uſus in ſcabie, tinea, alvum ducere, morbis renum & veſicæ convenire, gonorrhœæ, fluori albo. In ſpiritu tamen præcalido cautione opus eſſe.

Ej. *de memorabili ſulfuris antimoniati fixati efficacia in medicina* 1699. 4. Riv. & in *coll.* 1739.

Ej. *de prudentia medica circa gravidarum corpora* 1699. 4. He.

Ej. *diſſert. de præcipuo ſtudioſorum morbo ejuſque genuinis cauſis* 1699. 4. In *diætetica germ.* T. IX. Hall. 1728. 8. *. Conſilia diætetica pro ſtudioſis. Poſſe bona victus ratione multa vitia corrigi. Contra lucubrationem. Victu uti debere tenuiori, quam alii mortales, vitare aceſcentia, putreſcentia, uti potiſſimum pane & lacte. Non edaces eſſe neque tamen jejunare. Suadet calidam malo conſilio. Corpus diligenter exercendum, præſertim ante paſtum.

Ej. *diſſ. medico practica de diarrhœa in febribus malignis aliiſque acutis morbis ſalutari* 1700.

Ej. *diſſ. de podagra in corpus retrocedente* 1700. Se vidiſſe qui ſuos paroxyſmos podagricos præcideret, cum zinco compoſitum prinzmetall fuſum redderet acidis vaporibus.

Ej. *diſſ. medica de mentis morbis ex morboſa ſanguinis circulatione* 1700. 4.*.

Ej. *meditationes curioſæ circa ventorum cauſas, vires &c.* 1700. 4. He. & Leid. 1708. 8. *. *Opuſc. theolog.* Germanice in *diætet.* T. II. 1719. 8.*. Ventorum affectus in genere; origo, aeris motus a compreſſione in uno loco & rarefactione in alia parte. Habitus ventorum ad certas regiones. Effectus tempeſtatis auſtrinæ & aquilonaris. Reliqua phyſica.

Ej. *diſſ. medica de morbis fictis* 1700.

Ej. *de mercurio & medicamentis mercurialibus ſolutis ad expurgandos ſine ſalivatione morbos corporis humani rebelles* 1700. 4. & in *triga* 1729. 8. *. Germ. VI. 1721. 8.*. Hydrargyrum liquens poſſe plumbo adulterari, debere depurari

mutato hydrargyro in cinnabarim. Hanc inertem videri, quod parcæ doſes exhibeantur; efficaciorem eſſe ſi ad ſemidrachmam propinetur, & ad epilepſiam ſibi reſpondiſſe. Æthiopem tamen mineralem præfert, melius adhuc longo cum novo ſemper hydrargyro cumque regulo antimonii & argento tritu, regulum dejici, argentum fundum petere; hydrargyrum nunc puriſſimum eſſe.

Ej. *obſervationes barometrico meteorologicæ & epidemiæ Halenſis* 1700. 4. & in *coll. Ulm.* 1725. 8. *. Conſtitutio hujus anni epidemica, petechialis, ejuſque morbi multa exempla. Urget uſum clyſterum & blandorum eccoproticorum, quum vulgo morbus ſudoriferis corrumpatur. Optimum opuſculum.

Ej. *de remediis antodontalgicis* 1700. 4. He.

Ej. *de opiatorum nova eaque mechanica operandi ratione* 1700. 4. *. Leid. 1713. 8. *. Sanguinem rarefacere, ejus motum per cerebrum retardare. Nulla analyſis.

Ej. *de potentia ventorum in corpus humanum* 1700. 4. He. in *opuſc. theol. pract.* Phyſici argumenti, hactenus etiam medici.

Ej. *diſſ. medica de converſione morbi benigni in malignum ſ. generatione veneni in corpore per imperitiam medici* 1701. 4.

Ej. *de gravitate aeris ejuſque elaſticitate in corpus humanum* 1701. 4.

Ej. *de motu optima corporis medicina* 1701. 4. *.

Ej. *diſſ. ſiſtens ſachari hiſtoriam naturalem & medicam* 1701. 4.

Ej. *diſſ. medico phyſica de caryophyllis aromaticis* 1701.

Ej. *motus optima corporis medicina* Hall. 1701. recuſ. Leid. 1708. 8. *. & german. in *diatet.* T. V. Hall. 1719. 8. *.

Ej. *obſ. practica febrium tertianarum hoc anno graſſantium* 1701. 4. *. Natura ei erat quæ continuæ. Non effectum eſſe ſed cauſam effuſæ bilis, ejuſque cauſam eſſe in minima portione acris materiei. Nullum potentius febrium remedium eſſe quam cortex peruvianus, nocere tamen datum in principio paroxyſmi in corpore cacochymo.

Ej. *diſſ. phyſico medica exhibens obſervationes quaſdam practicas circa febres tertianas a.* 1701. *graſſantes* 1701. Corticem peruvianum ſummum fuiſſe ſpecificum. Mille ægroti abſque una recidiva eo ſanati.

Ej. *aphoriſmi quidam practici* 1701. 4. *. & in *Coll.* 1726. 4.

Ej. *diſſ. medico practica de morbo nigro Hippocratis* 1701.

Ej.

Ej. *de peregrinationibus ſanitatis cauſa inſtituendis* 1701. 4. He. Leid. 1708. 8. *. Germanice *diæt.* T. V. 1719. 8. Uſum elixirium & balſami vitæ commendat.

Ej. *de prudenti medicamentorum continuatione* 1701. 4. & in *Coll.* 1736. Lignorum decoctum diu ſumendum, inde venerea atque cutanea mala tutius & felicius ſanari quam ſalivationis ope. Ophtalmiam, epiphoram ſe infuſo veronicæ diu continuato curaſſe, ac dyſenteriam ſe curaſſe abſorbentibus tum hypecacoanha inde oleoſis cum laudano liquido. Diapnoica repetenda.

Ej. *pulſuum theoria & praxis* 1702. 4. Leid. 1713. 8. *. *Op. patholog. pract.* Pulſum celerem a frequente non diſtingui. Cauſæ diſcriminis pulſuum.

Ej. *diſſ. medica de morbis incongruis* 1702.

Ann. IX. obſ. 141. A dyſenteria hungarica fluxus hepaticus lacte ſuperatus.

Obſ.

Obſ. 142. convulſiones quotidianæ pro dæmoniacis habitæ halitu calidæ & medicamentis cardiacis ſanatæ.

Dec. III. ann. III. obſ. 64. Vino hippocratico ante paroxyſmum dato tertiana febris ſanata.

Obſ. 66. Phtiſis ſanata decocto ligni ſancti.

Obſ. 68. a ſtramonii ſemine fauces conſtrictæ, vertigo, delirium.

Omitto illepidam fabellam *obſ.* 112. & alia vana.

Georg Heintke Medicus Vratislavienſis.

Dec. II. ann. IV. obſ. 98. Mercurius vivus datus retentus, cum tamen purgantia admiſta fuiſſent; leve inde ſalivationis indicium, & demum ſexta fere hebdomade hydrargyrus de corpore expulſus.

Ann. V. obſ. 56. cum ruſticus vehementiſſima ſanguinis miſſione poſt ſyncopen valde viribus fractus eſſet, noſter eum cibo levavit.

Obſ. 58. In cachectici cadavere hepar concavum ſcirrhis exiguis non valde duris obſitum, in ventriculo ulcus.

Obſ. 59. Hydropis ſanati apertione ſcroti & ſcarifatione pedum exempla.

Ann. VI. obſ. 125. Cum neque alcalica, neque acida, neque ſales neutri amarorem bilis infringant, non putat icteri cauſam in ea eſſe.

Ann. VII. obſ. 144. qui in paroxyſmo epileptico canebat & concionabatur.

Obſ. 145. In febre petechiali vinum Franconicum (debilius) abſque noxa potum.

Ann. X. obſ. 47. A lumbricis ſuborta aphonia & ſumma debilitas; ſanatus ab anthelminticis.

Obſ. 48. in dyſenterico ab opii ſcrupulo in anum ſuppoſito ſopor octodecim horarum enemate diſcuſſus.

J. Christoph Hert Archiater Naſſovicus.

Dec. II. ann. IV. obſ. 103. ab obtuſo pectoris dolore, puer ſenſim ſuffocatus: moles carnea pleuræ adhærebat, in qua duo oſſicula.

Obſ. 104. intolerabilis manuum pedumque calor, ut etiam aqua, in quam deponebantur, inde caleſceret. Verum ſuborta inde gangræna artus amiſſi ſunt.

Obſ. 105. tres plicæ reſectæ intra trihorium reparatæ.

J. Theod. Moeren Medicus in Rhingowia.

Dec. II. ann. IV. obſ. 128. circa glandulas lumbales, in duplicatura peritonæi ſacculus, in quo calculi, quorum alter viginti unciarum erat pondere.

Dec. III. ann. I. obſ. 71. Dyſenteriæ epidemicæ graſſantes; deinde febres continuæ verminoſæ; demum catarrhalis epidemica cum paralyſi linguæ & artus ſæpe conjuncta.

Ann. II. Obſ. 206. a granis tribus tartari emetici cum ſale Abſinthii ſumtis, alvus vehementiſſime reſpondit, cum frigidis ſudoribus, laudano & ſimilibus ſanata.

Ann. III. obſ. I. ſudori adſuetus nocte frigida & humida aëri expoſitus, epilepſia correptus, periit in paroxyſmo ſanguine per os erumpente.

J. Benedict Grundel Stiriacus.

Ann. IV. obſ. 165. Lacti ſimilis humor ſanguini miſſo innatans, etiam cum nulla eſſet ſuſpicio de chylo.

Obſ. 166. Mania ſanata tartaro emetico.

Obſ. 213. a melonibus alvus conſtipata limacibus demum ſoluta.

Obſ. 214. a fragis comeſtis anxietates, pectoris anguſtia eryſipelate erumpente ceſſans.

Obſ. 215. acidulæ Roitſchenſes utiliter in declinatione febrium intermittentium datæ.

Ann. VI. obſ. 147. a lapſu memoria deleta, ut tamen ſana mens ſibi conſtaret.

Obſ. 148. *Ann.* 1687. ſævientes febres epidemicæ intermittentes ſpuriæ, ſolis catharticis curabantur.

Ann. VII. obſ. 202. poſt atroces ventris dolores, arenulæ per anum.

Obſ. 203. Venenum canis rabidi demum poſt octennium in hydrophobiam erumpens.

Ann. VIII. obſ. 103. nigri capilli a morte caneſcentes.

Dec. III. ann. I. obſ. 66. jure braſſicæ muriatico febris continua ſanata.

Obſ. 67. Quartana diſpulſa octo libris vini potis, deinde ſudore moto.

Ann. IV. obſ. 81. mendicus voraciſſimus, qui etiam 32 libras biberet.

Ann. VIII. obſ. 161. qui a graviſſimis odoribus graviter quidem in ventriculo adfectus, nihil in naribus percepit.

Obſ. 162. hydrops uteri thermarum uſu curatus.

FINIS TOM. III.

BIBLIOTHECA
MEDICINÆ PRACTICÆ

QUA

SCRIPTA AD PARTEM MEDICINÆ PRACTICAM FACIENTIA
A RERUM INITIIS RECENSENTUR

Auctore

ALBERTO von HALLER

Domino Quondam In Goumoens Le Jux Et Feudi In Eclagnens;
Equite Stellæ Polaris;
Præside Societatis Regiæ Goettingensis;
Præside Societatis Oeconomicæ Bernensis;
Sodali Academiæ Regiæ Scientiarum Parisinæ; Academiæ Imp.
Nat. Cur. Acad. Imp. Russ. Boruss. Suec. Bonon. Arcadicæ;
Academiæ Regiæ Chirurgorum Paris.; Societ. Reg. Brit.
Bot. Flor. Bavaricæ. Helveticæ. Coll. Med.
Edinburgensium.
In Supremo Senatu Reip. Bernensis ducentumviro

EX EJUS SCHEDIS RESTITUIT, AUXIT ET EDIDIT

JOACHIM DITERICH BRANDIS M. D.
Medicus Hildesiensis.

TOMUS IV.

AB ANNO 1686. AD A. 1707.

BERNÆ apud Em. Haller, & *BASILEÆ* apud Joh. Schweighauser.
M DCC LXXXVIII.

PRÆFATIO EDITORIS.

Prodit tandem partis poſthumæ Bibliothecæ medicinæ practicæ ALBERTI von HALLER volumen ſecundum idemque ultimum, in quo edendo quam rationem ſecutus ſum, paucis indicare par eſt:

Chartæ igitur, in quas HALLERUS hujus voluminis materiem olim conjecerat, tremula ſenis venerandi manu, quæ literas paucis lectu faciles pingere ſemper ſolita erat, conſcriptæ, VICAT V. Cl. quod is cætera HALLERI ſcripta accurate depingere optime calleret, traditæ ſunt. Sed is quoque, opere vix inchoato, diem obiit ſupremum. Atque paucas tantum ſchedulas ille deſcripſerat, easque tam parum accuratas, ut multos admitteret errores, quibus omnis operis auctoritas peſſumdabatur; ſed ab HALLERO literæ adeo male exaratæ fuere ut niſi ipſos, quibus auctor hauſerat, fontes proprio ſtudio adires, juſta rerum minus uſitatarum verba, tum locorum perſonarumque nomina haud eruere poſſes; ea autem librorum copia VICAT deſtitutus fuit. Tandem a Bibliopolis mihi traditæ ſunt illæ HALLERI ſchedulæ, ut opus fere deſperatum inde perficerem. Nec refugi laborem, quem longum quidem, tædii ſæpe moleſtiæque plenum cognoſcerem, eum tamen, qui pertinaci & indefeſſo ſtudio ac

in tanta librorum, qua tum Gœttingæ fruebar, copia vinci poſſet. Neque dubitabam, fore ut meum qualecunque in hoc opere poſitum ſtudium haud male collocatum videretur, mihique juveni virorum doctorum gratiam ac favorem conciliaret.

Atque ne viri admirabilis integræ intaminatæque famæ mea vel incuria vel temeritate labem adſpergerem, ac ſancti Halleri manes impie a me læderentur, ipſe hanc ſeveram mihi legem dixi, ut omni, qua fieri potuit, cura fontes, quibus ipſe hauſerat, evolverem, & alios præterea, qui mihi præſertim in reſtituendis nominibus opem ferre poſſent. Largam horum copiam mihi ſuppeditabat Bibliotheca Acad. Gœttingenſis, cujus divitias mihi non inviderunt Heynii V. Ill. humanitas & Reussii mei amor. Tum Baldingerus V. Ill., cui Viro ego tot & tanta inſuper debeo, ut ejus, dum vivam, grata memoria animo numquam ſit deſcenſura, lautiſſima hiſtoriæ medicinæ literariæ ſuppellectile liberaliſſime me inſtruxit. Denique Gmelin & Blumenbach, Viri ſummi mihique amiciſſimi, cum bonis conſiliis tum ſuppeditando fontes, quibus haurire poſſim, ita me adjuvarunt ut, ſi quid boni ego præſtiterim, hujus gratia ad eos maxime pertineat.

Alia quædam, nec contemnenda, pro ſuo in rem literariam ardore ad me miſit de Murr V. Ill. Ne vero in deſcribendis titulis librorum, qui ihiſpano diomate conſcripti fuerunt quorumque notitiam

notitiam CAP de VILLA HALLERUS debebat, peccarem, cavit TYCHSENII in literis hiſpanicis accurata eruditio & numquam non laudandum mei ſtudium.

Cùm igitur tanta librorum copia eſſem inſtructus, omnes fere librorum titulos ex ipſis fontibus deſcripſi, ut hæc opera certam haberet auctoritatem. Forſan tamen in tam vaſto opere humani ingenii imbecillitas quædam admiſit vitia, quorum veniam a lectorum æquitate oro rogoque.

Quod vero ad judicia attinet, quæ HALLERUS de auctoribus fecerat, in his quædam adeo confuſe ſcripta erant, ut ejus ſententia nulla opera erui ne divinari quidem poſſet. Adhibui ergo methodum ſtudii medici Bœrhaavianam, vel ipſos, de quibus HALLERUS judicaverat, libros evolvi, indeque cenſuras, quæ proxime ad ejus ſententiam accederent, confeci.

Jam cum quosdam reperiſſem libros, quos HALLERI diligentia omiſerat vel plane non cognoverat, hos inſerui addita ſigla BR.

Fuere quoque inter ſchedas Hallerianas quæ ad hiſtoriam medicinæ literariam annorum MDCCVIII—MDCCX. pertinerent. Verum cum ex tam curta materie juſtum opus componi nullo modo poſſet, conſultius viſum eſt hæc omnino omittere. Jam ab initio enim conſtitueram hoc ab HALLERO inſtitutum telum ad noſtra

usque

usque tempora pertexere. Inde ſedulo collegi librorum libellorumque titulos, & ad ſuum quemque annum retuli. Adjeci quoque de auctoribus judicia quæ ex optimæ notæ ephemeridibus literariis excerpſeram vel ipſe propria lectione feceram. Prætuli tamen, ut par erat, ubique HALLERI cenſuras, quas ille vel in Methodo ſtudii medici vel in indicibus literariis Societatis Gœttingenſis propoſuerat. Verum cum praxis, quam vocant clinicam, bonam diei partem ſibi vindicet, vix promittere auſim, quo demum tempore opus inchoatum ad finem perducere poſſim. Sed, niſi vanum augurium fuerit, intra triennium abſolutum iri ſpe concipio. Non accelerabo tamen laborem, quo operi a ſummo in hac re artifice inchoato & prope abſoluto, faſtigium imponi debet.

Fuere qui juberent, ut rerum quoque in his quatuor voluminibus contentarum indices conficerem. Quare laborem illum ingratum quidem ſed utilitatis plenum ſuſcepi, & cum indicibus auctorum abſolvi. Ne tamen hoc, quod jam vulgatur, volumen mole ſua laboraret, tabulas rerum alio tempore, forſan proximo jam anno, typis tradere conſtitutum eſt, auctorum vero indices huic volumini adjeci. Scripſi Hildeſiæ m. Septembris MDCCLXXXVII.

J. D. BRANDIS.

BIBLIO-

BIBLIOTHECA PRACTICA.

LIBRI UNDECIMI CONTINUATIO.

GEORG. ERN. STAHLIUS.

§. DCCCXCVIII.

Petrus Chirac

Conchenſis, ex Ruthenis, vir acris ingenii, hypotheſibus & fervoribus deditus, adverſus æmulos animoſus, demum archiatrorum comes.

In E. N. C. *Dec.* II. *Ann.* IV. experimentum narrat de vomitu ſublimato corroſivo moto, in quo vix ullus motus ventriculi adparuerit.

Ej. *Diſſ. academica, in qua diſquiritur an incubo ferrum rubiginoſum?* Monſpel. 1692. 12. Astr. & in *collectione*, Parif. 1744. 12. *. Ætiologia fuſa, de more auctoris ingenioſa. A debilitate eſſe fermenti ventriculo proprii, & a cruditate acida, quæ ex hoc vitio ſequitur.

Ej. *Diſſ., in qua diſquiritur an paſſioni iliacæ globuli plumbei hydrargyro præferendi?* ibid. 1694. 12. Bur; & in *collectione* Pariſ. 1744. 12. *. Non credit.

Ej. *Specimina vitioſæ corporis humani mechanices.* Specimen pathologicum a. 1697. 8. ſcriptum a J. Gabriele de la Ville, quod MS. eſt apud Cl. Rastium Nitidus codex, & pathologia hypotheſibus quidem niſa non male cohærentibus. Rerum nihil.

Ej. *Theſis E. ſuppuratione terminata, aquæ ſalibus deterſivæ factæ præferendæ ſunt ſarcoticis oleoſis.* Monſpel. 1707. 12. *; & gallice verſa, *Obſervations ſur la guériſon des playes.* Paris 1742. 12. *; cum libello Antonii Fizes.

Ætiologiam continet febris & ſymptomatum vulneribus ſupervenientium. Medicamentorum vulnerariorum recenſio. Medicatio interna vulneratorum.

Ej. *Tr. des fiévres malignes & des fiévres peſtilentielles*, Paris 1742. 12. In magnis venis ſanguinem coactum ſe reperiſſe, & vaſa cerebri turgentia, ventriculum maculis gangrænoſis varium.

Diſſertations & conſultations medecinales de CHIRAC & SYLVA Pariſiis prodierunt 1744. 12. *. Verum CHIRACI pauciſſima ſunt conſilia, multa cum ratiocinatione. Vitam ibi reperias, quæ etiam eſt in *Comment. Acad. Reg. ſcient.*

Lego etiam CHIRACI *Obſervations ſur les incommodités auxquelles ſont ſujets les équipages de vaiſſeaux & la maniere de les traiter.* FALC. abſque anno. (Prodiit Pariſ. 1724. 8. Elog.)

§. DCCCXCIX. TSCHIRNAUSEN.

ALII.

WALTHER ERN. V. TSCHIRNAUSEN, vir nobilis, mathematum & phyſices experimentalis amans, maximi ſpeculi cauſtici faber; in *Medicina corporis, ſ. cogitationibus admodum probabilibus de conſervanda ſanitate*, Lipſ. Amſtelod. 1686. 4. 1695. 4. *, ſingularia conſilia dedit, ut poſſit valetudo conſervari, & reparari, abſque medicamentorum uſu.

Primum ad CELSI exemplum jubet nos, quando vires ſufficiunt, nulla certa lege nos adſtringere, ſed adſueſcere noxiis. Cibos guſtare nulla prægreſſi alicujus judicii cum memoria; tum ſi ſapiant frui, ſi diſpliceant abſtinere. Cibos contrarios, ut pinguia & macra (carnes melius & vegetabilia) ita temperare, ut alternatim alterutrius generis cibo utamur. Ad contraria prioribus ſenſim adſueſcendum. Si membra noſtra nobis graviora viſa fuerint, ſudore ſuperfluum diſpellendum. Si abſque adpetitu adcubuerimus, parce eſſe capienda alimenta, uberius ſi placeant; integre abſtinendum ſi nauſeaverimus. Ubi primum morbi ſenſum perceperimus, de cibo detrahendum, neque adſumendum niſi gratum. Si dolor aut debilitas perſtiterit, continuo ab omnibus negotiis abſtinendum, in aerem novum, ſed modice calidum, tranquillum ſe conferendum, ab omni cibo abſtinendum, ut tamen oblatum adſpiciamus. Deſiderio vero cibi majori ſatisfaciendum, quieſcendum omnibus membris, calore corpus fovendum, ſudorem ciendum. Se poſt octo horarum ſudorem quaſi novum hominem factum fuiſſe.

In *vita viri* FONTENELLIANA legimus ad ſua conſilia utique eum ſe rexiſſe, ad hyemem quiete & ſeceſſu in ſolitudinem, ſe præparaſſe.

Germanice verſum prodiit, *die curioſe Medizin.* Lüneburg 1705. 12. (Edit. tertia) & *zweyter Theil.* 1708. 12.

J. ANDR. STISSER, Profeſſor Helmſtadienſis.

EJ. *de machinis fumiductoriis curioſis.* Hamburg. 1686. 4. *.

EJ. *Febrium intermittentium conſideratio nova, jatricæ modernæ placitis accommodata.* Brunſwici 1687. 4.

EJ. *Diſſ. epiſtolica ad* THEODORUM KERKRING *de phænomenis quibusdam chymico-phyſicis, vario experimentorum tentamine obſervatis.* ib. 1688. 4.

EJ. *Commendatio chemiæ.* Helmſt. 1689. 4. MENZ.

EJ. *de podagra & quibusdam adverſus eam remediis.* ib. 1690. 4.

EJ. *de ſolamine arthriticorum, ſ. de podagra & ſelectioribus adverſus eam remediis.* ib. 1690. 4.

EJ. eſt *Laboratorii chemici ſpecimen* I. ib. 1690. 4.; *ſecundum* ibid. 1693; & *tertium* ibid. 1698. 4.

EJ. *de variis erroribus chemiæ ignorantia in medicina commiſſis.* ibid. 1700. 4: alii 1701. *Diſſ. epiſt. ad* LEIBNITZIUM.

EJ. *Aquarum Hornhuſanarum Examen.* ibid. 1689. 4. BR.

CAROLUS Comes DE CABALLIS, Veronenſis, medicus.

EJ. *Phænomena medica ſingulari intuitu recenſa.* Venet. 1686. 12. *. Sunt centum adnotationes medicæ, nimis contortuplicata dictione propoſitæ. Pulſum undoſum præſagire morbum longum. Hæmorrhagia narium denique ſuppreſſa oſſibus ceti in oleo exſtinctis, inque nares datis. Noctambula curata laminis plumbeis ad lumbos admotis. Pilulæ purgantes, quæ fæculam bryoniæ recipiunt (inertem farinam). Inunctione devorata, motus in febre ſudor, felici errore. Tænia 16 ulnarum per validum draſticum expulſa, eventu felici. Tubercula cancroſa & cancri reſecti, cruor ferramentis candentibus repreſſus, eventu felici. Anevryſma preſſione laminæ plumbeæ curatum. Alvus 37 diebus ſtipata, demum concuſſo corpore liberata. Capucino funiculus tartaro cinctus pro calculo exciſus. A forti purgante ſemiputridi gemelli feliciter expulſi. Luem veneream ſanavit ſudore per guaiacum 40 diebus expulſo, inunctione mercuriali decima quaque die interpoſita. Ulcus recentiſſimum pulmonis facile ſanari. Phthiriaſis. Albus & lacteus ex vena liquor. Hydrocephalus ſanatus cucupha. Melancholicus ſanatus ruptis venis varicoſis. In matrona pruritus venereus

venereus & pollutiones ſuperatæ ſingula octava die vena aperta, alvo etiam ducta. Fungus ambiens exitum ureteris in veſicam. Cancer aſperiuſculo liquore irritatus eventu funeſtiſſimo. Rotula (quid?) de veſica exciſa loco calculi, tartarea materie circumnata. Peripneumonia cum pulſu molli: pus in pulmone. Ex terrore ſuppreſſi menſes, malum hyſtericum: ſanatum quotidiana parca venæ ſectione, cauteriis ad inguinis glandulas admotis. Pueruli membro a laſciva nutrice vulvæ admoto, lues in miſero excitata.

Conſiderationes medicæ ſ. conſilia ſex. Laudat arteriotomen.

§. DCCCC. Varii.

Laurentii Donkers, *Idea febris petechialis, ſ. tractatus de morbo puncticulari, ſpeciatim de eo quo annis abhinc* 13 *Colonia ejusque vicinia adflictæ fuere.* Leid. 1686. 8.

Medicinæ vindiciæ Gallo-Belgicæ. Tornaci 1686. 12. Si huc facit.

Pancratii Euonymi, *Pyretologia myſtica, h. e. diſcurſus ſingularis de febribus.* Padua 1686. 8.

Nicolaus Franciscus Suan Juan i Domingo, medicus Cæſarauguſtanus, *de morbis endemiis.* Saragoſſa 1686. 4. C. de V.

Juan de Cabriara, *de los tiempos y experiencias el major remedio al mal por la nova antiqua medicina carta philoſophica medica chemica.* Madrid. 1686. 4. Hansen.

Stephan Bachot, *Parerga, ſ. horæ ſubſecivæ.* Pariſ. 1686. 12. Bur.

Ej. *an Chocolatæ uſus ſalubris.* Lutet. 1684. Br.

Ej. *an affectibus melancholicis manna.* ibid. 1685. Br.

Ej. *eſt ne phlebotomia omnii ætati, omnium morborum magnorum princeps & univerſale remedium.* ibid. 1687. Br.

Jacobi Sylvii, Dublinenſis, *noviſſima idæa de febribus, & earumdem cura mechanicis principiis ſuffulta.* Dublin 1686. 12. Febres eſſe a perturbata miſtione particularum ſanguinis. Curari calidis: pulſum enim frequentem tantum eſſe a craſſitie ſanguinis quem cor laborioſe propellat. Camphoram laudat, ſal volatile oleoſum, ſimilia.

Idem in *Nouvelles de la Republ. des lettres* a. 1686, de puella cui undique cornua effloreſcebant, de qua & Georgius Ash.

Pharmacopœa Holmienſis. Holm. 1686. Hotton.

Severini

SEVERINI SARTORII, *Catalogus tam ſimplicium quam compoſitorum quæ Dresdæ in officina pharmaceutica maxima proſtant.* Dresd. 1686. 8. RIV.

NICOLAI STEPHANI, *officina chymica Londinenſis.* Hamburg. 1686. 12.

Funebria dicta J. ZIEGLERO *phyſico in Cotbus.* Francof. Viadr. 1686. fol.

Lumen rationale ſ. praxis medica. Medioburg 1686: & cum CRAANENI *obſervationibus.* Leid. 1689. 4.

§. DCCCCI. VARII.

JEAN CHARDIN, *Journey to Perſia* (London 1686. fol.). Gallice Amſterdam 1711. 12. 10 Vol. &c.

Etſi lapidarius mercator fuerit, cum tamen homo eſſet recti judicii neque litterarum ignarus aut linguarum orientalium, plus fere fructus de ſuo itinere retulit quam quiſquam aut ante eum aut nuper. Perſiæ in primis ſtatum verum, etiam medicum accurate expoſuit tomo quinto; ut etiam veſtigia aliqua circumeuntis ſanguinis apud Perſas invenerit. Medicorum, chirurgorum conditio. Morbi endemii. Peſtis ignota, ſed dyſenteria a potu gelato acuta, pleuritis, hydrops, tinea, infantibus frequentiſſima: icterus ad oram maris Caſpii endemicus. Lues venerea vulgatiſſima ſed mitior. Tum de medicamentis. Multum uti nuce vomica. Manna Sekenjamin, Myrrha, Opio, Caſſia ſenna, Glycyrrhiza, Galbano, Alcali vegetabili, Sale Ammoniaco, Auripigmento utuntur. Mumia ſ. petroleum purum ad fracturas. Aquæ minerales. Medicandi ratio. Plurimi julepi & refrigerantia medicamenta, quibus nimium utuntur: radix chinæ vera analeptico ſcopo. Frequens frictio; frequens uſus in acutis morbis limoniorum. Balnea quotidiana deſcripta. Verum neque chemia ipſis ignota eſt, ut potius ei nimium indulgeant. Capreas bezoardicas aluit: in centro lapilli ſemper ſpinam reperit aut lignum.

Paſſim alia etiam medica & utilia ſparguntur. Scorpionum ictus in Perſia intra paucas horas funeſtus, potiſſimum nigri Cachanenſis. Vena Medinenſis deſcripta. Ab ciſternæ inſectis alatis naſci putat.

T. TURNER, *the womans counſellor, or the feminine phyſician.* Lond. 1686. 8.

J. DANIEL GEYER, Archiater Saxonicus.

EJ. *Thargelus* APOLLINI *ſacer continens trigam medicam ex regno animali, minerali & vegetabili*, prodiit Francof. 1687. 4. *. Montes conchiferi Abzeienſes & dictamnographia vix huc faciunt, etſi in iſta quidem vires medicæ continentur. Magis ad nos facit tr. de cantharidibus ad modum *Nat. Cur.* Collectitia quidem ſunt pleraque. Non ſatis vera hiſtoria puellæ quæ acus crinales evomuit. Cum cantharidibus faſciculi pilorum vomitu redditi.

EJ.

Ej. *müſſiger Reiſeſtunden gute Gedanken.* Dresd. 1753. 4. *. Quinquaginta annis poſt priorem librum horis ſubſecivis ſcriptæ ſunt novemdecim epiſtolæ, dum noſter aulam comitabatur. Multa diætetica, ut de Bucarophagia, aut de terra medicata Africana, ex qua in Luſitania vaſcula fiunt, quæ demorſa deglutiunt.

De *content & bon-point*, farinæ generibus & potu aromatico: de variis cibi & potus ſpeciebus: de Nicotianæ pulvere qui naribus ſubdatur.

Ej. *Meletema in* SUETONII AUGUST. *cap. VIII. de harundinatione* abſque anno.

De hydrargyro, & ſalivatione eo ſemimetallo mota. Huc interruptio per purgationes. Salivationem vehementer improbat, ei invento frequentes miſerias hominum tribuit, qui imperfecte ſanati languent. Decoctum lignorum. Ejus formula & utendi modus. Alia arcana ſiphilitica.

De *Panja* ſelectiſſimo polline tabacario.

Zoſter ex viru petechiali mutato natus.

De Vampiris, ubi ſtamen admittit durabile a morte ſuperſtes & cum mente connexum. Vampirum naſci ex fermentatione corporis corruptibilis exhalabilis. Omnino decollatione, palo, deſtrui.

De ſuperſtitioſa uſtione D. HUBERTI in hydrophobia & variis.

Von der Mercurialcur eines Hottentotten.

Hydrargyrum nunquam plene vim corroſivam exſerere.

De morbo qui a ſecali corniculato oritur.

De morbo pro dæmoniaco habito.

Carthuſiani Lithuanici ex cœnobio Breſez ob nimium olei & piſcium uſum variis morbis obnoxii.

De homine qui ſtrumas ligando ſanabat.

Ad cancrum arcana.

Carolinis thermis minus favens, carpit etiam potiſſimum quod calculum faciant. A pyrite calorem habere negat. Abſque bibliotheca cum ſcripſerit & vago in vitæ genere, ingenium laudes, ſollicitam curioſitatem non deſideres. Habet tamen pluſcula alibi non facile reperienda, potiſſimum eo ævo.

GRASSINI FARRA, *Tratt. dell' ipocondria e ſuoi accidenti e remedii.* Venez. 1686. 12.

J. DE

J. DE TERTIIS, *de curioſitatibus, in quo natura ſtramentorum formationis & qualitatis, odoris & effluviorum explicantur.* Lugd. Batav. 1686. 8. *Journal des ſavans.* Salubres eſſe ſtraminis exhalationes.

CHRISTOPHORUS DE SERA pſeudonymus:

EJ *Experiencias y remedios depobres.* Barcellona 1686. 16. C. de V.

Vertu & methode d'uſer du febrifuge incorruptible. Chambery 1686. 12.

GUY TACHART, *Voyage des peres Jeſuites envoyés de Siam &c.* Paris 1686. 4: & *ſecond voyage.* ibid. 1689. 4.

DE LA COUR, *Régime de ſanté, pour ſe procurer une longue vie & heureuſe vielleſſe contre un livre intitulé le médecin de ſoi-même.* Paris 1686. 12. D'ETR. BUR. 1690. 12. Contra JOHANNIS DE VAUX *le médecin de ſoi-même.*

HENRI EMANUEL MEURISSE, *l'art de ſaigner accommodé aux principes de la circulation du ſang.* Paris 1686. 12. 1689. 12. 1728. 12. DE VAUX. Venæ ſectionem oculis adeo non nocere, aut ea repetita amauroſis ſuperata fuerit. Fuiſſe cui per graviditatem 48ies. ſit vena ſecta, & alia exempla enormiter repetitæ miſſionis ſanguinis. Revulſio, derivatio &c. Venarum ſelectus. Symptomata ſupervenientia, eryſipelas. Cucurbitulæ &c. Præjudicatæ de venæ ſectione opiniones.

Æmophile en deſordre, ou l'art convaincu d'impoſture dans l'uſage de la ſaignée. Cologne 1686. 12. Declamatio. In ſanguine vires & vitam eſſe. Victimam mali conſilii reginam fuiſſe. Corruptum ſanguinem ab ea non corrigi.

Recit de la tortue tirée du genou d'un Muſicien par les ſecrets D'ANTOINE FARDELLA. Chambery 1686. 12. FALC.

D W. M. B. R. M. P. *das nicht bekannte und oft turbirte Podagra, oder gründl. Unterſuchung der Gicht und Podagra, deren bisher nicht genugſam erkannten Urſache &c. und Beſchreibung einer guten Medicin, und Examination etlicher Arcanorum, als der tincturæ antimonii per ſe, des auri potabilis, des auri deſtructi, und des ſpiritus mercurii.* Regenſpurg . . . 8.

Verſuch die Fieber zu vertreiben, wobey zugleich des Cortex China chinæ Tugend und Würkung an den Tag gelegt wird. Hanau 1686. 4. alii Francof.

Der treu und aufrichtige Medicus. Brugge 1686. 8.

Anleitung peſtilenziſche Druſen, Beulen zu curieren. 1686. 8.

M. S. P. *gründliche Anweiſung wie man alle peſtilenziſche und giftige Druſen, Beulen,*

Beulen, Carbunkeln und Apoſtemata recht erkennen, unterſcheiden und curiren könne. 1686. 8.

Miſsbrauch und rechter Gebrauch der Medicin. Nürnberg 1686. 8.

I. C. B. A. H. P. M. D. *der verſtümmelte Miſs- und belobte rechte Gebrauch der edlen Medicin.* ibid. 1686. 4. Tr.

§. DCCCCII. Disputationes.

J. Petr. Fischer, *de gonorrhœa virulenta.* Leid. 1686. 4. *.

David Kinner, *de ſingultu.* ib. 1686. 4.

J. Philip. Maulius, *de abortu.* ib. 1686. 4. *.

Elias Ring, *de aphthis.* ib. 1686. 4. *.

Caspar de Porta, *de podagra.* ib. 1686. 4. *.

Ejusd. *medicina brevis exhibens hominis machinam ejuſque morbum morbique curationem ſelectis medicaminibus inſtituendam, ad mentem neotericorum.* Leid. 1687. 4. Moell. 1688. 8. B. Thomas. 4.

Joseph Anderson, *de chloroſi.* Utrecht 1686. 4. *.

Isaac Reessen, *de catarrho.* ib. 1686. 4. *.

Wilhelm Schak, *de chloroſi.* ib. 1686. 4. *.

J. Wilh. Hansen, *de rabie canina & hydrophobia.* Duisb. 1686. 4. *.

Dan. Christoph Becker, *de ſalubri potu calidæ.* Regiomont. 1686. 4. Pl. Roſtoch 1686. 4. Hæn.

J. Georg Roeser, *de Hermete Triſmegiſto literarum inventore ſive Mercurio.* Witteb. 1686. 4.

J. Ger. Gruhlmann, *de difficultate inteſtinorum.* Erford. 1686. 4. Hæn.

Ej. *de novo contra oculorum caliginem remedio c. Tab.* Jen. 1706. Hæn. Br.

Car. Phil. Lombard, *de paralyſi.* Marburg. 1686. 4. Pl.

Ej. *de hæmorrhagia narium.* ib. 1686.

Ej. *de febre petechiali.* ib. 1688. 4.

Ej. *de dyſenteria.* Herborn 1689. 4. Pl.

Ej. *de chylificationis ſtatu naturali & præternaturali* Marburg. 1689. 4. Vat.

Ej.

Ej. *de ſcabie.* Herborn. 1689. 4.

J. David Philippe, *de catalepſi.* Baſil. 1686. 4. Pl.

J. Burgower, *de pleuritide ejuſque cauſis.* ibid. 1686. 4. Pl.

Theodori Zwiki, *de ſomni naturalis & præternaturalis natura.* ibid. 1686. 4.

Frid. Gottl. Sylvest. Erkels, *de inflammatione in genere.* ib. 1686. 4.

Petri Perreau & Urb. Leaulté, *E. præcavendis tum corporis tum animi morbis aquæ potus.* Pariſ. 1686.

Mich. Pichonnat & Franc. Poitou, *E. alvi diuturno fluori vomitus.* ibid. 1686.

Barth. Deuxivoye & Nic. de la Carliere, *E. demoliendo difficili enterocele emeticum.* ibid. 1686.

J. Garbe & Franc. Duul, *E. propter vivendi modum divites ſunt plebeiis pauperibus longæviores.* ibid. 1686.

Paul Courtesis & J B. Doye, *E. ſanis & ægrotis benigna & ſimplicia medicamenta alimenta.* ibid. 1686.

Guil. Petit & Franc. Poitou, *E. ex paucis & parabilibus ſalubrior vivendi ratio.* ibid. 1686.

Urb. Leaulté & Ant. Douté, *non E. hoſpitis animi mores ab hoſpitii ſtructura.* ibid. 1686.

J B. Doye, *E. ſi ſuus cuique præſtitutus vitæ terminus neceſſaria medicamenta.* ibid. 1686.

Steph. Bachot & Fr. Vernage, *non Ergo urinis ſe medicum profeſſo ſtatim credendum.* ibid. 1686.

§. DCCCCIII. Diaria ad a. 1686.

Hoc anno Parmæ Benedictus Bacchini & Gaudentius Roberti ceperunt edere *Giornale de letterati*, quod ad annum 1690 continuatum eſt quinque partibus, inde ab a. 1692 ad 1697 repetitum auctore Benedicto Bacchini. Hoc anno nihil facit ad rem medicam. Hæmoptoe ſanata numeroſis lapillis variæ figuræ egeſtis.

In *Phil. Tranſ.*, quarum vol. XVI. ſpectat ad a. 1686; in N°. 185. Edmundus King, (Birch p. 501.) de lapide in pineali glandula reperto, cum pituitaria ſolum fragilis eſſet. Vires mentis multum diminutæ fuerant,

fæces abſque voluntate deceſſerant. Multum ſerum inter duas meninges. In veſicula fellea calculus.

Apud Birchium in T. IV. puella nondum quadriennis pondere 256 librarum, ſtatura non ſupra conſuetam.

Richard Bulkeley, (p. 502.) virum ingenioſum poëtam & mathematicum inciſum, abſque cerebro fuiſſe, quod totum in putrilaginem evanuiſſet.

P. 509. Podagræ paroxyſmus profligatus cereviſia in qua ſinapi maceratum.

In *Hiſt. de l'Acad. des ſciences* T. II. Théroudé chirurgus de hernia ſubito mortuo in cujus valvulis aorticis concrementa oſſea.

In *Journal des ſavans* 1686. N°. 6. de puella cui acicula in aſperam arteriam illapſa fuerat; unde abſceſſus apertus & mors tabida, atque acicula in abſceſſu ureteris tecta tartaro.

N°. 9. A vulnerata arteria ſublinguali hæmorrhagia pertinax, quæ demum pulveri ſympathetico ceſſerit.

N°. 14. Fetus ventralis.

In tumore capitis animal ſimile cancro.

A morte ſubita tria corpuſcula, ſanguinis ut videtur coacti, ſupra valvulas aorticas.

In *Nouvelles de la Rep. des lettres*, lapillus in utero lamellatus, in femina fere in ſceleti ſpeciem reducta.

Ib. Volvulus ab incarceratione cæci inteſtini in anulo, circa quem varices herniam prementes effloruerant. Omentum corruptum.

In utero feminæ macilentiſſimæ calculus quatuor unciarum.

In *Ephemeridum naturæ curioſorum Dec. II. Ann. V.* ſ. 1686; Alberti Gunter, de arthritidis ac nephritidis cauſa: de acidi calefaciente & bilis frigefaciente proprietate habita lectio d. 9 Nov. 1682, in congreſſu medico Hieronymi Brassavolæ; redit in appendice hujus voluminis. Selectus ſuffecerit. Acida ſalia arthritico valde nocuiſſe, convaluiſſe ab uſu alcalinorum.

§. DCCCCIV. Johannes Floyer.

Eques medicus, apud exteros vir non ſatis notus, plurima propria habet & ſua, & meretur magis innoteſcere.

Ej.

EJ. Φαρμακοβασανος, *or the touchſtone of medicines, diſcovering the virtues of vegetables and animales, by their taſtes and ſmells.* London 1687. 8. *. Multa propria & bona continet, nihilo deteriora quod ſimplicia. In P. I. in genere quam portionem olei, terræ, ſalis quiſque ſapor deſignet, claſſibus factis ſaporum. Intercedunt chemicæ minime malæ analyſes.

In P. II. Catalogus ſtirpium aliorumque remediorum ſimplicium eſt, in qua parte plurima propria ſunt auctoris, qui plantas omnes ipſe guſtavit, & per ſingulas partes. Ecce aliqua: Solani folia manu fortiter preſſa odorem habere fere chocolatæ. A ſucci unciis duodecim canem ægrotaſſe tamquam a narcotico medicamento. Solanum lignoſum, cum ejus baccas triginta cani dediſſet, animal in rabiem conjectum intra tres horas occidit, quod experimentum conſiderent, qui adeo vehementer hanc plantam laudant. In Taxo nihil eſt narcotici; verum a foliis vacca periit. Tithymalus (puto lunatus (*), *Wood-Spurge*) ad triginta ſemina datus, cum foliorum maceratione purgant: trita planta acidum ſpirat, ſed acrimonia ſtirpis ab aceto corrigitur. Viola tricolor aurantiorum flores redolet, tum aqua ſtillatitia. Nihil in viſco querno præ alio viſco præcipui eſt. In omnibus amaranthis acorem eſſe & aliquid ventriculo valde ingrati. Cortici peruviano ſaporem & ligneum eſſe & ſtypticum, & amarum cum amygdalis amaris convenire.

EJ. *Præternatural ſtate of animal humours deſcribed by their ſenſible qualities, which depend of different degrees of their fermentation: two appendices*; 1, *about the nature of fevers*; 2, *concerning the effervescence of the ſeveral cacochymies, eſpecialli in the Gout and aſthma.* London 1696. 8. *. Nomen auctoris dedicationi ſubſcribitur. Salium in ſanguine prædominia admittebat, & ortas inde humorum noſtrorum cacochymias. Ergo in ſanguine inque omnibus humoribus conſiderat degenerationem mucilaginoſam, bilioſam acrem, vitriolicam, ſalſam ſcorbuticam, putridam. In principio ergo tabulam dat vitiorum, etiam chyli & liquorum nutritiorum, evacuationum, motuum ſpirituum.

Deinde in ipſo opere, poſt phyſiologicam fermentationis contemplationem, a qua digeſtio ciborum pendeat, vitia ſequuntur digeſtionum per ſuas cauſas & claſſes & remedia. Seorſim de pituitoſa chyli cacochymia, de tartarea ſive acida degeneratione humorum, potiſſimum chyli, valde theoreticus. In paralyſi lympham nervorum vult coagulari. Flatulentia, unde humorum cacochymia, cum cauſis & curatione. Fermentatio humorum nimia cum ejus cauſis & remediis: nimios huc refert labores, & multum uſum alcalium & garorum. Experimenta hic habet cum bile animalium facta. Iterum oleoſus, vitriolicus, rancidus

(*) Is Tithymalus Anglis *Wood-Spurge* dictus ab HILLIO refertur ad *Euphorbiam amygdaloïdem*, vide EJUS *Herbarium Britannic.* pag. 230. Lond. 1769 & 1770 8. 2 vol. VICAT.

rancidus ſtatus humorum, qui vulgo ſcorbuticus. Viſciditas ſeri & ſanguinis; diſpoſitio inflammatoria coriacea, & ejus curatio. Cacochymia ſalſa muriatica, humorum, quam per obſervationes confirmat. Venæ ſectionem hic prodeſſe. Sanguinem ſalſum emittit, cujus locum novus & dulcior ſanguis occupet. Aciditas ſanguinis vitriolica, ſ. melancholica: eum ſtatum humorum confirmat per conditiones ſeri in vomitu cruento redditi. Putrefactio humorum, ſ. degeneratio fætida.

Febres eſſe nimiam fermentationem putredinoſam a diſpoſitione interna natam, exque cacochymia aliqua earum quas dixit, quam motus nimius in fervorem ciet tremulenta lucta: aliæ cauſæ motum ſanguinis augentes. Ante paroxyſmum febris intermittentis præcedentem vidit hæmorrhagiam. Pro uſu corticis febrifugi. Amarum eſſe. Febres Anglis *ague* dictas ab intermittentibus diſtinguit. Febres in variis ſanguinis, quas poſuit acrimoniis conſiderat. Vidit in vetuſta febre chalybem profuiſſe, cum cortex peruvianus fruſtra fuiſſet. Non lignum, ſed corticem ſolum ſumendum. In febribus continuis malignis bezoardica calida admittit.

Introductio tractatus ad aſthma. In tuſſi convulſiva *chin-cough* corticem peruvianum profuiſſe. Aſthma refert ad conſtrictionem bronchiorum & aſperæ arteriæ, multaſque & cauſas externas refert, & remedia. Sed de eo fuſius.

EJ *of the heat, cold and temperate baths in England*. Lond. 1697. 8. HOTTON. Efficaciam Bethesdæ a ſanguine victimarum fuiſſe.

EJ. (*a*) *Ancient Pſychroluſia reviſed*. Lond. 1702 8: & *Four letters of cold bath*. Lond. 1702. 8: & (*b*) *Hiſtory of heat and cold bathing ancient and modern, with an appendix (of D. Bagnard.)* Lond. 1706. 8. 1709. 8. *. 1715. 1722. 8. *. OSB. Hos titulos lego.

(*c*) Germanice Breslau 1729. 8. *. *Beweis daſs das kalte baden geſund und nützlich ſey*.

Ordinem ne requiras, neque animi moderationem quæ laudes ſui medicamenti intra limites aliquos contineat. Noſter enim morbos omnes, acutos pariter & chronicos, denique ipſam peſtem balneo frigido expugnare vult. Epiſtolæ ſunt, I^a. de antiquitate ſubmerſionis in aquam, quæ religionis cauſa fit. Eccleſiam antiquam nudos aquæ inmerſiſſe circa annum 1600; antiquum ritum demum in deſuetudinem abiiſſe; ab eo tempore rachitidem invaluiſſe, cui morbo balneum frigidum potenter adverſetur. De fontibus frigidis quibus veteres Britanni

(*abc*) *Variæ tantum editiones ejusdem libri, cujus editio prima prodiit* Lond. 1697. ſub titulo. *An inquiry into the right uſe of Baths*. ELOG. BR.

Britanni uſi ſunt. Fontem ſe in vicinia civitatis Lichfield ſelegiſſe, totius regionis frigidiſſimum: in eo balneum ad uſus frigidæ ſe exſtruxiſſe. Innumeros morbos recenſet, quos ſuo balneo ſanaverit: cum tamen non ſupra tria minuta horæ balneum continuetur, bis tria in hebdomade, & in univerſum fere novies. Cum ſudore hoc balneum fere conjungitur. Hæc epiſtola eſt anni 1701. In Ep. II. a. 1700 data, oſtendit jam HIPPOCRATEM hoc præſidio uſum eſſe. In Ep. III. inmerſionem baptiſmalem nuper natis pueris utiliſſimam eſſe; pariter a. 1700. In Ep. IV. catalogus curationum, quas balneum frigidum ſudore moto, aucto fibræ robore produxit, in rheumatiſmis, convulſionibus, morbis hyſtericis, varicibus, rhachitide, impotentia. Sub finem D. ELLISON alio in frigido fonte peractæ curationes. A. 1701. In poſtſcripto invehitur in medicos theoreticos, alcaliſtas, arcaniſtas. Hiſtoria balneorum frigidorum apud veteres, cum curationum receirſione. Aliorum conſentientes curationes. Verſio vitioſa; e. gr. *Itale beer* bilis chalybeata, quæ bilis eſt vappida.

EJ. *the phyſicians pulſewatch to explain the art of ſeeling the pulſe and to impare it by the pulſewatch.* Lond. 1707. 8. *. T. II. ib. 1710. 8. *. Iterum etſi hypotheſibus falſis & cacochymicis deditus, tamen ſibi ipſi credidit, & proprio labore pulſuum numeros inivit, qui hactenus vagabantur incerti, ut quis celer eſſet pulſus, quis minime, nemo noſſet accurate definire. Quare pulſus, horologii ſecunda minuta indicantis ope, ad ſuos numeros reduxit, pro varietate ætatis, ſexus, vitæ generis, temporis diei. Non quidem ubique accuratum reperi, glaciem tamen fregit. Naturalem pulſum facit a 70 ad 75, qualis mihi eſt ſeptuagenario. Sed in ſeptentrionalibus regionibus non excedere trigenos, tamen ut ipſe citra 55 nunquam viderit ſummum numerum. Cholericis ad 90 pulſus tribuit; febre intermittente laborantibus diebus liberis, 85; in colica cum febre 102, in pulmonis inflammatione infantis 130.

Deinde proprio capite it oſtenſum, ut ope horologii *pulſarii* vitam producas, accurate nempe edoctus num pulſus abundent, num deficiant, cuique vitio obviam eas. Denique medicina Chinenſium cum exemplo ex CLEYERO.

In Tomo II. pulſus per morbos perſequitur & revera compendium dat praxeos, ad ſingulos nempe morbos curandi rationem.

An eſſay to make a new ſphygmologia, ſ. comparatio noſtræ pulſuum doctrinæ cum Chinenſium experimentis.

Inde reſpirationis ad pulſum ratio & de variis modis quo mutatur, utilis libellus. Pulſus naturaliter 4 & 5 in quaque reſpiratione. Equi etiam empyemate laborant, & ſolita paracenteſi ſanantur. Tabulæ pulſus & reſpirationis a vitæ humanæ mutabili conditione, tum in morbis.

EJ. *a letter concerning the rupture in the lungs.* Lond. 1710. 8. *. *And treatiſe*

treatiſe of the aſthma. Lond. 1698. 8. Hott. 1717. 8. Aſthma, quo ipſe laboravit, tribuit ruptis veſiculis minimis pulmonis, ut aer ſub membranam externam viſceris effundatur. Ipſe aſthmaticus pulſus in paroxyſmo frequentes ad 96 numeravit, cum paucis, 7 forte reſpirationibus. Proprii morbi pangraphum deſcribit. In accipitribus aſthmaticis herniam ſe reperire membranæ abdominalis. In equis quos vocant *break-wind*, ſub extima pulmonis membrana veſicæ ſunt.

Sed lego etiam exſtare J. Floyer *tr. of the aſthma.* Lond. 1717. 1726. 8. Gallice verſum Paris 1761. 8. An idem ignoro.

Ej. *medicina geromica, of preſerving old mans health, with an appendix concerning the uſe of oil and unction and a letter to* Ch. ſ. q. *on the regimen of younge years.* Lond. 1725. 8. *, quæ editio ſecunda eſt. Methodicorum metaſyncriticorum cyclos habet, ut nempe tota vitæ ratione mutata, & medicamentorum conjuncta ope, habitus univerſi corporis emendetur. Bonus libellus, breviter & aphoriſtice ſcriptus. In balneo frigido homo ſceleto ſimillimus ad firmam valetudinem reſtitutus.

Ej. *Comment on forty-two hiſtories deſcribed by Hippocrates in the I. and III. b. of his Epidemics.* Acc. theologica aliqua. Lond. 1726. 8. Tr.

§. DCCCCV. Varii.

J. Conr. Amman, Scaphuſinus medicus, qui propter peculiares aliquas religioſas notiones ſe rus recepit in Bataviam.

Ej. eſt *diſp. inaug. de ægro pleuropneumonia laborante.* Baſil. 1687. 4. Pl.

Ej. *ſurdus loquens, dat is wiskonſtige beſchrywinge op wat wyze man doof geboorene ſal konnen leeren ſpreeken.* Haarlem 1692. 8. *. Latine verſus, *ſurdus loquens, ſ. diſſertatio de loquela.* Amſterd. 1702. 8. Leid. 1727. 8. *, aucta & emendata. Germanice, *der redende Taube* &c. Prenzlau 1747. 8. *. Anglice Lond. 1694. 8.

In anatomicis diximus, omnino vero pertinet ad curationem morbi difficillimi & tædioſiſſimi, ſurditatis cum mutitate conjunctæ, quæ miſeros inutiles ab omni cum ſocietate beneficio ſecludebat. Noſter admirabili patientia didicit quibus in ſingulis partibus oris quæque littera pronuntiaretur; deinde juvenes docuit hos motus a ſe editos diſcernere, denique imitari. Sic multos & primarios & pauperes ita accurate loqui docuit, ut porro ſermonibus hominum intereſſe ſuamque perſonam tueri noſſent. Deinde & vitia ſingularia balborum & blæſorum arte docuit ſuperare. Non alia certe pars artis medendi majori cum generis humani gloria perfecta fuit.

Jacobi Tollii, *Fortuita, in quibus præter critica nonnulla tota fabularis hiſtoria Græca, Phœnicia, Ægyptia ad chemiam pertinere adſeritur.* Amſterd. 1687. 8.

Ej. *Epiſtolæ itinerariæ.* ib. 1700. 4.

Ej. *Sapientia inſaniens, ſ. promiſſa chemiæ.* Amſtel. 1689. 8.

Ej. *Manuductio ad cœlum chemicum.* ibid. 1688. 8. & Gallice ib. 12. Br.

Joachimus Targier, Dordracenſis.

Ej. *Diſp. inaug. de abortu.* Utrecht 1687. 4. *.

Inde cum nomine Targiri, *medicina compendiaria, in qua nova & veriſſima artis medicæ forma ac ratio explanatur.* Leid. 1698. 8. *. Pars ſecunda operis eſt pathologica. Non quidem fervores Sylvianos excuſſerat, neque mechaniſmum arbitrarium Cartesii, boni tamen ſenſus & veri amans meretur commendari. Cauſæ morborum. Sex res non naturales. Cacochymia varia. Non eſſe in febre putredinem. Morborum cenſus cum ætiologiis. Pleroſque tamen in cibo & potu ſuas radices habere. Criſim inordinatam eſſe fermentationem. Cæterum generalia fere proponit, nullis adnotationibus adjectis.

Paulus Hermann, Hallenſis, aliquamdiu in India orientali medicinam fecit, inde Leidæ profeſſor fuit botanices; hanc artem maxima induſtria excoluit, non ut praxis clinica ejus præcipuus finis eſſet laborum. Quæ ſcripſit, ea fere ad materiam medicam pertinent.

Ej. *Lapis Lydius materiæ medicæ, ſ. accuratum medicamentorum ſimplicium examen.* Leid. 1704. 8. *. edidit C. L. Welsch. Rariſſimus libellus. Tituli ſunt ſecundum analyſin, ut putat, ſaleſque fixos vel volatiles, oleoſos, olea &c. Ad quemque titulum nomina ſimplicium medicamentorum ad eum titulum pertinentium, cum breviſſima indicatione virium medicatarum & purgantium doſi.

Ej. *Cynoſura materiæ medicæ*, codex poſthumus. Argentor. 1710. 4. *. a J. Sigm. Henninger editus; deinde auctus, ut tria in volumina excreſceret, a J. Boeclero, Argentor. 1726. &c. Prius eſt opus ordine eodem & uſu, ſed auctius, cum cujuſque plantæ aliqua deſignatione, deſcriptione, vi medicata. Editiones Argentinenſes potiſſimum Boeclerus, ut ſuo loco dicetur, inmenſum auxit. Anglice per Eduardum Strother. Lond. 1727. 8. Br.

Ej. *Oratio fun. in obitum* Caroli Muys. Leid. 1690. 4.

Conrad Philip. Limmer, *de fonticulis, ubi irrationalis eorundem in vulgari medicorum praxi uſus oſtenditur, necnon ex fabrica corporis humani infallibiliter demonſtratur.* Serveſt 1687. 4. Riv.

D. M.

D. M. E. P. *de morborum curatione tractatus.* Lyon 1687. 8. Eiſenmann.

P. V. D. *Obſervationes ex prælectionibus* T. Craanen, *quibus emendatur & illuſtratur V. Inſtitutt. liber* Dan. Sennerti *de auxiliorum materia.* Lugd. 1687. 12. Gunz.

Casp. Wolf, *opiniones medicæ de febribus.* Patav. 1687. 8.

J. Frid. Khern, *Clavis medicinæ practicæ.* Patav. 1687. 4. Riv.

Bonaventuræ Angelieri, *Lux magna academica.* Pars II. *Primordia rerum naturalium, ſanabilium, infirmarum & incurabilium continens, inſuper de legendo* &c. Venet. 1687. 4.

J. Nicolai, *tractatus de Mercurii ſ. Hermetis ſtatuis mercurialibus* Francof. Lipſ. 1687. 12. B. Bun.

Pharmacopœa Leovardienſis. Leovard. 1687. 8.

Febris china chinæ expugnata. Ferrar. 1687. 4. Collecti ſunt libelli N. Blegny, Monginoti, cujus eſt *guériſon des fievres par le quinquina*, R. Restaurand & Jacobi Spon.

Poëtæ Rabbinici de diæta opuſculum cum verſione Wagenseilii editum Altdorf. 1687. 4. cum titulo *Exercitationes ſex varii argumenti.*

P. T. *Chymia rationalis, rationibus philoſophicis, obſervationibus medicis, debitis doſibus illuſtrata.* Leid. 1687. 4 Hypotheſium amans, de morbis etiam agit præcipuis, quos ita curat ut alcali acido ſuperet, acidum lixivio.

§. DCCCCVI. Alii.

Conrad Barthold Behrens, Archiater Britannicus medicus, (Hildeſienſis. Br.)

Ej. *Bedenken von ſchleunigen Todesfällen.* Hildesh. 1687. 8.

Ej. *Gutachten wie ein Soldat im Felde vor Krankheit ſich hüten könne.* Hildesh. 1689.

Ej. *de conſtitutione rei medicæ Hildeſienſis.* Helmſt. 1691. 8.

Ej. *Medicus legalis oder geſetzmäſſig Beſtell- und Ausübung der Arzneykunſt.* ibid. 1696. 8. *.

De conditione & officio medicorum, pharmacopolarum, chirurgorum,

Curæ

Curæ valetudinis publicæ, munditiei, puerperarum. Contagii averſio. De lue bubula & contra ejus invaſionem cautelis. Annonæ bonæ notæ earumque peccata fuſe & erudite per ſingula percurrit. Chirurgi abſtinere debent a curandis morbis internis. Errores eorum. Pharmacopolæ. Balneatores. Obſtetrices. Empirici mercatuum; alchemiſtæ; curationes magneticæ, ſuperſtitioſæ. Mortes ſubitæ per ſuas cauſas, etiam ad eas adnotationes propriæ. Polypus cordis in exemplo. Mors a levi ictu, cum tunc arteriæ in abdomine diſſiluiſſent.

EJ. *Diſſ. epiſt. de certitudine artis medicæ.* ib. 1703. 4. BR.

EJ. *Selecta medica de medicinæ natura & certitudine.* Francof. 1708. PL. GRAV.

EJ. *In Actis Reg. Societ. Berolinenſis.* Tom. I. p. 128. *De nova podagræ curatione.* BR.

EJ. *Selecta diætetica de recta ad valetudinem tuendam ratione.* Hildesheim. 1710. 4. *. Non plena quidem diætetica, non vana ſecundum ætates, conditiones: nihil de medelis; res ipſæ peculiariter, fere ex proximo. Cibi & potus ſecundum titulos. Cujuſque dotes breviter, fere de proximo, ut zeæ v. c. nimiam viſciditatem & cum hordeo affinitatem tribuat, cujus vitium ſiccitas ſit nimia. Aqua vitæ; uſus excuſatur. Res reliquæ non naturales. Mors a choreis ſubita. Pulmo ulceroſus pus effuderat. De peſte ejuſque origine, averſione. Omnino barborum ova diarrhœam ciere, maxime major M., qui flores ſalicis devorat.

EJ. *Bericht von der Peſt.* Braunſchw. 1714.

Multa præterea EJUS *obſervationes in Eph. N. C. exſtant. Vitam & elogium viri de patria optime meriti edidit* J. M. GLÆSENER. Hild. 1736. fol. BR.

WILLIAM WOTTON *Reflexions upon ancient and modern learning.* Lond. 1694. 4.

Virtu dell' aqua della regina d' Ungaria. Modena 1687. 12. Gallice recuſum.

POMERGUE *Moyens faciles & aſſurés pour ſe conſerver la ſanté, pour ſe garantir & guerir de beaucoup de maladies, ſans prendre aucun remede; accompagné d'un raiſonnement ſur l'œconomie naturelle des eſprits.* Paris 1687. 12. BUR. 1687. 8. BEUGHEM.

Remedes pour les maladies des femmes. Paris 1687. 12.

Diſcours ſur le retour des fievres intermittentes. Paris 1687. 12. GUNZ.

P. M. M. *Tr. des qualités du Quinquina.* Amſterdam 1687. 12. MONGIN.

Maniere de ſe ſervir du Quinquina. Verſailles 1687. 4.

MANDUIT, *Diſſ. ſur la goutte, où l'on en decouvre la véritable origine juſqu'ici inconnue, & le moyen de s'en garantir.* Paris 1687. 8. BEUGHEM. & 1689. 12. BUR. Sanguinis & chyli eſſe in articulis effuſionem. Aperiri debere vaſcula per quæ effunduntur; id fieri colicis, quibus dolor podagræ compeſcatur.

Du bon uſage du thé, du café & du chocolat pour la preſervation des maladies. Paris 1687. 12.

Traités nouveaux de medecine, contenant les maladies de la poitrine, celles des femmes &c. Lyon 1687. 12.

Le charlatan decouvert. Toulouſe 1687. 12. FALC.

N. de ST. ANDRÉ, Medici facultatis Caenenſis, cujus ſcripta etiam in reliquis Ill. HALLERI Bibl. non omnia recenſita reperio. BR.

EJ. *Reflexions nouvelles ſur les cauſes & les ſymptomes des maladies.* Paris 1687. 8. BR.

Liber primus & ſecundus phyſiologici ſunt argumenti, de partibus corporis conſtitutivis, nutritione & generatione agit, in tertio ſanguinis degenerationem ejuſque cauſas recenſet, quas ex primæ mixtionis rationibus deducere ſtudet, in libro 4 & 5 ortæ ex hac corruptione ægritudines & morbi, in ſexto miaſmata & fermenta humores corrumpentia. BR.

EJ. *Reflexions ſur la nature des remedes.* Reims 1700. 12. Rouen 1701. 12. HIPPOCRATEM Chemiæ & medicamentorum chemicorum peritiſſimum fuiſſe contendit. BR.

EJ. *Lettre au ſujet de la Magie, des malefices & des ſorciers.* Paris 1725. 12. Quæ dæmonibus hucuſque adſcribi ſolebant, vel ad leges naturæ, vel ad dolum & artem reducuntur. BR.

Non confundendus cum coævo chirurgo St. ANDRÉ, per partum cuniculorum ex femina ridiculus, quem Ill. HALLER recenſet in *Bibl. Anatom.*

G. B. CALDESI, *oſſervazioni anatomiche intorno alle tartarughe.* Fiorenz. 1687. 4. *.

Multa ad anatomen pathologicam faciunt. Polypus infantis ſexfidus; alius in cane. Hydatides multis factæ involucris; aliquæ oſſea materie plenæ. In vervecibus fere omnibus faſciolas plures in vaſis biliariis ſe vidiſſe; etiam in cervis & damis. In teſtudinis duodeno inteſtino acidum, in bile plurimi vermes.

mes. In pleuritide polypus. In acidis non mutantur, certe in aqua dureſcunt.

G. Cosmo Bonomo, *epiſtola che contiene oſſervazioni intorno a i pedicelli del corpo humano.* Fiorenz. 1687. 4. *. & in Redi *Operibus* T II. p. 180. Redi certe calamum eſſe diximus: in propria epiſtola vero ſibi vindicat Hyacinthus Cestonus pharmacopœus Liburnenſis amicus Valisnerii. Animalcula deſcribit quæ ſcabiem faciunt parvæ teſtudini ſimilia, male delineata: nullam ergo humorum degenerationem eſſe. Contagium eſſe ab animalculis de proximo per contactum irrepentibus.

Camillus Manara.

Ej. *Pharmaceutici Litubiani potus ad mentem* Gabrielis Frascati Brixiani *extractus, in quo natura virtus & utendi modus ejusdem ſincere continentur.* Ticini Regii 1687. 8. Br.

Ej. *La viltá del fango nei bagni di Ritorbio prezioſa, diſcorſo nel quale ſi richiade alla conguitione utilitá e modo d'adoprare eſſo fango, ſuccintamente ſi deſcrive.* Milano 1689. 8. Br.

Ej. *de moderando panaceæ americanæ abuſu, ſ. de Tabaci vitio in Europæis & maxime in Inſubribus corrigendo & emendando.* Mediol. 1707. 12. Br.

De morbis infantum Mſ. de eo extat. Argelat. Br.

Andreæ Keil (Cunæi) Λοιμογραφια, *oder Beſchreibung der Peſt ſamt allen böſen anſteckenden Seuchen.* Cell. 1687. 8.

Ej. *Diverſorum morborum deſcriptio; d. i. Beſchreibung aller hizigen und anſteckenden Fieber.* Cell. 1688. 8. Tr.

Ej. *Beſchreibung der pyrmontiſchen Sauerbrunnen.* 1677. jam prodiit Zuckert. Br.

Tobiæ Schutze, *chirurgiſcher Handleiter.* Frf. Leipz. 1687. 8. & cum auctariis J. D. Gohl. Berlin 17(?)4. 8. *. Ex ſchola Paracelsi tamen chemiæ imperitus, medicamenta plurimi facit.

Theophili Muller, *Bericht von Winterkrankheiten, inſonderheit wie die Fontanellen in Kopfſchmerzen, Schwindel und Schlag ſollen angebracht werden.* Frf. 1687. 8. Boehmer.

J. Jac. Marx, *deutſche Materialkammer.* Nürnberg 1687 8. edit. ſecunda. *Neu viel vermehrte deutſche Materialkammer benebſt einer ausführlichen Beſchreibung des Alaunbergwerks und Zubereitung des Alauns.* Nürnb. 1709. 8. Br.

Ganz neu vermehrter ſorgfältiger Haushalter, Koch, Conditor, Diſtillier und Arzneybüchlein. Oſnabrug 1687. 4.

MICHOELS, *die ſonderbare Arzney, welche beſteht in ſonderlichen Quellen.* Hamburg 1687. HAUSEN.

SAMUEL MULLER, *curioſer Medicus und Chirurgus.* Francf. Leipz. 1687. 8. 1694. 8. TR.

ROB. TURNER, *Engliſch phyſician.* Lond. 1687. 8. OSB.

SIMON ABBES GABBEMA, *Frieſche Luſtgaarden.* Leeuwaarden 1687. 4. Ob plantarum vires medicas; vide *Bibl. Botan.* p. 639.

OLAI BROMEL, *Lupulologia.* Stockholm. 1687. 12. Ob cereviſiam.

Veridad triumfante, reſpueſta apologetica e ſcripta por Filintio in defenſa de la carta filoſofica medico chymica del D. JUAN DE CABRERDA. *Manifeſtar lo irracional de la medicina dogmatica, y racional del Arcaniſta.* Maſcarada 1687. 8. maj.

Contra JUSTO DELGADO de VIRA, *defenſa y reſpueſta juſta y verdadera de la medicina rational y filoſofica.* Madrit 1687. 8.

J. U. E. *Venus minanſiekt gaſthuys woerin beſchreeven weerden de bedryven der lief de in den ſtaat des hawelyks &c.* Amſterd. 1687.

GEORGE STARKEY, *Pyrotechnia of te vuer ſtook konde.* Amſterd. 1687. 8. Primam editionem ignoro.

§. DCCCCVII. DISPUTATIONES.

GUSTAV. DAN. LIPSTORE, *de animalculis in humano corpore genitis.* Leid. 1687. 4 *.

MARCUS CLOPTHACK, *de catalepſi.* ibid. 1687. 4. *.

JOH. OTH. WORMS, *de aſthmate.* ib. 1687. 4.

HENR. FIERLINCK, *de angina.* ib. 1687. 4.

HENR. v. BRONCHORST, *de apoplexia.* ib. 1687. 4. *.

J. SMALZIUS, *de convulſione.* ib. 1687. 4. *.

JAC. SKINNER, *de fluxu dyſenterico.* ib. 1687. 4. *. Curationes ſuas recenſet.

ADAM HOLLAND, *de hyſterica paſſione.* ib. 1687. 4. *.

THEODOR. SCHARF, *de morbis ſoporoſis.* ib. 1687. 4. *.

DAVID

David de Spina, *de philtrorum vi.* Leid. 1687. 4. *.

Petr. van Snakenburg, *de renum & veſicæ vitiis.* ib. 1687. 4. *.

Petr. van der Lahr, *de ſterilitate.* ib. 1687. 4. *.

Gisbert Verryn, *de hæmorrhagia.* ib. 1687. 4. *.

Henric. Wiswiler, *miſcellanea ex ſingulis medicinæ partibus.* ib. 1687. 4. *.

Gottfried Scholz, *de febre petechiali.* ib. 1687. 4. *.

J. Swalmius, *de teneſmo.* ib. 1687. 4. *.

Barthold Florian Gerstmann, *de peſte.* ib. 1687. 4. *.

Guil. Douglas, *de lue venerea.* ib. 1687. 4. *.

Damasi Verbeck, *de concoctione ventriculi ſana & ægra.* ib. 1687. 4. *.

Sybrand Hant, *de duelech ſ. de lithiaſi.* ib. 1687. 4. *.

Dieter. Soltau, *de excretione critica & mediis eam promoventibus ac dirigentibus.* ib. 1687. 4. Pl.

Henr. Betten, *de pica.* Utrecht 1687. 4. *.

Regner de Lower, *poſitiones ex univerſa medicina.* ib. 1687. 4. *.

Pet. Gelstrope, *de variolis.* ib. 1687. 4. *.

Cornel. van Schagen, *de hæmoptoe.* ib. 1687. 4. *.

Thom. Ludw. Raesfeld, *de melancholia.* ib. 1687. 4. *.

Thomas Spoorwater, *de paralyſi.* Harderovic. 1687. 4. *.

J. Frid. Stokhausen & J. A. Heigel, *de præſagiendis morbis.* Helmſt. 1687. 4.

J. H. Starke, *de fluxu hepatico.* Roſtock 1687. 4. Menz. (Regiomont. 1681. Pl. Br.)

J. Altwein, *de febre quartana.* Erford. 1687. 4.

Georg. Henr. Behrens, *de lue Pannonica.* ib. 1687. 4.

Dan. Boese, *de ægro febre quartana intermittente laborante.* Jen. 1687. 4. Pl.

Ej. *de plica.* ib. 1687. 4. Pl.

Joachim Christian Westphal, *Natura parens.* Lipſ. 1687. 4.

J. Georg.

J. GEORG ROESEL, *de venenis*. Witteberg. 1687. 4.

J. ZELLER, profeſſor Tubingenſis archiater Wirtenbergicus, inciſor, vir non vulgaris, vix tamen quidquam ſcripſit præter diſputationes.

EJ. *de vaſorum lymphaticorum adminiſtratione & phænomenis ſecundum & præter naturam*. Tubing. 1687. 4. *. Eximia diſp. a nobis recuſa.

EJ. *Vita humana ex funiculo pendens*. ib. 1692. 4, etiam a nobis recuſa, Contra neceſſitatem deligationis dubia.

EJ. *Pulmonum infantis in aqua ſubſidentia infanticidas non abſolvit, nec a tortura liberat, nec reſpirationem fœtus in utero tollit*. ib. 1691 4 *. Hall 1746. 4. Etiam a nobis recuſa. Non continuo pulmonem vim natandi adquirere, & poſſe fetum vixiſſe etiamſi pulmo ſubſederit.

EJ. *de morbis ex ſtrictura glandularum præternaturali natis*. I. Tubing. 1694. 4. *. reſpond. & auctore C. A. RUOFF. II. ib. 1699. 4. Vehementiſſimus dolor in frontis ſede ſublatus oleo in nares injecto, plurimo pure educto. Sic pus ex altera nare ZELLERI ipſius, cum pulmone arido, œſophago ſano, deglutitione ſuppreſſa. Infanti acorem inſignem ſpiranti glandulæ meſenterii infarctæ. In medio oſſa emollita.

EJ. *Theſes medicæ*. Reſp. BAUER. Tubing. 1695. 4. *. De cauſis macularum cutanearum, varia per exempla. Urina puellæ per umbilicum manans. Maculæ purpureæ & angina cum hæmorrhagia per nares & per alvum conjunctæ.

EJ. *Quadriga theſium medicarum ad ductum Aph.* HIPP. Sect. I. ib. 1695. 4. HEFT. BR.

EJ. *Theſes inaugurales medicæ*. Reſp. BEZA ib. 1695. 4. HEFT. BR.

EJ. *de phthiſi*. Reſp. SATTLER ib. 1696. 4. HEFT. BR.

EJ. *Molæ viriles mirabiles*. ib. 1696. 4. *. Varia exempla membranarum per alvum egeſtarum. Porro varia mala: ſanguis per alvum & cum eo maſſæ proprio involucro tectæ, piloſæ, molis ſimiles.

EJ. *de gonorrhœa virulenta in utroque ſexu*. Tubing. 1700. 4. *. Etiam abſque venereo contagio contrahi. Benignæ a maligna diſcrimen. Sedem primariam eſſe in proſtatis.

EJ. & BAUER, *Theſes inaugurales medicæ* Tubing. 1704. 4. *. Liquor antimonialis, quo ROLLWAGEN graviſſimos morbos ipſamque epilepſiam curaverit.

Gonorrhœæ

Gonorrhœæ ſedem modo proxime glandem eſſe, modo media in urethra, ſalva interim proſtata.

Ej. & Iman. Weissmann, *Docimaſia, ſigna, cauſæ & noxæ vini lithargyrio mangoniſati variis experimentis illuſtrati.* ib. 1707. 4.*. recuſ. Altdorf 1721. 4 *. Ob magnam editam civium ſtragem, in homines acidius vinum plumbo mitigantes ſevere animadverſum eſt. Exemplum inciſi cadaveris. Vaſa varia ſanguine turgida, & lactea conſpicua, lien putridus. Contra excuſantem Seerupium malum omnino lithargyrio vindicat. Liquor exploratorius ex auripigmento cum calce viva præparatus, qui vinum plumbo vitiatum turbat atrumque facit. Ceruſſæ & plumbi in univerſum vis toxica. Aceto ſolo intruſo canis intra breve tempus periit pulmone compacto, inflammato, inde anhelitus.

Ej. (ſed auctor eſt Gutermann) *de mammis & lacte*, in qua ſtatus naturalis & præternaturalis, hujuſque therapia rationalis proponitur. ib. 1727. 4. Heft. Br.

Ej. *Celebrium Wurtenbergiæ noſtræ acidularum Teinacenſium ſpirituſque vitrioli volatilis & ejus phlegmatis examen per reagentia cum phænomenorum explicatione ex principiis* Urbani Hierne *deducta.* Reſp. & auct. J. Georg Gmelin. ib. 1727. Heft. Br.

Ej. *Thermæ ferinæ atque Zellenſes phyſico medice conſideratæ.* ib. 1729. 4. Br.

Ej. *de ectropio vom Blarrauge, accedunt in præfatione de cataracta membranacea obſervationes.* ib. 1733. 4. Heft. Br.

J. Siricius, *de febre tertiana intermittente.* Lipſ. 1687. 4. *.

An Idem,

J. Henrich Happel, *de febre tertiana intermittente*, Marburg 1687. 4.*.

Christian Kurschnner, *de purgantium de foro medico proſcriptione.* ib. 1687. 4. Pl.

David Meyer, *de dyſenteria.* Argent. 1687. 4. Hæn.

J. Jac. Meyer, *de memoria læſa ſ. oblivione.* Baſil. 1687. 4. Pl.

J. Jac. Oswald, *de pædarthrocace.* ib. 1687. 4.

Jonat. Zæslin, *de olfactu & ejus læſione.* ib. 1687. 4.

Isaac Master, *de dyſenteria.* ib. 1687. 4. Pl.

J. Georg.

J Georg. Beuttel, *de bile ſana & ægrota.* Baſil. 1687. 4.

Nic. de la Carliere & Phil. Douté, *E. robuſti diuturnioris vitæ.* Pariſ. 1687.

J. Haman & J. Cl. Dodart, *E. in tanta medentium multitudine pauci medici.* Pariſ. 1687.

Franc. Gouel & Cart. Contugi, *E. ingenioſiores brevioris vitæ.* ibid. 1687.

Bol. Merlet & Fr. Vernage, *Non E. recens natis pulticula.* ib. 1687.

Franc. Pajot & Ant. Douté, *E. a proba victus ratione ſola vita longior.* ib. 1687.

J. Garbe & P. de la Cousture, *E. quodlibet temperamentum ut ſuas virtutes, ſic ſuos habet defectus.* ib. 1687.

Steph. Bachot & J. Cl. Dodart, *E. phlebotomia omni ætati omnium magnorum morborum princeps & univerſale remedium.* ib. 1687.

Paul Courtois & Phil. Douté, *Non E. exſtant quæ vocant ſpecifica medicamenta certarum ægrotationum certarumque partium labi propria.* ib. 1687.

Guil. Petit & Fr. Vernage, *E. benignior in curandis morbis quam valentior medendi ratio, ſecurior.* ib. 1687.

§. DCCCCVIII. Diaria ad a. 1687.

In *Philoſ. Tranſact.* N°. 157, Robert Gourdon, juſſu regis medicamentum adverſus noxios effectus canis rabidi publicat, quod ingrediuntur radices agrimoniæ, primulæ, draconis, pœoniæ, folia buxi, *ſtor of the lath*, chelæ cancri, theriaca: doſis ex lacte ad tria cochlearia. Plantam *ſtor of the lath* Meadius lichenem pulmonarium (ſ. caninum Linn.) interpretatur.

Apud Birch N°. 520, Lodwick retulit de femina ex capite cornu contortum ferente.

Fraudulenta hiſtoria puellæ Hibernicæ, cui de oculis grana frumenti prodiiſſe dicebantur.

In *Actis novæ Academiæ Philexoticorum naturæ & artis* a Hermete Francisco Lantana patritio Brixienſi. Brixiæ 1687. 12. *. editis; pluſcula ad rem medicam faciunt. Meliſſæ ſucco curata, quæ a morſu viperæ laborabat. Quæ numeroſiſſimos lapides de pulmone rejecit. Calculus levis & poroſus ſub lingua,

lingua, forcipe eductus. Equus ubertim cum fæcibus calculos emittens. Qui ſexaginta integris diebus cibo & potu abſtinuit. Qui in febre per paroxyſmos ſanguinem mingebat. Arcus naſcentis aortæ grumoſus, ut eroſa arteria tamen nihil profunderetur. In dura veſicula fellea inſignis calculus abſque ictero. Hydrocephalus internus, ut totum cerebrum in aquam converſum videretur. In febre urina frigida. Mulieres cornutæ: alteri abſque malo cornu de cranio evulſum. Calculoſus etiam in maxilla ſiniſtra calculum aluit. Vapor cloacæ flammam capiens. Ex rene lapis per anum egeſtus, cryſtallinus. Qui intra decem dies libras ſanguinis 75 amiſit, & poſt tantam ſanguinis miſſionem in petechialem febrem incidit, ſervatus equidem.

De ſcorbuto diſſertatio BERNARDINI BONI, in *Journal des Savans* 1687.

In *Diario Parmenſi* a. 1687, exemplum nyctalopiæ diurnæ; ita nempe hic vocant cæcitatem diurnam cum viſu noctu libero.

J. MARIÆ GIARESCHII, medicamenta chemica valde laudata.

In E. N. C. *Dec.* II. *Ann.* VI. J. JAC. MARTINI, Heidelbergenſis. In hydropico puero glandulæ meſenterii duræ, ſebacea materie refertæ: pulmo undique adnatus, cum hydatidibus. In vivo nihil valde memorabile adparuit.

Obſ. 74. Ex lapſu de equo longo poſt tempore, ut videtur, hæmorrhagia, convulſiones. In cerebro abſceſſus.

J. LA SERRE, medicus clinicus ſucci hyoſcyami integra libra in lotrice injecta, temulentia pene per menſem continuata, ut tamen ſanaretur.

THEODORUS CAROLUS, medicus in Lemberg.

Obſ. 130, poſt ſuppreſſos menſes gravis hæmorrhagia, denique tamen ſanata.

J. JAC. MEYER, Scaphuſianus.

Obſ. 131. Poſt variolas vomitus, tumor in abdomine durus; meſenterii glandulæ & una pancreas ſcirrhoſa.

CAR. JOS. MULLER, Medicus Tugienſis in Helvetia.

Obſ. 159, cum ſecundæ violenter avulſæ fuiſſent, graviſſima hæmorrhagia.

Obſ. 161. Cum dyſenterica frigidam potaret, ſpina dorſi ei curvata, eo in ſtatu manſit.

Obſ. 162. Calculi de aure exemti.

Obſ. 163. Loco fetus pituita gelatinæ ſimilis excreta.

Ann. VII. *Obſ.* 214. Centum grana Tilli una in doſi data, unde varia ſymptomata, ſublata his granis ope tartari emetici de ventriculo expulſis.

Obſ. 227. Phthiſis hereditaria curata.

Obſ. 228. Calculi per umbilicum & per muliebria.

Philipp. Wilhelm Wirdung ab Hartung, medicus in civitate Würzburg.

Obſ. 169. Mulier cui a ſuperiori vulvæ parte caro ſpongioſa promineret, cum vehementer coactam alvum vellet liberare, inteſtinum rectum expulſum, inflammatum, mortem intulit. Tumor ille ureteres compreſſerat, ut inteſtinorum ſimiles viderentur, neque veſica aderat, (niſi is ipſe tumor fuerit.)

J. Richier, medicus in Altzey.

Obſ. 196. Qui fruſtulum fiſtulæ tabacariæ in urethram intruſerat, eo abrupto ob atroces dolores lithotomiam paſſus, & intra paucas hebdomades fruſtula fiſtulæ obducta calculoſa cruſta.

Obſ. 199. Infans cum veſica cruore plena capiti adhærente natus, ea rupta interiit.

Alard Mauritius Eggerdes, profeſſor Trevirenſis.

Obſ. 203. In cardinali Urſino hepar 27 librarum pondere, ut hinc continuus urinæ ſtimulus eſſet, inde eliſus pulmo ſanguine deſtitueretur, ventriculus inteſtino non latior eſſet.

Ann. X. *Obſ.* 65. Puer continuo poſtquam in lucem editus fuerat, per aliquot dies abunde ſanguinem ſudat, ex quo ſudore nihil mali ſecutum eſt.

Obſ. 66. A nucleo ceraſi in aſperam arteriam illapſo phthiſis; & *Obſ.* 67, clavus nono menſe feliciter rejectus.

Dec. III. *Ann.* IV. *Obſ.* 7. Lentus morbus, vomitus omnium, urina difficilis. Omentum paſſim adnatum abdomen bipartiebat.

Obſ. 8. Multi milites aphonia correpti ſubito invadente, a vaporibus, ut putat, cuniculorum ſubterraneorum.

Obſ. 10. Inteſtinum ab oſſiculis ceraſi devoratis ruptum, tamen ut ſponte ſanaretur.

Ej. *de peſte.* Francof. 1715. 8. Breslau 1720. 4.

Dec. II. *Ann.* IV. *Obſ.* 222. Daniel Bscherer, phyſicus Norimbergenſis; in ſene cui latus exæſtuabat & in veſica dolor erat, corpore aperto veſica corrugata adparuit, in ea pus. Renes abſque calculo quaſi putridi; lien cartilaginea cruſta obductus.

Dec. III. *Ann.* II. *Obſ.* 221. Pica cretæ in puella ſeptenni; inde leucophlegmatia.

Obſ. 222. Myrtillorum cupido ſalutaris in ſcorbuto.

J. B. Scaramuccia, medicus in Senegallia.

Obſ. 230. De atrophia hydropica diſſertatio fuſior.

Ej. *Theoremata familiaria de variis phyſico medicis lucubrationibus.* Urbin. 1695.

Ej. *Lettera al* Magliabecchi *ſopra un idrofobo divenuto tale coll' impeto dello sdegno.* Macerata 1702.

Cum Ejus *de motu cordis mechanico theoremate.* Senis Gallicis 1689. 8. redit etiam *appendix de pulſibus eorumque differentiis ſimplicibus*; quas a cordis vi ſanguinem impellente, a copia ſanguinis & a reſiſtentia arteriarum interpretatur.

Dec. II. *Ann.* IX. *Obſ.* 204. Diabetes. Aquam illam nimirum ex aere reſorberi.

Jacobi Grandi, medici & anatomici.

De ſtibio ejuſque uſu coſmetico apud antiquos. Noriberg. 1688. 4. *. in appendice ad T. V. Dec. II. E. N. C. De ſtibii uſu in collyriis, in aliis externis quidem medicamentis.

§. DCCCCIX. Josephus Lanzoni.

Josephus Lanzonus, medicus Ferrarienſis & philologus.

Pluſcula ejus ſunt *opera*, Lauſannæ a. 1738. 4. vol. III. *. conjuncta recuſa.

L. de venenis collectanea habet de venenis ex omnibus tribus regnis, fere ex veteribus. Cujuſque ſymptomata addit & curationem. Vix ullam propriam adnotationem reperias, ne de plumbo quidem, cujus adeo frequentia ſunt infortunia: contra numeroſos illos ſerpentes nobis ſolo fere nomine notos, ex Græcis repetit.

Ej. *Citrologia, ſ. curioſa citri deſcriptio juxta leges Nat. Cur.* Ferrar. 1690. 12. Vires medicatas ad ſingulos fere morbos recenſet.

Ej. *Zoologia parva.* Ferrar. 1689. 8. Collectanea de viribus alimentariis & medicatis fabuloſa plurima.

Ej. *de clyſteribus.* Ferrar. 1691. fol. Ejus auxilii vires medicatas valde extollit.

Ej. *de lacrymis.* Ferrar. 1692. 4. Vide *Bibl. Anat.*

Ej. *de febre quartana diſſ.* ib. 1691. 4. alii fol. Ex fermentatione depravata oriri: medicationem ex multis vaniſſimis repetit, quæ nominaſſe vix opportebat.

Ej. *Obſervatio hæmoptyſis ſucco rubiæ ſanatæ, & theſes medicæ.* Ferrar. 1691. 4.

Ej. *De ſaliva.* ibid. 1702. 8. *. ejuſque variis, etiam medicis viribus. Denique aliqua de ſalivæ vitiis iiſque corrigendis, ut in exemplo circa peculiarem guſtus depravationem. De ſalivatione mercuriali. Exemplum ſalivæ moleſte dulcis, inde amaræ, piperatæ, porro acidæ, demum ſalſæ, ſuccedente alio & alio ſapore præter naturam: alia cum linguæ ulcuſculis. In tr. de ſalivatione mercuriali exſcribere FRANCISCUM DE LA CALMETTE, ASTR.

Ej. *de medici officio & munere epiſtola.* ibid. 1729. 8. CINELLI. Virtutes boni medici.

Ej. *de allio;* breviſſime

Ej. *de dentibus;* in MANGETI *Bibl. Anatomica;* &

Ej. *de pericardio* in MANGETI *eadem Bibliotheca.* Non ſine adnotationibus. Succum pericardii concretum vidit & ſpiſſum: vidit ſcorbuticum, refert atrum cum arenulis ipſis fuiſſe.

Tom. II.

EJUSD. conſultationes 173 ad varios morbos, cum & adverſariis. Ferrar. 1716. 8.

Ad quemque caſum magnam farraginem medicamentorum proponit. Secundas reſtitantes etiam medicamentis depellere ſatagit. Ubique potius ea commendat quæ medici aliqui bonæ notæ ſuadent, quam ea de quorum efficacia ipſi per proprium experimentum conſtat. Veſicas trahentia emplaſtra rejicit.

Obſerva-

Obſervationes medicinales prius inter miſcellanea Academiæ Naturæ curioſorum editæ. Harum quæ ſunt plurimæ decerpam inſigniores aliquas.

In *Dec.* II. *Ann.* VIII. *Obſ.* 200. Ulcus pulmonis ſanatum balſamo ſulphuris.

Obſ. 202. Lac in ventriculo concretum allio diſſolvit.

Ann. IX. *Obſ.* 38. Partus veſicularum.

Obſ. 39. In febre tertiana a potu frigidæ continuo mors.

Obſ. 44. Vix fidem invenit quando poſt palpitationem cordis ſcribit cor inventum prægrande, unico vero ventriculo excavatum.

Obſ. 47. Nummus æneus poſt ſexaginta dies vomitu rejectus ærugine tectus.

Obſ. 49. Abſceſſus coxæ per alvum feliciter purgatus.

Obſ. 51. Hyſterica per novem dies aſita.

Obſ. 53. Dyſenteria cum febre ſublata potu frigidæ.

Obſ. 56. Lien ſanus, ſed octo librarum pondere.

Obſ. 173. Phrenitis ſanata inciſa vena jugulari.

Obſ. 205. Abſurdi ſodales fumum exſtinctæ candelæ, hominis in nares inpulerunt effectu funeſto.

Ann. X. *Obſ.* 91. Enormis diabetes, ut pluribus diebus interdum 36 libras mingeret, cum modico potu.

Obſ. 94. Podagra frigida diſſipata abſque malo.

Obſ. 124. Ab hernia inteſtinum apertum fæces per alvum demittebat. Sanari tamen ſe paſſum eſt.

Obſ. 125. Cum narium hæmorrhagia frigidis & adſtringentibus compeſceretur, lethargus ſucceſſit & mors.

Obſ. 129. Utilitatem aquæ Tettucianæ in dyſenteria confirmat (quæ ſit muria).

Obſ. 140. Corticis Chinæ Chinæ in vermibus ſuperandis efficacia.

Dec.

Dec. III. *Ann.* I. *Obſ.* 20. A ſcorpione prope rectum inteſtinum permiſſo magna mala, vomitus ciborum & clyſterum & per convulſiones mors.

Obſ. 27. Obeſitas poto quotidie aceto ſuperata, periculoſo utique auxilii genere.

Obſ. 35. Qui in tenebris videbat, ut etiam litteras legeret.

Obſ. 46. Fæces per umbilicum exiverunt, cum in colo inteſtino foramen eſſet.

Obſ. 48. Ex pertinaci ſingultu mors.

Obſ. 49. In brachio tumor ſolo aere plenus.

Ann. II. *Obſ.* 29. Epilepſia ſanata per ulcus ſponte ſubnatum.

Obſ. 30. Poſt diros ventriculi cruciatus, calculi ab arthritico vomitu rejecti.

Obſ. 31. Mellis nimiam ingurgitationem inebriaſſe.

Obſ. 34. Ventriculi imbecillitas, anxietas a cibo, ſpirandi difficultas, tinnitus aurium; ſublata omnia frequenti lactucæ uſu.

Obſ. 35. Inter varia medicamenta quibus fidem vult adhiberi, cortex aurantiorum adverſus febres intermittentes: albumen ovi cum aqua graminis tritum adverſus icterum: demum nitrum in febre.

Obſ. 38. Vermis de naribus excuſſus; ita ſublata cephalalgia.

Obſ. 39. Ex ulcere prope coccygem lignum eductum.

Ann. III. *Obſ.* 25, 26, 27. Arthritis, diarrhœa, dyſenteria, frigida curatæ, hæc balneo frigido.

Obſ. 30. Epilepſia per quartanam ſublata.

Obſ. 34. Alvus cruenta ſalutaris in febre continua.

Obſ. 36. A calculo quinque drachmarum felleo, icterus.

Obſ. 37. A morte ſudor.

Obſ. 38. Raphani fruſta manducata cum lotio excreta.

Ann. IV. *Obſ.* 65. Cornu ex pueri fronte.

Obſ. 66.

Obſ. 66. Febris quartana curata largo uvarum uſu.

Obſ. 70. Glans ſclopetaria tertium poſt annum ex ulcere inguinis educta.

Obſ. 74. Terebinthina & diureticis remediis ſanatus hydrops.

Obſ. 75. Ex mamma vinum manavit.

Ann. V. VI. *Obſ.* 120. In pleuritide anni 1696 venæ ſectionem exitioſam fuiſſe.

Obſ. 121. Phrenitidem balneo frigido ſanatam fuiſſe.

Obſ. 122. In pleuritico cor piloſum, abſceſſus pulmonis.

Obſ. 123. Vermiculi in urina.

Obſ. 124. Ex utero inflammato furor uterinus in virgine.

Obſ. 125. Ipſe hydropem aſcitem lactis aſinini uſu curavit.

Obſ. 126. Hydrops curatus abſceſſu in ſcroto ſubnato.

Obſ. 281. Pus de abſceſſu in brachio per alvum repurgatum.

Ann. VII. VIII. *Obſ.* 68. Herpes ſanatus balneo aquæ marinæ.

Obſ. 69. A frigida lotione ſurditas, ſublata tumore in brachio ſubnato.

Obſ. 70. A venæ ſectione amauroſis.

Obſ. 72. Vermis ruber per tuſſim rejectus.

Obſ. 72. (puto 73). A gelidiſſima emulſione volvulus & mors.

Obſ. 75. A ſuppreſſis menſibus deliquia animi, pulmo calce plenus, in pericardio tres lapilli.

Obſ. 102. Ab oryza in vaſe aeneo cocta dolores, alvus ſurſum & deorſum mota: alia exempla.

Ann. IX. X. *Obſ.* 16. Scabies unguento ſiccata: inde febris maligna funeſta.

Obſ. 18. Se phthiriaſin balneo olei olivarum ſanaſſe.

Obſ. 19. Omni tempore prægnanti abſque noxa vena ſecta.

Obſ. 20. Hydropis initia ſanata ulcere ſponte ſuborto.

Obſ. 21.

Obſ. 21. Experimenta infuſoria in vivis animalibus capta. Vinum infuſum in venam cruralem; inde ſomnolentia & ſudor. A ſpiritu vitrioli mors, ſanguine in arteriis inque venis coacto; viſceribus alioquin ſanis. In aſello a ſpiritu cornu cervi frequens mictus. In fele a paucis guttis ſpiritus ſulfuris etiam aqua diluti, tamen mors, ſanguine coacto. In cuniculo vero, a ſpiritu ſalis injecto mors quidem, verum ſanguis ſolo in pulmone coactus. Spiritus fuliginis poſt diros vomitus lethalis. Ab aqua cinnamomi rabies, ſurditas, cæcitas. Spiritus tartari, ſalis ammoniaci, vitrioli lethali eventu ſuſcepti.

Obſ. 113. A tinea mercuriali unguento ſanata cerebrum nigris maculis conſperſum, hepar durum, febris maligna lethalis.

Obſ. 138. Febris maligna abſceſſu in brachio ſanata.

Obſ. 140. Fluor albus ſalivatione ſpontanea curatus.

Obſ. 143. In febre maligna ſanguis per umbilicum ad duas libras ſaluberrimo eventu manavit.

Obſ. 203. In jecore a febre maligna lapilli: in febre etiam maligna plurima in pectore aqua.

Obſ 204. Iterum experimenta infuſoria. Aqua forti injecta animal ſubito exſtinctum eſt, ſanguine coagulato. Abortus a ſpiritu vini, non mors. Ab aqua nihil mali, nec ab aqua cinnamomi. A ſpiritu ſalis dulcis animal ægrotavit, copioſe minxit, tamen ad ſe rediit.

Obſ. 206. In febre maligna cum deliriis & convulſionibus urina frigida.

Obſ. 207. Diabetes ſanatus aqua ferrata.

In appendice diſſ. de vita & morte.

Cent. I & II. *Obſ.* 39. Abſceſſus abdominis ex quo vermes & materies putrida ex inteſtino ileo.

Obſ. 40. Puella nata toto corpore variolis obſita.

Obſ. 41. Menſtruus ſanguis per vomitum rejectus.

Obſ. 43. Acicula deglutita per lotium reddita.

Obſ 61. Suppreſſo narium muco angina.

Obſ. 62. Ad morem veterum mania caſtratione ſanata.

Obſ. 65. A ſuppreſſo ſudore febris maligna lethalis, in alio ophthalmia.

Obſ. 66.

Obſ. 66. In dextra maxilla magnus calculus (an in STENONII ductu?)

Obſ. 67. A lotis pedibus menſes ſuppreſſi, mammæ ſubito enormiter inflatæ.

Obſ. 181. Hydrops ſanatus ſpiritu ſalis ex ſucco limonum, alias ſpiritu vitrioli ex aqua cochleariæ ſumto.

Obſ. 182. A lapſu in lapidem quo percuſſa eſt ſedes ventriculi, mors ſubita.

Cent. III. IV. *Obſ.* 21. Aqua vitæ multi morbi cutanei & ſcabies ſanatæ, & compreſſus vomitus.

Obſ. 59. Iterum vivi in urina natantes vermiculi.

Obſ. 80. In ophthalmia, cephalalgia, felix arteriæ temporum ſectio.

Obſ. 62. In aſthmate alius pulmo ſero plenus, alius calculis, in alio vomica. In veſicula fellea calculus viridis qui in liquorem contabuit.

Obſ. 68. Laniones a malis carnibus in ſcorbutum, cachexiam, icterum, nauſeam & vomitum incidunt. Bajulis hernia, gibboſitas, varix. Qui inteſtina vendunt patiuntur quæ lanio, & deteriora.

Obſ. 151. In morbo boum ſymptomata, diarrhœa, cutanei tumores pro variolis habiti. Febrem eſſe malignam contagioſam, magna cum ſiti. Omaſus in nonnullis pene ſphacelatus, cætera viſcera ſana.

Obſ. 154. Cephalalgia narium hæmorrhagia ſedata.

Cent. V. VI. *Obſ.* 40. Hydrops ceparum uſu ſanatus.

Obſ. 41. Icterus, in dextro corporis latere ater, in ſiniſto flavus. Urina modo viridis modo atra. Sanatus ſyrupo cichorii cum rheo & cortice Peruviano.

Obſ. 71. Sudor in febre maligna per pluſculos dies viridis. In meretrice venerea ater, lintea erodens. In febre maligna flavus, quaſi ictericus, qui pariter ut ipſa febris perſtitit.

Obſ. 72. Vermiculi rubri in urina hominis morituri. Vermes per nares excuſſi. Vermiculi ex aure. Vermes in abſceſſu anguli interni oculi.

Obſ. 95. Vermis 27 palmarum pilis horridus, vomitu ab uſu aloës ejectus; ita ſanata fames perpetua.

Obſ. 96. Hydrops copioſo uſu peponum & aquæ de peponibus potæ, ſanatus.

Appendix ejus anni. Epidemia Ferrarienſis anni 1710. Æſtiva ſub initio tertianæ ſimilis, tum duplex, demum continua, nemini fere parcens, cum rigore, cardialgia, vomitu, capitis dolore. Conceſſit noſter ſubinde vinum generoſum cum Peruviano cortice. Aere mutato cedebat. Funera pauca, convaleſcentiæ longiſſimæ; cumque eis obſtructiones, œdemata, icterus, ſcabies. In puellis lumbrici ſolebant cum morbo conjungi.

Cent. VII. VIII. *Obſ.* 9. Carnes boum a lue exſtinctorum abſque omni noxa in cibum verſas fuiſſe.

Obſ. 12. Mors a pugno regioni ventriculi impacto.

Obſ. 13. Maculæ ſanguineæ in adoleſcente quoties flebat.

In appendice. Conſtitutio epidemica Ferrarienſis anni 1716 & 1717. Tertiana primum pernicioſa, quæ ducta tamen alvo cortice Peruviano ſanabatur.

Perinde Januario M. 1717, cum frigore catarrhi, variolæ funeſtæ.

Cent. IX. X. *Obſ.* 7. A quartana duplicata necatus habuit hepar hydatidibus plenum, lienem ſiccum, pene flaccidum.

Obſ. 8. In febre mali moris in homine viſcerum obſtructionibus obnoxio, cum ſcarificaretur, ſanguis ad mortem uſque manavit.

Obſ. 9. A ſcabie repercuſſa cæcitas;

Obſ. 10. A diarrhœa adſtricta arthritici dolores.

Obſ. 11. In febre tertiana duplici tumor ſub axilla natus in quo vermium vis vivorum.

Obſ. 13. Dolor a capite migrans ad genua & viciſſim.

Communicaverat aliquas obſervationes MANGETO, in bibliotheca medico-practica excuſas. Inter eas eſt infelix ſors puerperæ, quæ a frigidæ emulſionis potu lochiis ſuppreſſis, ſubnata febre interiit.

A felis rabidæ morſu hydrophobia & mors.

Ab uſu carnis vaccæ a cane rabido demorſæ venenum in ruſticorum familiam tranſiit & partem eorum exſtinxit.

Circumforaneus cum ſe cibis oleoſis muniviſſet, abſque noxa arſenicum devoravit.

A fun-

A fungis ſudor frigidus, convulſiones, icterus.

Qui laudani opiati grana quinque abſque noxa ſumebat.

A nimia febre epilepſia.

A gypſo cum polenta adſumto tuſſis, ſingultus, febris, delirium, mors: abſurde data theriaca.

Aquettæ deſcriptio; arſenici, ſtibii, hyoſcyami partes æquales cum aqua coctæ. Ei aquæ ſuccus citri efficaciter reſiſtit.

L. *de coronis & unguentis* in Tom. III. potius philologicus eſt. Italice *dell' uſo delle ghirlande, degli unguenti degli antichi.* Ferrar. 1698. 12. Selecta convivalia, ad vina & ad cibos veterum facit. Latine Haag 1719. fol. cum BARUFFALDI notis.

Adverſariorum L. I. varii eſt argumenti, Ferrar. 1716. excuſus. De oculariorum initiis; de jejuniis Romanorum; de iis qui ſemel in diem cibum capiunt; de carne ſuilla.

L. III. De tabaco. Peti oleum validiſſimum eſt venenum.

Lixivium in ſcabie utile.

Locuſtis utique JOHANNEM vixiſſe.

L. IV. Diverſa, fere philologica.

L. V. Piſces poſſe indulgeri ægrotis ſi ſalubres fuerint.

EJ. *de Jatrophyſicis Ferrarienſibus.* Bonon. 1694. 4. Aliqua de Cl. virorum vita & ſcriptis, bene fere.

De BRASSAVOLO patre & filio. NIGRISOLII tres. Non bene vero annos ubique omiſit.

Ad philoſophiam naturalem proluſio.

Diſſertationes variæ XIII. *ineditæ.*

Utcunque huc referas de peponibus, de ſturione, acetariis, ceraſo, malo Armeniaco, melle. De longa inedia; de potu calido, de vino. Philologica fere & collectanea.

BORRICHII librum *de lapidum generatione in macro & microcoſmo* recudi fecit. Ferrar. 1687. 8.

Arenulas minores vidit ex urina ſecedere, matulam obducere. Nephrotomen rejicit.

Ita ad HENRICI v. MOINICHEN *obſervationes* fuſa ſcholia noſter adjecit. Coſmeticorum noxa. Ulcera in ore, denteſque carioſi. Ventriculi dolores leniti rejectis vomitu cærulei coloris calculis. Ad pleuritidem celebris unguenti Romani deſcriptio.

EJ. *animadverſiones ad anatomen, medicinam, chirurgiam maxime facientes.* Ferrar. 1698. 8.

Hic multa ſunt practici argumenti. Morbi & rariores adnotationes. Flammam capientes crepitus alvi dum chirurgus criſtas amburebat. Alvus per decem dies ſtricta, in febre tertiana. Ab ulcere gutturis phthiſis. Contra paracenteſim aſciticorum: perire omnes. Cucurbitula ſanatus dolor capitis. Sudorem in diabete non debere moveri. Opium in febre tertiana duplici utiliter datum, & in alio exemplo diuretica. Hydrargyrus in volvulo utiliter datus. A ſumtis ad fines venereos cantharidibus inflammatio, emulſione ſanata. Hirudines adverſus ſuppreſſos menſes utero utiliter admoveri. Corticis chinæ vim ſe in febribus conſtantem expertum eſſe. Hæmoptoe in non paucis, potiſſimum mulieribus, naturalis eſt. Emplaſtrum de bryonia ad lienis ſcirrhos efficax: idem in milite octo librarum pondere. In tuſſi dulcia non convenire. Vomitus & ſingultus inſultus podagricos præcedentes. Infuſionem corticis peruviani aquoſam eo ævo ſumebant ſolum drachmarum duarum. Febrientes non debere ſiti macerari. Fetus tabeſcentis oſſa per vulvam & anum egeſta. Hydrocephalus cataplaſmate ſanatus. Aſthma levatum dum ſanguis de vena manabat. Paracenteſi hydrops pectoris chyloſus levatus. Lochia per alvum euntia. In ſpina ventoſa continuo incidendum & os carioſum nudandum. Pro veſicatoriorum utilitate in morbis ſoporoſis, aliis. Lac viride. Cichorei ſurculus comeſtus ex mamma extractus.

Vitam viri in Opuſc. ſcientif. T. XII. deſcripſit amicus ejus HIERONIMUS BARUFFALDUS, (quæ etiam præfixa eſt hiſce Operibus. BR)

§. DCCCCX. C. MUSITANUS.

CAROLUS MUSITANUS, presbyter ex Neapolitano regno, idem medicus chemicis addictus & ETTMULLERO, quo plurimum uſus eſt, non abſtinuit ſe incredibilibus curationibus.

EJ. *Trutina medica.* Neapol. 1688.

EJ. *de lue venerea* L. IV. Neapoli 1689. 8. 1697. 8. Italice prodierunt a nepote viri JOSEPHO MUSITANO fratris filio editi. Redit latine in *trutina medica*

medica. Genev. 1698. 4. *. & in operibus 1701. 4. *. Genev. 1716. fol. *. Gallice redierunt vertente J. DE VAUX. Trevoux 1711. 12, cujus viri adnotationes laudat ASTRUCCIUS. Germanice *Wagſchal der Venusſeuche*. Hamburg 1701. 8. VAT. Lipſ. 1715. 8. 1743. 8. TR.

Idem (ASTRUCCIUS) carpit quod MUSITANUS ſolitam curandi rationem nimium elevet, ſua nihilo ſignificantiora medicamenta nimium laudet. Mihi fuſiſſimus ſcriptor videtur, in quo quæ bona ſunt late ſparſa piſcari neceſſe ſit. Morbum antiquum eſſe; in 2000 ægrotis nullum ſe ſymptoma reperiſſe, quod non exſtet apud CELSUM, GALENUM & AVICENNAM. Non morbum eſſe argute oſtendit. Non inficere niſi contactu, & partis quæ cute nudata ſit. Contra venæ ſectionem; nocere, neque eam innocentiorem eſſe quæ in pede adminiſtretur. Purgationem convenire. Alexipharmacum eſſe in guajaco.

Pro Sarſaparilla. Ligna non operari ſiccando. Intra quadrageſimum a concubitu infelici diem virus venereum vim venenatam explicare. In gonorrhœa potentiſſimam eſſe terebinthinam. Carunculam difficulter ſanari. Alia ſymptomata morbi. Cryſtallina nuperum & diriſſimum ſymptoma: ad eam curandam tangatur mercurio præcipitato, etiam ſublimato. Aqua antidotus mali venerei, decocta cum antimonio crudo. Hydrargyri variæ compoſitiones, etiam cum ſucco limonum triti. Fumus in arduo caſu potentior. Inunctioni male plumbum admiſceri. Sibi placere hydrargyrum per os adſumtum, ut ſalivam tamen non cieat. Tabes venerea.

Reliqua *Trutina*. Morbi a capite ad calcem, cutanei, chirurgici, his miſti interni: tum morbi interni ex ordine Vaſtum opus, quod perſequi per ſingula non licet. In deſcriptionibus & inter eas in chemicis potiſſimum verſatur. Philtra admittit; iis emetica, deinde ſudorifera obponit, ſed plurima etiam vana & plena ſuperſtitionis. Diabetes: eum curat aere frigido & humido (quo nihil perniciofius excogitari potuit) marte & adſtringentibus. Vino ad fixanda fermenta acida, opio, hyoſcyamo.

EJ. *Pyretologia*, *ſ. de febribus*. Genev. 1701. 4. *. Origo febrium ex corrupto chylo, ſucco nutritio, ſanguine, bile, ipſa pericardii aqua. Cauſam febris eſſe in principio motus in corpore latente. Materiem degenerem febrem facere, tertianam ſi hepati aut venis adhæſerit, quartanam ſi arteriis & lieni, quotidianam ſi parti exſangui. Curatio ſecundum cauſas ex hypotheſi propoſitas. Si ex aqua pericardii febris nata fuerit, cum virium languore, quare cardiacis pugnat. Cortici peruviano qui fere adulteretur, radicem gentianæ in tertiana febre ſubſtituit. Hecticæ valde nutrientia, caponum carnem in pilulas fictam & deauratam, cancros fluviatiles. Mites eſſe febres, quæ oriuntur a perſpiratione impedita: curari frictione, diaphoreticis, ipſo ſale ammoniaco volatili.

Omitto

Omitto anatomen, chirurgiam, pyrotechnica.

Ej. *Mantiſſa ad* HADR. MYNSICHT *Theſaurum & armamentarium medico-chymicum*. Genev. 1701. 8. FALC. 1709. 4. ib.

Ej. *de morbis mulierum*. ib. 1709. 4. Germanice Lipſ. 1715. 8. 1743. 8. Multa ſuperſtitioſa.

Ej. *Lettera a* M. MALPIGHIO in T. III. *Epiſtolarum* BULIFONII. SMITH.

Opera omnia Genev. 1701. 4.*. 1715. fol. 1733. fol. 2 vol. Lion 1733. fol. 2 vol.: eadem editio Genevenſis. Venet. 1731. fol. CHIVA. 1738. fol. 2 vol.

Clarorum virorum *apologiam pro* MUSITANO *adverſus* PETR. ANTONIUM DE MARTINO, qui *Trutinam medicam* a. 1688. excuſam impie impugnare aggreſſus eſt. Kruſwick (Genev.) 1700. 4. *. Primum J. B. VULPINIUS. Cur venæ ſectionem damnet, & catarrhorum hypotheſin ſcholaſticam, & plethoram in inflammatis: cur pleuritidem ſolis ſudoriferis impugnet. Inteſtina convolvi non poſſe.

Nuncius Parnaſſus, *ſ. Epiſtola ex Parnaſſo a* SEBAST. BARTHOLO ad MUSITANUM Kruſwick (Genev.) 1700. 4. Italice *Nuova ſtafeta circa gli affari della medicina del* S. GAETANO TRAMIGLIOZZI *in difeſa del* MUSITANO. Francoſ. 1700. 8.

J. ANDREAS SIZZONUS MARTINUS, in *Trutina*, *ſ. apologetica* per dialogos diſquiſitio Kruſwick (Genev.) 1700. 4. *. Ejuſdem ſcopi non mitis refutator.

Poematia varia & epiſtolæ C. MUSITANI.

§. DCCCCXI. ARCHIBALDUS PITCAIRN.

Scotus, Profeſſor aliquamdiu Leydenſis, deinde Edinburgenſis, Jatromathematicus, eloquens, vir acuti ingenii, in adverſarios aſper; incredulus, acer Jacobita, in ſuis hypotheſibus confidens, ut problema putaret ſe ſolvere dato morbo invenire remedium.

Ej. *de inventoribus diſſ.* prodiit Edinburgi a. 1688; rurſus & auctior Lugduni Batavorum a. 1693.

Ej. *Oratio qua oſtenditur medicinam ab omni philoſophandi ſecta eſſe liberam*. Leid. 1692. 4. & in diverſis collectionibus Edinburgi 1713. 4. *.

Contra hypotheſes. Medicinam antiquis erroribus nondum puram eſſe.

Morbos

Morbos aquei humoris animæ non repræſentari, ob nimiam ad lentem cryſtallinam propinquitatem.

Ej. *de ſanguinis circulatione in animalibus genitis & non genitis.* Leid. 1693. 4. & in collectionibus. Obſtructionis ſedes in arteria concreſcente. Opii vis ſanguinem rarefaciens, in caput conpellens, calefaciens, pulſum augens, nervos conprimens.

Ej. *Diſſ. de legibus hiſtoriæ naturalis.* Edinburgi 1696. 12. In R. Sibbaldum ſcriptorem rei naturalis Scoticæ; infenſus homini, quod contra mathematicos ſcripſiſſet. Contra alicujus regionis αὐταρκείαν medicam. Male ſuaderi ut efficacioribus peregrinis auxiliis abſtineamus atque domeſticis debilioribus contenti ſimus. Calculum non eſſe ab aqua per terras calcarias fluente. Anginam fuiſſe, quam pro peſtilenti febre Sibbaldus deſcribit. Epileptica, quam Sibbaldus jactat a ſe ſanatam, venereo malo laboraſſe. In G. Cockburne qui ſe & Bellinum compilaverit.

Ej. *de curatione febrium quæ per evacuationes inſtituitur.* Edinb. 1695. & in collectionibus. Aptiſſime per ſudorem citatum vel per tranſpirationem curari, quæ a ſuppreſſa perſpiratione aliave evacuatione oriantur. Multo minus profici alvo mota: in calculos diſpoſitam copiam oſtiolorum perſpiratoriorum oſtendit.

Ej. *de opera quam præſtant corpora acida vel alcalica in curatione morborum:* & in collectionibus. Non unice ab acido & ab alcali morbos oriri; non ergo & his ſolis ſalibus omnes vinci, quando acida morbo alcalino opponis, aut viciſſim, neque huc pertinere efficaciam corticis peruviani. Flores chamæmeli quorum analyſis ſit ab analyſi corticis peruviani diverſiſſima, tamen pari felicitate febres curare. Pro utilitate cantharidum. Non ab acido & alcali vires medicamentarias eſſe, & diverſiſſima habere principia.

Ej. *de ingreſſu morbi qui venerea lues vulgo appellatur:* & in collectionibus. In calidis regionibus ſufficere curando decocta lignorum: in frigidis, ubi ſordes denſiores ſunt, hydrargyro opus eſſe. Se arſenicum feliciter in colicis doloribus dediſſe. Luem veneream curat emetico ter repetito, deinde hydrargyro interruptis vicibus exhibito. Ulceribus unguentum imponit, quod mercurium præcipitatum album recipit.

Ej. *Diſſ.* cum hac epigrapho; *Variolis correptos hac methodo ſanari jubeo.* Sanguinem mittit, eruptionem adjuvat aqua in qua ſtercus ovillum maceratum ſit. Si evaneſcant, die 5 ad 8 venam ſecat, cantharides cervici admovet. Epilepſiam curat vomitu, tinctura valerianellæ & fraxinellæ, cum caſtoreo, ſtercore columbino, viſco, ſenna, jalappa, turpetho in vino maceratis: addit pulverem cranii humani & ungulam alcis, non hic incredulus. Dat eamdem

in

in paralyſi tincturam. In podagra hydrargyrum parce datum: ad eamdem in ventriculum regredientem, corticem peruvianum cum aromatibus.

Ej. *de diviſione morborum*; in collectionibus. Hypotheſes recipit, febrem & ad canalium ſanguiferorum & ad excretoriorum canalium morbos pertinere. Multos eſſe in ſcorbuto conjunctos morbos, quibus nihil commune ſit præter pulſum tardiorem. Venæ ſectionem in hoc morbo male metui a timidis Germanis. Singulo morbo eorum, qui in unum ſcorbutum confluunt ſua peculiaria medicamenta debere opponi, nam & ſcirrhoſum aſthma huc revocat, & paralyſin & alia. Eamdem cum ſcorbuto eſſe cachexiam veterum. Morborum nonnullorum curationes breviter expoſitæ. Ad icterum hydrargyrus, chalybs, aurum pulveratum.

Opuſculorum minorum Pitcarnii pluſculæ ſunt *collectiones*.

Ej. *Diſſertationes medicæ.* Edinburgi 1713. 4. *. conjunctæ prodierunt. Continent quæ hactenus recenſui, præter libellum in Sibbaldum.

Inde *Opuſcula medica* Ed. III. Roterd. 1694. 4. *. priori ſimilis. Venet. 1735. 4. puto eadem.

Ej. *Elementa medica l. duobus, quorum prior theoriam poſterior praxin exhibet.* Leid. 1737. 4. *. Anglice Lond. 1727. 8. Vitioſa editio, conquerentibus in *Actis Edinburgenſibus* civibus. Poſthumum opus ex quatuor codicibus collectum. Primo loco brevis conſpectus aphoriſticus univerſæ artis. Deinde in Libro I. aliquot capita huc faciunt; de criſi, cujus alia in Græcia ſint tempora quam in Britannia: in Scotia nullos dies criticos eſſe, & quæ fieri dicuntur, ex præjudicata opinione admitti. De effectu diverſæ venæ quæ inciditur. Vena baſilica dextri brachii inciſa, ſanguinem arteriæ brachialis minus in ſuo motu impediri & eo adeo derivari, totamque arteriam aortam ſuperiorem ſanguinem facilius recipere, quam aortam inferiorem; fluere ergo uberius in aortam ſuperiorem inque brachium dextrum: fluere etiam in iſtam uberius quam in arteriam ſcapularem, etſi & ipſa ſubclaviæ ramus eſt. Revelli adeo de brachio ſiniſtro ſanguinem & de aorta inferiori. Omnino ut Bellinus. Emeticorum uſus in partu difficili.

L. II. totus eſt clinicus. Febres, quas definit per celeritatem ſanguinis uniformiter auctam cum comite perpetua ſanguinis rarefactione; iterum ex hypotheſi, eaque parum probabili. Curari adeo, rarefactionem compeſcendo, motum diminuendo. Vena in omni febre intermittente ſecanda, vomitus ciendus, dandum medicamentum febrifugum fere amarum, deinde corticem, parca copia, non ſupra ſemuncem intra duos paroxyſmos. Utitur autem pulvere, vel & infuſo ſpirituoſo corticis. Ad alvi fluxum opium addendum. Non debere corticem ſtatim ante paroxyſmum propinari. Salis aut ſpiritus corticis nullum eſſe vim

vim febri fugam. Poſt corticem non debere purgari. In febre periodica ſed continua venam ſecat, vomitum movet, clyſterem ſubdit, aquas dat ſtillatitias cum terris abſorbentibus & theriaca. Sudorem bis ciet, ſub noctem papaveris ſyrupo utitur. Petechiæ eruperunt ſexto die cum malum ingraveſceret. Sudor denuo ægrum levavit. Si delirium acceſſiſſet veſicas de cervice traxiſſet, ſed convaluit. Ita duobus exemplis propoſitis noſter, ut nulla alia de febribus hic invenias, niſi de iis, quibus peculiaris eſt in aliqua corporis parte ſedes. Ita totam ſeriem brevem utique morborum percurrit. Ecce aliud ſpecimen, nam ſingulos morbos ſequi nimis longum fuerit. Epilepſia & convulſio, quæ ſit a nimia repletione aut a nimia evacuatione, neque enim irritationem inter cauſas admittit. In paroxyſmo epileptico eadem danda medicamenta quæ in apoplexia: extra paroxyſmum, ſi malum a repletione fuerit, vena ſecanda, etiam in paroxyſmo; vomitus movendus croco metallorum, alvus purganda, tum ſudores ciendi decocta cum lignis aqua, & cortice potiſſimum Guaiaci. Adverſus convulſionem ab irritatione Valeriana, cranium humanum, lumbrici uſti, radix Serpentariæ, Cinnabaris antimonii, Caſtoreum, gummi ammoniacum: ſi nihil hæc proficiant, æger ad thermas relegandus. Dari homines, qui in epilepſiæ paroxyſmo ſibi conſcii ſint.

Ej. *Opera omnia medica* Leid. 1737. 4. *. Continet priora omnia, tum aliqua poëmata & irreligioſam epiſtolam. In GUILIELMUM III. aſperrimus, etſi cathedram Leidæ obtinuerat. Lego in præfatione Libri primi, caput ultimum de formulis medicamentorum exſtare cum BOERHAAVII praxi apocrypha.

§. DCCCCXII. VARII ad a. 1688.

THOMÆ HYDE, viri doctiſſimi & nobiliſſimi, *de herba Cha collectanea.* Oxford 1688. 8.

Ej. *veterum Perſarum & Parthorum & Medorum religionis hiſtoria.* Oxon. 1700. 4. B. B. 1760. 4. B. B.

Diſſertationes habet de medicorum Bonis & Rebus.

MARTINUS SCHURIG, medicus Dreſdenſis.

EJUS numeroſiſſimæ ſunt diſputationes, pleræque argumenti anatomici & phyſiologici, admiſtis vero plurimis pathologicis.

Ej. *Diſp. de hæmoptyſi.* Jen. 1688. 4. LEHM.

Ej. *Spermatologia. — De caſtratione, herniotomia, phimoſi, circumciſione, ... infibulatione; de hermaphroditis & ſexum mutantibus.* Francof. 1720. 4. *.

Seminis uſus medici & teſtium: vana multa & infida. De caſtrationis in curanda mania utilitate. De cauſis divortii ab impotentia varia repetitis. Num medico liceat valetudinis cauſa coitum ſuadere.

Ej. *Chylologia*, — *de appetitu nimio*, *voracitate*, *rerum haud eſculentarum concupiſcentia*, *nauſea & inedia diuturna*, *farragine rerum præter naturam in ventriculo & inteſtinis latitantium*, *aut vomitu rejectarum*: *de merdæ uſu medico.* Dreſdæ 1725. 4. *. De vomitu, etiam diarrhœa, egeſtis per alvum variis, ſtercoris variorum animalium utilitate medica.

Ej. *Sialographia*, *ſeu ſalivæ humanæ conſideratio*: *morſus*, *rabies*, *hydrophobia.* ibid. 1727. 4. *. Saliva vitioſa, ptyaliſmus, etiam mercurialis. Salivæ uſus medicus & noxæ. Tarantula. Uſus medicus hirudinum. Defenſiones reorum deſumtæ a morbo aliquo mentis, etiam a morſu animalis rabidi. Spuma ante os an ſignum ſuffocationis. Signa de vitalitate fetus ex meconio ſumta.

Ejusd. *Muliebria*, *morborum genitalium muliebrium conſideratio.* ibid. 1729. 4. *. Excrementa per vulvam; tribades. Uteri morbi, ſcirrhi, fungi, calculi, hydatides, ulcera. Uterus gangrænoſus concreſcibilis cum cuticula deceſſiſſet.

Ej. *Parthenologia* — *de pubertate*, *menſtruatione*, *menſium inſolitis viis.* ib. 1729. 4. *. Fuſe de menſtruis eorumque viis & vitiis, ſuppreſſione, ubertate, menſibus in vetulis, in gravidis, etiam de uſu medico ſanguinis menſtrui. Virginitatis ſigna.

Ejus *Congreſſus muliebris conſideratio. Gymnologia*, *de coitu impedito*, *&c.* ibid. 1730. 4. *. Coitus utilitas medica & noxa. De coitu a variis cauſis impedito, ut a fluore albo.

Ej. *Syllepſiologia*, *h. e. conceptus muliebris conſideratio*, *de graviditate vera*, *falſa*, *occulta*, *diuturna*, *de gravidarum privilegiis*, *animi pathematis & impreſſionibus.* ibid. 1731. 4. *. Fetus extra uterum vegetantes, variis locis, etiam in ventriculo. Ovula ſubcutanea. Sterilitas ejuſque cauſæ variæ. Graviditatis ſigna & ſexus pueri utero incluſi. Symptomata gravidarum & variolæ: venæ ſectio, reliqua cura medica. Nervorum maxima collectio.

Ej. *Embryologia* — *Partus præmaturus & ſerotinus*; *partus per vias inſolitas*; *partus ſuppoſititius.* ibid. 1732. 4. *. Morbi fetus dum utero geritur, variolæ, hydrops, icterus &c: mors & ejus ſigna, tabefactio. Abortus ejuſque cauſa. Abortiva; partus nefarii & beſtiales; partus veſiculares. De neceſſitate deligandi umbilici. Hydropis uteri exempla.

Ej.

Ej. *Lithologia, ſ. calculi humani conſideratio, effectus morboſi, ſymptomata, excretio, analyſis lithontriptica, calculi brutorum, bezoar &c.* ibid. 1744. 4. *.

Magna collectio, partim chirurgica, partim medica. Huc enim faciunt hypotheſes de calculi generatione, tum adnotationes calculorum aliis in corporis animalis locis ſubnaſcentium, etiam biliariorum, tum in cerebro, vagina, demum ubique partium corporis patefactarum. Habet hic aliqua propria, calculos de alvo decedentes, non ſine dolore & læſione ſphincteris. Calculi & arenulæ poſt multos dolores de alvo expulſi. Calculi manifeſto biliares de alvo magno numero egeſti. Calculi de alvo ſimiles lapidibus in thermis Carolinis naſcentibus. Sic paulo poſt longos dolores & ſedes nonnunquam ſanguineas, hepar ſcirrhoſum, nulla veſicula fellea, ventriculus ampliſſimus. Quare hæc collectio neque inutilis eſt, neque mera compilatio. Huc etiam ſymptomata calculorum: phthiſis a pulmonalibus, icterus a bilariis &c. Inde immenſa collectio de bezoardicis lapidibus, eorum origine varia, bonis notis, viribus quæ creduntur medicis. Denique ſimilis collectio medicamentorum lithontripticorum.

Ejusd. *Hæmatologia, ſeu ſanguinis conſideratio, quantitas, defectus, excretio præternaturalis: de corde varia.* ibid. 1744. 4. *. Hic etiam ſua habet & propria collector. In macilento homine pinguedinis moles pulmones opprimens. Hic hydrops pericardii, & ſuppuratio, eaque occaſione palpitatio, quam tantam vidit, ut coſtas elevaret, gibbi cauſa eſſet.

A. V. H. *Diſſ. phyſico medica de febribus juxta normam philoſophiæ purioris Carteſianæ, in qua multa utilia ad œconomiam animalem proponuntur.* Leid. 1688. 8. *. Inflammatio eſt obſtructio partialis pororum, quorum pars ſubtili materiæ pervia eſt ac celerius mota impetum facit in vicinas membranas, in ſanguinem ipſum, & cum poros inveniat ſibi non patentes, turbationem febremque facit. In febre purgatio non confert, niſi ad primas vias mundandas &c.

Cypriani de Morpia, *opera omnia medica de febrium natura communi & ſingulari, earum cauſis ſignis & curatione; & brevis tr. de morbi gallici natura. Secundo praxis univerſalis cum pluribus diſſertationibus phyſicis ad praxis medicæ explicationem neceſſariis, de morborum internorum natura & curatione. Tertio conſultationes, annotationes & obſervationes medicæ.* Lion 1688. fol.

J. Casp. Gricheld, *practica medica.* Francof. 1688. 12. & 8. Riv.

Pauli Rochi Redlich, *elogium & coemeterium medicorum ex variis voluminibus concentratum.* Prag. 1688. 8. Burckh.

Clément Joseph Brecht, *epiſtola de eloquentia medici.* Argentor. 1688. 8. Nicol. Apparatus facundiarum.

Ordo viſitandi officinas & clavis ad polychreſta. Noriberg. 1688. 4.

Pharmacopœa ad mentem neotericorum adornata. 1688. 8. An BONTEKOI?

EDWARD BERNARD, *de ponderibus & menſuris antiquorum.* Libri tres. Oxon. 1688. 8. TR.

PAUL FREHER, *theatrum virorum eruditione clarorum, in quo & ſcripta theologorum, juriſconſultorum, medicorum &c. repræſentantur.* Noriberg. 1688. fol. 2 voll.

J. FRID. HEREL, *diſſ. de minera.* Rudolphopoli 1688. 4. B. BUN.

HENR. WITTE, *Progr. in obitum* NIC. WITTE A LILIENAU. Prag. 1688. 4. B. BUN.

ERN. GOTTFR. HEYSE, *Oratio de medico religioſo.* Gedan. 1688. 4.

GUERNERI NEUHAUS, *homo melancholicus.* Hamm. 1688. 12. De eo morbo alii 1689. 8.

EJ. *homo hydrophobus.* Hamm. 1689. 12.

§. DCCCCXIII. LINGUARUM NUPERARUM.

JOH. JOSEPH COURTIAL, medicus Toloſanus.

In *Journal des ſavans* 1688. deſcripſit hepar hydatidibus plenum, ut & de ſpica hordei de latere ſiniſtro pueri prodeunte, quam miſer deglutiverat.

EJ. de ventriculo perforato, ut hepatis lobus minor foramen obturaret.

EJ. *Nouvelles obſervations anatomiques ſur les os, ſur leurs maladies extraordinaires & ſur quelques autres ſujets.* Paris 1705. 12. *. Leid. 1709. 8. Belgice cum H. v. DEVENTER *de morbis oſſium.* Leid. 1739. 4. *. Morbi oſſium, crepitatio, fragilitas, curvatura, emollitio.

Deinde obſervationes. Hydatides fieri ex vaſis lymphaticis diſtentis. Hydatides ex veſica urinaria prodeuntes. Partus veſicularum. Spica hordei deglutita per abſceſſum exeuns. Fetus ventralis maturus, cum uterus integer eſſet.

DURONDEL, *Hiſtoire du fetus humain, recueillie des extraits de Mr.* BAYLE. Leide 1688. 12. *. Excerpta ex BAYLEI *Nouvelles de la Republ. des lettres.* C. DRELINCOURT epiſtola ad BASNAGE, phyſiologici argumenti.

EJ.

Ej. adnotatio de puerpera cui in ſiniſtro inguine tumor eret enormis, globis fartus congeſtis, adnatus tubæ, ipſum nempe ovarium mutatum in tumores hydaticos, alios mellea materie plenos.

Antoine Furetiere, *Dictionnaire univerſel de tous les mots françois &c.* 1688. fol. Roterdam 1690. fol. 1700. fol. La Haye 1737. fol. Paris 1752. fol. Practicorum etiam voces habet.

Les operations de chirurgie par une methode courte & facile, avec deux traités ſur les maladies de l'eſtomach & ſur la verole. Paris 1688. 12. Bur. 1703. 12. Bur. Nunquam Astrucio viſum mireris. Cauſam mali acidum non eſſe.

In gonorrhœa adſtringentia rejicit. Salivationem in eadem condemnat.

Gervaise, *Hiſtoire naturelle & politique du R. de Siam.* Paris 1688. 4. Habet etiam diætam & medicinam plantaſque utiles.

Obſervations phyſiques & mathématiques par les PP. Jéſuites avec des notes du P. Gouge. Paris 1688. 8. *. Barbam tigridis validum eſſe venenum.

Traité des fiévres avec un traité de la petite vérole & rougeole, le régime de vie des viellards & les maladies des femmes. Soiſſons 8. Astr.

Nouveau traité de médecine ſur les maladies de la poitrine, les maladies des femmes . . . . &c. Lion 1688. 12. 1712. 12.

Forchon, *traité de la canicule, des maladiès qu'elle cauſe, & des remedes qui lui ſont propres, avec un traité de la goutte.* Paris 1688. 12. Houss. Bur.

Loys & regles de la ſanté. Paris 1688. 12. Falc.

Nouveau traité du pourpre, de la rougeole & de la petite vérole, avec leur nature & leurs remedes, avec un traité de la douleur néphrétique, de la pierre des reins & de la veſſie & de leurs remedes. Paris 1688. 12. Bur.

Adrien Helvetius, *Remede contre le cours de ventre.* Paris 1688. 12. Falc. Hypecacuanhæ jam a Guil. Pisone propoſitæ uſum, maximo ſuo cum emolumento propoſuit, mille Ludovicis aureis a rege remuneratus. In Galliam etiam res ſuas tranſtulit, alterius celebris medici ibi pater factus. Multum autem medicamentis credidit, in empyriſmum pronior.

Ej. *Methode de guérir toutes ſortes de fiévres ſans rien prendre par la bouche.* Paris 1694. 12. Latine Amſtelodami & Lipſiæ 1694. 8.

Ejusd. *traité des pertes de ſang de quelque eſpece qu'elles puiſſent être, avec leur remede ſpécifique & une lettre ſur la guériſon du cancer.* Paris 1691. 12. 1706. 12.*.

Ad

Ad hæmorrhagias internas quaſcunque pilulas habet ex alumine fuſo, cum ſanguine draconis miſto. Exempla curationum addit, etiam in America feliciter adhibiti ſpecifici.

EJ. *Traité des maladies les plus fréquentes & des remedes ſpécifiques pour les guérir, avec la methode pour s'en ſervir.* Paris 1704. 12. 1724. 12. 2 vol. 1727. 12. Liege 1711. 12. *. Italice Venet. 1743. 4.

Miſtum opuſculum. De pulſu; de urina. Venæ ſectio: ſolum ob plethoram admittenda, in ſuppreſſione hæmorrhoidum, in partu difficili. Victus ratio pro pauperibus. Deſcriptio remediorum quæ putat præcipua vi pollere. Pulvis temperans (eſt fere ſtomachicus BIRCKMANNI). Pulvis emeticus; (cremor tartari) doſi 8 ad 12 grana (*). Purgantia varia. Sennatum ait odore & ſapore carere. Pulvis ſudorifer ex calidis aromaticis. Pareiræ bravæ vis diuretica. Elixir ſtomachicum. Alia. Inde tractatus *de clyſteribus*, quibus utitur ad medicamenta propinanda, quæ difficulter deglutiuntur, ipſum potiſſimum corticem peruvianum. Iterum nunc ad morbos tranſit, quibus ſuam curationem ſubjicit. Febres malignæ: putridam definit, quæ ad 14 diem & ultra protenditur: venam ſecat repetito, purgat pilulis purgantibus die ſexto, octavo, & interdum etiam cum his pilulis cardiaca combinantur, & elixir theriacale, etiam eo die quo alvus ducitur. Si febris maligna magna in ſymptomata eruperit, aurum dat potabile & pulverem emeticum, tunc tincturam coralliorum anodynam. In febribus intermittentibus pulverem dat febrifugum, magiſterium ſcammonii, ſalis ammoniaci, reguli martialis . . . . Sed etiam corticem peruvianum dat ex vino Burgundico. Peripneumonia. In pleuritide dat fimi mulini infuſionem in vino. Variolæ. Petra porcina, cujus vires laudat in peſte morbiſque graviſſimis, ut in variolis pernicioſis: proprium etiam experimentum adducit. Tunc earum febrium genus. Morbi renum & pareira brava. Dyſenteria & ipecacuanha, cujus revelationem LUDOVICUS XIV. mille aureis remuneravit. Hæmorrhagia. Apoplexia: fumo tabaci recidivas apoplexiæ ſeroſæ averti.

EJ. *Mémoires inſtructifs ſur l'uſage des différents remedes ſpécifiques pour les armées du Roi & les maladies de la campagne.* Paris 1705. 12. *. Magnæ laudes lapidis *del porco*, qui nondum quidem medicina univerſalis, ſed ſudoriferorum tamen princeps ſit. Ut in febribus malignis adhibeatur. Ad eas venæ ſectio etiam repetita, clyſteres, niſi malum cedat die ſexto vel ſeptimo.

EJ. *Mémoire pour ſervir à l'hiſtoire de la chambre royale des médecins* in *Nouv. de la Rep. des lettres.* 1688.

In

(*) Valde fallor ni hic Ill. AUCTOR per lapſum calami has voces *cremor tartari* ſcripſerit, loco *tartari emetici.* Nota Editoris. VICAT.

In pervicace morbo grana octo lapidis porcini dat, tum vinum & juſculum. Sudorem per quinque horas ſuſtinendum ſingulisque duodecim horis repetit. Demum vero petra porcina utitur; blandis tamen medicamentis aliquoties alvum ducit. In peſtilentialibus febribus citius ad lapidem porcinum veniendum, ejuſque uſus repetendus, interpoſito medicamento cardiaco. In variolis venam non ſecat, eruptionem vero lapidis ejuſdem uſu adjuvat, quem per octo horas repetit. In febre intermittente, poſt ſeptem paroxyſmos eodem iterum lapide utitur, ſed continuo, quando periculum eſt ne in continuam tranſeat. Eadem porci petra ſpecifica eſt adverſus chloroſin, palpitationes, cephalalgias, hydropem naſcentem, rachitidem. Hic redit Ipecacuanha, non quidem nominata, & reliqua quæ ſunt dicta in priori libello.

An idem l. *Recueil de methodes approuvées pour la guériſon des maladies les plus dangereuſes*. Trevoux 1720. 12?

Ej. eſt *Methode pour traiter la vérole par les frictions & par les ſueurs*. La Haye 1710. 12. Tertiis inunctionibus malum conficit.

N. de St. ANDRÉ, Medicus facultatis Cænenſis & Regis Galliæ ordinarius.

Ej. *Reflexions nouvelles ſur les cauſes & les ſymptomes des maladies*. Paris 1687. 8. CARR. Liber primus & ſecundus phyſiologici eſt argumenti, de partibus corporis conſtitutivis, nutritione & generatione, in tertio ſanguinis naturam & degenerationem ejuſque cauſas recenſet, quas ex primæ mixtionis rationibus deducere ſtudet, in libro quarto & quinto ortas ex hac corruptione ægritudines & morbos, & in ſexto miaſmata & fermenta humores corrumpentia. BR.

Ej. *Reflexions ſur la nature des remedes*. Rheims 1700. 12. Rouen 1701. 12. HIPPOCRATEM Chemiæ & medicamentorum chemicorum peritiſſimum fuiſſe contendit! HALLER in Meth. St. Med. BR.

Ej. *Lettre au ſujet de la Magie des malefices & des ſorciers*. Paris 1725. 12. CARR. Magia quodammodo naturalis, in qua ea quæ dæmonibus hucuſque adſcribi ſolebant vel ad leges Naturæ vel ad dolum & artem reducuntur. BR.

Non confundendus cum coævo chirurgo St. ANDRÉ, per deſcriptionem partus cuniculorum ex femina ridiculus, quem Ill. HALLER recenſuit in Bibl. anatom. II. p. 110. BR.

GERVAISE UCAY, *Tr. de la maladie vénérienne*, Toulouſe 1688. 12. 1693. 12. Paris 1702. 12. Latine Amſtelod. 1699. 8. TR. Malum veteribus non fuiſſe ignotum: contrahi etiam cum muliere non infecta, ex nimia venere.

Mercurium

Mercurium præcipitatum aliis formulis præfert. Methodum ſudoriferam nullam perfectam curationem operari.

HENRY BASNAGE de BEAUVAL, *Eloge de* CL. PERRAULT in *Journ. des ſavans.* 1688. Nov.

MICHAEL SALAPIO & PEREZ, Saragoſſanus medicus. *Clave del teſoro de la pedra philoſofal de la ſalud humana.* Saragoſſa 1688. 8. SEG.

CHRISTOVAL TIGIDAS, *Verdad defendida i reſpueſta a la carta de* D. JUAN de CABRIADA. Barcelon. 1688. 4. C. de V.

J. CURVO SEMMEDO archiater JOHANNIS V. ad empiriam inclinat.

EJUS multa ſunt ſcripta.

Tratado de peſte. Lisbon. 1688. SEG. alibi 1689.

EJ. *Polyanthea medicinal noticias Galenicas y chymicas repartidas en tres tratados.* Lisbon. 1695. fol. 1697. fol. FALCONET. 1704. fol. 1716. fol. 1727. fol. SEG.

EJ. *Preſidio o atalaya da vida contra las hoſtilidades de morbi fortificada e guarnecida* . . . . . ib. 1710. fol.

EJ. *Manifeſto f . . . avi amactes de ſa . . a attentès as ſuas conſciencias.* ib. 1706. 4.

EJ. *obſervationes medicæ ægritudinum fere incurabilium.* ib. 1718. fol.

EJ. *obſervaciones medicas doctrinas de unos caſos graviſſimos* . . . . &c. ib. deinde Latine 1727. fol.

EJ. *ſitanice para os que non ſabem a latin* . . ib. fol. SEG.

EJ. *tratado do . . . . d . . factice . . . preparacion en ſenna auctor e moſtra as grandes virtudes deſto remedio e como ſe deve aplicar.* SEG. 4. ſine loco.

EJ. *Memoria dos remedios eſquiſitos que da India e outros partes vem a eſte Regne, conque ſe declaran as ſuas virtudes e as condijons conque ſe applican.* 4. ſine loco & anno.

Converſus ab ABRAHAMO VATER, qui titulum fecit.

Pugillus rerum Indicarum, quo comprehenditur hiſtoria rariorum ſimplicium ex India orientali, America, aliiſque orbis terrarum partibus allatorum. Witteberg. 1722. 4. *.

Plurima hic reperias medica, ſimplicia ex coloniis Africanis, Americanis &

& Aſiaticis allata plurima vulgo ignota ex plantis & ex animalibus cum viribus medicis, in quibus noſter potius nimius eſt; lapides bezoardici veri & factitii, lapis hyſtricis, lapis ſerpentis de Mombaças, alterius de Dio. Radices, & ligna. Radix de Calumba ad Mordechin & ventriculi vitia utilis. Radix de Butua, quam plurimi facit; radix de Monguz. Liberalem eſſe in laudibus impertiendis ex iis colligas, quas gloſſopetris impertit.

FRANCISCI VALCASSAR, *oratio in obitum* ANTONII CRISPI. Drepani. 1689. 4.

FELICE PASSERA, *Nuovo teſauro degli arcani farmacologici Galenici e chemici.* Venez. 1688. vel 1689. fol.

G. BATTARELLI, *de bagni di S. Caſciano.* Firenz. 1688. 12. Media tradit quibus incommoda ſuperentur quæ in aquarum uſu ſuperveniunt.

CAR. JOSEPH. GERENZANI, *la vipera rediviva o ſal volatile viperino fabbricato da* C. GIUSEPPE GERENZANO. Milano 1688. 12. BR.

EJ. *Il morbefugo univerſale o ſia polvere viperina, modo di fabricarla, virtu* &c. Milan. 1693. BR.

EJ. *l'Armeria d'Eſculapio munita d'arcani di ſalute.* Milan. 1694. 12. BR.

EJ. *Scuola regia farmaceutica a ſpeciali e particolari.* Milan. 1706. 8. ARGEL. BR.

L. JAMES, *Letters relating to the college of phyſicians as alſo a short memory of its conſtitution.* London 1688. 4. HARR.

J. OLIVER, *a preſent for teeming woman.* ib. 1688. 8.

Monthly obſervations for the preſervation of health with a long and confortable life. ib. 1688. 8.

J. VAN DUERER, *de ontdekking der Bedriegeryen van de gemeende Pis beſienders.* Amſterdam 1688. 8. UFF.

J. V. HALMAAL, *Ontleeding over de Amſterdamze* (b) *Apothek.* ibid. 1739.

(b) Sic eum titulum reliquit Ill. HALLERUS. VICAT Supplevi ex J. v. ABKOUDE *Naamregiſter of Verzaamlingen van Nederduytſche Boeken.* Leiden 1754. primam editionem vero quæ huc pertinet ignoro. BR.

J. Fleischeri (abſque anno) *Curioſer Medicus* F. Leipz. 1688. 12.

Anmerkungen die Auferziehung der Kinder und deren Gebrechen betreffend. Nurnberg 1688. 12.

Hebammenordnung. Strasburg 1688.

Tob. Vogel, *Spiegel der menſchlichen Schönheit.* Leipz. 1688. 8. Tr.

Ej. *Curieuſer Hautdiener vorſtellend der menſchlichen Haut Schönheit und Häſslichkeit.* Graz 1698. 8 Tr.

§. DCCCCXIV. Dominicus Guilielmini.

Bononienſis profeſſor matheſeos, inde Patavinus, & jatromathematicus, qui in univerſum in generalibus ſubſtitit, inque theoria a qua in ſingula ſe demiſit.

Ej. *Rifleſſioni filoſofiche dedotte dalle figure de ſali.* Bologna 1688. 4. Padova 1706. 4. *; & *de ſalibus epiſtola.* 1706. 8. Phyſici argumenti. Natura diverſa urinarum.

Ej. *de ſanguinis natura & conſtitutione.* Padova 1701. Venet. 1701. 8. *.

Ej. *Pro theoria medica adverſus ſectam empiricam prælectio.* Venet. 1702 8. Medicinam non ex natura ſua eſſe conjecturabilem, ſed ex ignavia volentium. Debere perſpecta eſſe prius circa quæ verſari velimus & agere, corpus adeo humanum. Ut ſæpe experientia fefellerit. Amuleta, carmina, ſignaturas alia vana in artem introduxerunt. Similes caſus & raros eſſe & obſervatu difficiles. Experientiam non poſſe adquiri niſi a viro theoria inſtructo. Specificorum vanitas.

Ej. *de idearum vitiis correctione & uſu ad ſtatuendam & inquirendam morborum naturam.* Patav. 1709. 8. Theoria generalis morborum.

Ej. *de ſulfure principe diſſertatio.* 1710. 8.

Ej. *de Quinquina cortice ejuſque operandi ratione.* Italice ſcripta epiſtola a Fiot latine verſa. Fermentum febrile a ſolito ſanguinis motu ſubigi non poſſe: id fermentum a cortice peruviano diſſolvi non deſtrui, neque perennem ejus corticis de febre eſſe victoriam.

Julii Molinelli ad J. A. Dondolum, *de ejus bello civili nuper edito.* Theoriæ contra meram empiriam defenſio. Nuperiores multo majori ſtudio certa a parum certis diſcernere.

Ej. *Opera omnia mathematica, hydraulica, medica & phyſica.* Geneſæ 1719. 4. *.

Josephi

JOSEPHI DONZELLINI, ANTONII f. *Sympoſium medicum de uſu mathematum in medicina* (eſt enim GUILIELMINI) (c).

THEOPHILI ALETHINI *epiſtola, qua oſtenditur* SBARALEAM *fuiſſe provocantem injurium contra l. de moralibus criticæ regulis.*

Epiſtolæ ad G. DES NOUES omittuntur, gallicæ, quas cum GUILIELMINO dixi.

Vitam Cl. viri MORGAGNUS adjecit (d).

§. DCCCCXV. DISPUTATIONES.

FRANC. JOACHIM SCHMIDT, *de epilepſia.* Leid. 1688. 4. PL.

J. H. KISSELIUS, *de aſthmate.* ib. 1688. 4. HÆN. Utrecht PL.

SAM. NIC. DE MARETZ, *de peripneumonia vera.* ib. 1688. 4. RIV.

JAC. DE BYE, *de hydrope in genere.* ib. 1688. 4. *.

HERCULES BYWAART, *de pleuritide vera.* ib. 1688. 4. *.

DANIEL PARIDOM KRAMER, *de hydrophobia.* ib. 1688. 4. *.

GERARD V. DIEDENHOVEN, *de peripneumonia vera.* ib. 1688. 4. *.

THOMAS WALKER, *de hydrope intercute ſive anaſarca.* ib. 1688. 4. *.

HENRICH ANT. STORK, *de alimentis, medicamentis & venenis.* Utrecht 1688. 4. *.

J. GOTTLOB NÜSSLER, *de dolore colico.* Traject. 1688. 4. *.

ISAAC SCHUILMAN. *de aſthmate.* ib. 1688. 4. *.

NIC. ERICI, *de phthiſi.* Præſide O. BORRICH. Hafn. 1688.

J. CHRISTOPH VULPIUS, *de amuletis eorumque viribus.* Regiomonti 1688. 4. BOEHM.

(c) Idem etiam fuerit auctor ſcripti paulo ſuperius ſub nomine JULII MOLINELLI dicti: certe & nomen quod ſequitur THEOPHILI ALETHINI aliud fuit nomen fictum ſub quo GUILIELMINUS latuit, ut videre eſt ex *Biblioth. anatom.* T. II. p. 5. VICAT.

(d) Nempe, ut videtur, eam adjecit *Operibus omnibus* quibus veroſimiliter continentur ſcripta ſub nominibus fictis modo dictis edita. VICAT.

JOACH. ARN. WICHMANN, *de morbis hereditariis.* Erford. 1688. 4. HÆN.

GOTTLOB BEHRNAUER, *de morbis archealibus.* Erford. 1688. 4. PL.

HENR. BUCHHOLZ, *oratio de veneno∫a contagione pe∫tem quam vocamus.* Jen. 1688. 4. PL.

GABR. WOELFER, *de febre ſcarlatina.* Lipſ. 1688. 4. LEHM. Erford. PL.

J. WILH. HYRER, *de ſcirrho hepatis.* Altdorf 1688. 4. PL.

J. CAR. LINK, *caſus medicus ægri epileptici.* ib. 1688. 4.

J. REINH. FUCHS, *de gutta roſacea.* ib. 1688. 4. BURKH.

J. ARNOLD, *de vertigine.* ib. 1688. 4. PL.

J. DAVID STREHLEIN, *de diætetica.* ib. 1688. 4. *.

GEORG CHRIST. LUDWIG WELSCH, profeſſor Lipſienſis, *de medicis & medicamentis Germanorum.* Lipſ. 1688. 4.

EJ. *de verme cordis.* ib. 1694. 4. VAT.

EJ. *de ſulfure vitrioli anodyno.* ib. 1703. 4. MENZ.

EJ. *de ſuperſtitioſa morborum cura Chriſtiano atque dogmatico medico indigna.* ib. 1710. 4. MENZ.

EJ. *de cancro mammarum.* ib. 1704. 4. HEFT. BR.

Edidit *lapidem materiæ medicæ lydium.* Amſtelod. 1703. 8.

J. ERNEST SCHAPER, *de moleculis maſſæ ſanguineæ diſputaverat.* Francof. Viadr. 1688. 4. *. præſide ALBINO. Idem profeſſor Roſtochienſis.

EJ. *de viſcido ſanitatis offendiculo.* Roſtoch. 1694. 4. PL.

EJ. *de epilepſia.* ib. 1695. 4. HE.

EJ. *de febre petechiali.* HEFT. BR.

EJ. *Medicinæ curioſæ ſpecimen quatuor quæſtionum enodatione oſtenſum.* ib. 1698.

EJ. *de mucilagine juncturis ſalutari & nociva.* ib. 1698. 4. progr.

EJ. *de arthritide.* ib. 1698. 4. HÆN.

EJ. *de caduco muliebri.* ib. 1699. 4.

EJ. *Vita* J. HENR. FECHTII. ib. 1701. 4. TR. Lego *Epiſtola ad* J. FECHTIUM *de felici filiorum quadriga.*

EJ.

Ej. *de variolis.* Roſtoch. 1701. 4. Menz. Mutata a variolis brachia vidit.

Ej. *de obeſitate nimia.* ib. 1701. 4. Pl.

Ej. *de ſignis imminentium morborum ad præcautionem neceſſariis.* ib. 1701. 4.

Ej. *Qui fiat ut duo fratres uterini locorum intercapedine diſſiti ſimul variolis affici queant.* ib. 1701. 4. *.

Ej. *Medicinæ curioſæ ſpecimen duabus quæſtionibus enodatum* 1, *qui fit, quod inter quoſdam homines aliquando oboriatur odium cujus cauſam tamen ipſi ignorant*, 2. *an ſanguinis calidus epilepſiæ remedium?* ib. 1703. 4. Heft.

Ej. *de lippitudine cryſtallifera.* ib. 1704. 4. *.

Ej. *an e coloribus in microcoſmo reperibilibus iiſque mutabilibus in medicina aliquid probabiliter judicari poſſit?* ib. 1705. 4. Riv.

Ej. *Medicinæ curioſæ ſpecimen* 1, *quid de pilorum canis rabidi impoſitione vulneri per ejus morſum inducto facta tenendum?* 2, *an ab raſione pilorum ſperari poſſit ut rei facilius a tormentis victi veritatem confiteantur?* ib. 1705. 4. *.

Ej. *Medicinæ curioſæ ſpecimen* 1, *daß der Schnuppe geſund ſey*: 2, *daß eine Aderlaß die zum erſtenmahl geſchiebt einen Kranken vom Tode retten könne.* ib. 1711. 4. *.

Ej. *Medicinæ curioſæ ſpecimen, daß ein Schwindſüchtiger Lungen und Leber ausſpeyen, und daß man die Lungen wieder wachſend machen könne;* 2, *Hände und Füſſe wachſen nicht wieder wie die Krebsſcheren.* ib. 1712. 4. *.

Ej. *de tympanite.* ib. 1712. Hæn.

Ej. *de dyſenteria.* ib. 1713. Heft. Br.

Ej. *Medicinæ curioſæ ſpecimen* 1, *daß die Kinder zu Hauſe weinen, wenn die ſäugenden Frauen an einem fremden Ort die Milch drückt;* 2, *daß die Kinder mit einem Helm gebohren den Advokaten viel Glück bringen.* ib. 1713. 4. He.

Ej. *de acidorum efficacia.* ib. 1713. 4. Pl.

Ej. *de emeticis antimonialibus.* ib. 1713. 4. Menz.

Ej. *de hydrophthalmia intercepta.* ib. 1713. 4. Hæn.

Ej. *de morbo arquato.* ib. 1714. 4. Pl.

Ej. *de mictu cruento.* ib. 1715. 4. Hæn.

Ej.

Ej. *de hydrope aſcite.* Roſtoch. 1715. 4. He.

Ej. *de cardialgia.* ib. 1720. 4. Hæn.

Ej. *de cura cardialgiæ externa quid tenendum ſit, quæ frictionibus perficitur.* ib. 1720. 4.

G. Dethardiǹg, *progr. in ejus funera.* ib. 1721. 4. B. B.

J. Mich. Faust, *de ſternutatione.* Argentor. 1688. 4.

Cl. Perrault & Fr. Alliot, *Non E. minuit viſus aciem ſanguinis detractio.* Pariſ. 1688.

Franc. Pajot & Fr. Alliot, *E. in febribus malignis dejectiones ſinceræ malum.* ib. 1688.

Tuss. Fontaine & Am. Douté, *E. in purgatione natura eſt artis dux & magiſtra.* ib. 1688.

Nic. Richard & Petr. Marais, *E. ad retardandam ſenectutem hilaritas.* ib. 1688.

Claud. Guerin & Phil. Douté, *Indicorum opium ſine corporis animique noxa venerem accendere non poteſt.* ib. 1688.

Jac. Renauld & Car. Contugi, *E. vinum lacti ſuperbibendum.* ib. 1688.

Am. Douté & J. Franc. Foyvaillant, *E. virago fetum generat imbecillum.* ib. 1688.

§. DCCCCXVI. Diaria ad A. 1688.

In *Journal des ſavans* 1688. Petri Petiti elogium reperitur ſed breviſſimum.

Boisoti relatio de femina a 14 menſibus cibo potuque abſtinente. Membranas in femoribus ſubnaſci, quas ſubinde neceſſe ſit avellere.

Ej. Puer præter naturam robuſtus & puber.

In *Hiſt. de l'Acad. des ſciences* T. II. de calculo cavo in loculo prope veſicam teſtudinis reperto.

In *Diario Parmenſi* refertur de puero aliquo verminoſo, qui de naſo teres palmaris vermis exiit, vocem amiſſam reſtituit.

Is.

Is. MICHAEL ANGELUS RUZENENTI de febre per ſalivationem criticam ſanata.

Diuturna arthritis ſublata copioſo fluxu craſſæ urinæ. Sic particulæ atro rubenter in febre maligna ſalutares. Colica per icterum judicata ad calculos bilarios pertinuerit.

JOSEPHI GALLARATI *de alcali & acido diſſertatio*: de febrium ex iis ſalibus origine ampliat contra SYLVIANOS.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *Ann.* VII.

J. CHRISTIAN MACK, phyſicus Schneebergenſis.

Obſ. 5. Salivatio ſpontanea diuturna cum imminente gangræna ægre repreſſa.

Obſ. 122. Qui plurimum ſumſerat medicamentorum in hydropis metu, ei a ſpermate ranarum tumidæ tibiæ impoſito gangræna & mors.

Ann. IX. *Obſ.* 1. Anaſarca funeſta in puero bimeſtri.

Ann. X. *Obſ.* 102. Sanguis per pulmonem & ventriculum egeſtus, ſuperveniente gravi contuſione pectoris, inde tabes cum purulento ſanguine funeſta.

Obſ. 103. Epilepſia, tormina ab inſecto cylindrico, cui 16 pedes, aculei in dorſo 27, in ventre 25. Eo rejecto ſalus.

Sic globo lumbricorum convolutorum cum pure dejecto per anum, & alias numeroſis lumbricis expulſis.

Obſ. 106. Ferramentum obtuſum in gula hærens, unde ſyncope, convulſio; deinde alvi tormina quoad manu de ano ereptum eſt.

SIGISMUND LEDEL, advocatus.

Obſ. 52. Sapo pro alvo ducenda.

Ann. VIII. *Obſ.* 15. Ab ictu in caput accepto aphonia diuturna & loquelæ certa debilitas.

Ann. IX. *Obſ.* 35. Cum mater terrefacta puero mammam præbuiſſet, ſtupidus inde perpetuo & ſemianimis factus eſt.

Ann. IX. *Obſ.* 18. A fumo ligni viridis continuata cæcitas.

Dec.

Dec. III. *Ann.* IX, X. *Obſ.* 69. In hypochondriaco urina nigra, in alio ſudor ſanguineus.

GEORG. TOBIAS DURR, medicus Auguſtanus.

Obſ. 52. In vetula ſeptuagenaria aſcites ſpiritu ſalis & ſale abſinthii ſanatus.

Obſ. 58. Anaſarca lixivio.

Obſ. 61, & icterus niger, etiam potiſſimum acidulis martialibus.

Ann. VIII. *Obſ.* 169. Chirurgus qui exenterationi adſtiterat inde maniacus, repetita venæ ſectione, emeticorum & alvum ducentium uſu reſtitutus.

Obſ. 171. Abſque injuria externa dolor capitis, ſuturarum diſceſſio, artuum convulſio & luxatio & mors.

Dec. II. *Ann.* IX. *Obſ.* 214. Empyema poſt pleuritidem: ſanatum ulcus decoctis lignorum & terebinthina.

Obſ. 215, & phthiſis poſt hæmoptyſin ſummitatibus pini herbiſque.

Ann. X. *Obſ.* 178. Poſt dyſenteriam fluxus quaſi loturæ carnis, repreſſus catechu & adſtringentibus.

Obſ. 179. Carceri datus præ anxietate ſanguinem ſudavit.

Dec. III. *Ann.* I. *Obſ.* 156. Amygdalis amaris ſerini Canarienſes ſubito exſtincti.

Ann. III. *Obſ.* 86. Calculi, quorum unus majuſculus, diaphragmati incumbentes in adipoſo involucro, poſt moleſtum in pectore dolorem.

Obſ. 87. A ſecta vena ranina periculum ſuffocationis & inde convulſio rotatoria.

Ann. V. VI. *Obſ.* 95. Febris maligna verminoſa cum calidis & acribus ſcriptionibus.

Ann. VII. VIII. *Obſ.* 148. A fele demorſus ſumtis antidotis, poſt integrum annum cum interim recte habuiſſet, hydrophobia exſtinctus.

Obſ. 149. Menſes præcoces, quarto anno, in brevis vitæ puella.

Obſ. 150. Vermi umbilicali qui impoſitos piſciculos devoret, fidem adhibet.

Ann.

Ann. IX. X. *Obſ.* 126. In juvene epilepſia ſanata.

Obſ. 127. Urina cruenta cum ſabulo rubro & materia putrida, in qua vermiculus vivus: inde ſanitas reſtituta.

Joh. Avenius, medicus Colbergenſis.

Obſ. 79. Termites per urinam cum pruritu.

Spina piſcis ſuper ventriculum exciſa.

Maximiliani Preuss, medici Vratislavienſis mira hiſtoria.

Obſ. 141. Hydrops ſaccatus. In cute abdominis intus duræ hydatides. In hypochondrio dextro magnus tumor plus viginti libras pendens, in quo lympha ſpiſſa. Similis tumor in ſiniſtro hypochondrio 18 ℔. pondere, ſed in eo ſanguis & maſſa fibroſa. Nulla veſica urinaria, nullus uterus.

Hieronymus Ambrosius Langenmantel, medicus Auguſtanus.

Obſ. 231. Vermis a quo prehenſo manus torpuit.

Obſ. 235. Feminæ 32 annorum dolores & tumores paſſim per artus ſubnati, artus emaciati, debilitati: repertum eſt oſſa artuum omnia mollia eſſe & flexilia atque ſciſſilia, nec proinde calcaria.

§. DCCCCXVII. Richardus Morton.

Medicus & clinicus Londinenſis, Sydenhami æmulus, & adverſarius, calidorum medicamentorum defenſor.

Fj. *Phthiſiologia, ſ. Exercitationes de phthiſi* L. III. Lond. 1689. 8. *. Francof. 1690. 12. Tr. Ulm 1714. 12.

Anglice Lond 1694. 8. 1720. 8. Gunz. *on conſumptions.*

Novum opus & proprium, frequentibus etiam cadaverum inciſionibus ſuperſtructum. Phthiſis nervoſa Anglis familiaris & funeſta. Huic ſtomachica, chalybeata, amara, antiſcorbutica opponit. Ægrotorum hiſtorias hic & reliqua ſubjicit. Congener ei phthiſis ab exhauſtione, ab hæmorrhagia, iiſdem quæ modo dixi auxiliis ſublata: a gonorrhœa & albo fluore; a magnis ulceribus: a nimia lactatione, quo diætam lacteam refert & chalybeata, ſed fruſtra: a dyſenteria & diarrhœa; a diabete, lactea diæta & chalybe curata: a ſalivatione, ab hydrope. Hoc in morbo pulmones ſanos reperiit, glandulas vero bronchiales duras. Porro tabes a ſudoribus, a tuberculis glanduloſis abdominis. L. II. Phthiſis originalis ſ. pulmonalis; hæc fuſe & plene: catarrho

longo ſuperveniens, quam noſter opio ſedat. Chronica tuſſis & tabes a calculis cretaceis, a tuberculis, a clavis in aſperam arteriam illapſis, cauſis nempe perenniter irritantibus, a longo catarrho (frequens malum) tuſſis phthiſica naſcitur. In phthiſi pulmonali inflammatoria primum natura eſt, inde putrida: illa curanda antiphlogiſticis: hæc inſanabilis, niſi ulcus balſamicis ſanari potuerit. In putrida febre cathartica, aquæ purgantes, diuretica, una balſami & terebinthina, ſudorifera, theriaca, lubricantia, glutinoſa. In graviori & incurabili malo ſymptomata levanda, opio, adſtringentibus. L. III. Phthiſis pulmonalis ſymptomatica, ſcrophuloſa, quæ multis annis fertur; ſcorbutica; aſthmatica; melancholica (nonne eadem nervoſa?) Deinde ab hæmoptoe orta, eſſentialis in ulcere pulmonis. Hic cortex peruvianus pro ſummo auxilio a Mortono habetur. Phthiſis a calculis pulmonum, cui diætam lacteam opponit. Claviculi in trachæa a morte (per ſaltationem accelerata) in multo pure ſepulti. Phthiſis venerea, quæ ad ſymptomaticam pertinebat; tum phthiſis a repreſſa gonorrhœa, ulceribuſve ſiccatis: a ſuppreſſis menſibus. Vera phthiſis originaria a pleuritide vel peripneumonia orta: a rheumatiſmo, a febribus variis, etiam variolis & morbillis. Phthiſis hepatica ab ictero. Iterum phthiſis verior a pulmonis ulceribus. Phthiſis ab ulcere ovarii cum ejus hydrope pulmone vix læſo.

Ej. *Pyretologia, ſ. de morbis univerſalibus acutis.* Londin. 1692. 8. 1693. 8. Bern. 1693. 8. Cauſa morbi miaſma heterogeneum ſpiritibus implicitum. Hoc in febre intermittente ab atmoſphæra, etiam potiſſimum a frigore advenire. Fermentum omnibus cum typis idem, & eadem adverſus omnes efficacia corticis peruviani, qui pariter quartanam domat ut tertianam, neque cauſa eſt recidivarum. Febres intermittentes apoplexiam, colicam, pleuritidem, rheumatiſmum, eryſipelas, choleram, dyſenteriam imitantes. Juveni & febris vernalis ſponte fere deſinit, non ita hyemalis & ſeni. In quartana omnis intermittens diu continuata denique abit. Chemica multa proponit. Hiſtoria corticis. Ejus remedii adverſus adverſarios defenſio. Laudes Sebastiani Badi hypotheſibus abſtinentis. Sola qualitate occulta agit, non adſtringente, neque calefaciente. Sæpe effetum vendi. Doſin conſtituit ad tres uſque uncias, ſed partitis doſibus. Febre fugata abſtinendum, iterumque ad uſum corticis redeundum. Exempla febris intermittentis varios morbos ſimulantis. *Exerc.* II. Febres continuæ & remittentes. Febris ſynocha. Cum dolore conjuncta, inflammatoria, pleuritica, rheumatica, dyſenterica &c. Omnis ſynochus ſuam malignitatem habet: debilius venenum eſt continentis: hæc non lethalis, niſi typo mutato. Continua ut ſanetur: depreſſo gradu veneni fit continens. In continenti febre corticem peruvianum æque certum eſſe ac in febre intermittenti. Continens pura, vel deterior ſpuria, cui aliquod grave ſymptoma admiſtum eſt: efflorеſcentia eryſipelatoſa circa naſum & labia ſignum eſt febris continentis: cauſa in atmoſphæra eſt. Continens non raro in malignam tranſit. Remittentem

cortex

cortex ſanat abſque critici diei obſervatione, non ſimplicem ſolum, ſed etiam ſpuriam. Synochus benigna in continentem tranſeuns, poſt ſtatum per ſudorem judicatur. Continenti & remittenti curandæ cortex ſufficit. Hujus febris ubique epidemicæ exemplum conjunctæ cum dyſenteria: optime curatur cortice cum opio conjuncto.

Ej. *Pyretologia ſ. de febribus inflammatoriis univerſalibus.* Londini 1694. 8.

Inflammatoria ſedem habet inflammatam in membrana aliqua: non valde remota a continente ſpuria. Ejusmodi febres in genuinas diſtinguit, & ſpurias ſ. malignis propiores. Febrilis effloreſcentia. Variolæ ſpuriæ, frequentioribus exanthematis tardius matureſcentibus a genuinis variolis differunt. In continentem vel in continuam ſæpe terminatur. Rheumatica nunquam maligna eſt vel ſpuria. Inflammatoriæ benignæ ſunt & intra ſeptimum fere diem terminantur. Dum continentem refert periculum abeſt, accedit ubi ſynocho fit ſimilior. Morbilli: malignos adgnoſcas, quod ab ipſo initio eodem tenore progrediantur. Morbilli maligniſſimi in principio mitibus ſimiles. Effloreſcentia jam declinante morbillorum malignorum febris manet vel augetur, & in anginam tranſit. Contra calorem lecti; moderatum requirit, & ſi maligna fuerit febris, alexipharmaca & veſicas trahentia, etiam calidiora, ut maligniores ſint. In ſecundo ſtadio opium & venæſectio requiruntur, interemtos quippe fuiſſe qui his præſidiis deſtituti fuerint. Poſt criſin purgatio requiritur, & prius febris, ſi remittens fuerit, cortice peruviano ſuperanda. Sic in colliquatione poſt morbillos ſequente. Scarlatina febris: in ea noſter venam ſecat, & ſi periodum ſecuta fuerit corticem dat peruvianum.

Variolæ: de his uberrimus, cum inprimis hic ab illuſtri cive ſuo SYDENHAMIO diſſideat, & multo magis calidis medicamentis indulgeat. A principio variolas nonnunquam fere ſine febre eſſe, ut ſpiritus nimis depreſſi abſque eruptione ſuccumbant: eſſe utique ubi impetus nimius ſit. In malignis partem materiei morboſæ natura conatur per alvum depellere, funeſto conamine, aut per ſalivam vel urinam: hoc melius. Hiſtoria morbi. Signa futuræ malignitatis, atrox lumborum dolor. Bonum cum febris ab ipſo initio continens. Nunc contra frigidam curationem. Malignæ egent veſicantibus & generoſiſſimis alexipharmacis. Nimii conatus ſedandi. Cum magno aliquo dolore capitis, pectoris, utilis venæ ſectio. Inſultus epilepticos ſemper variolæ regulares ſequuntur. Vigiliæ confluentes præſagiunt, opium poſt venæ ſectionem deſiderant. Peſſima ſpecies cutis tota inſtar eryſipelatis rubra cum maculis nigris, ſuperficie æquali, ut cutis primo maturationis die pergamenum referat. Cohærentes & ipſæ occiſuræ niſi ſalivatio accedat. In malignis febris continua poſt eruptionem ſupereſt. Salivatio hieme uberior. Variolæ mediæ, viribus mali & naturæ æqualibus. Confluentes in facie fere lethales, petechiæ funeſtæ. Micturitio funeſta. Confluentibus calidiſſima alexipharmaca & veſicas

trahentia debentur: venæ ſectio mortem accelerat. Si febris remiſerit tentandus cortex peruvianus Spiritum cornu cervi dat, ſerpentariam Virginianam. Fauces calidis fomentis laneis tuendæ. Maturationis tempus. In malignis cita eo ſtadio mors, etiam cum clavicularum & oſſium maxillæ ſphacelo. In mediis primo die puſtulæ deprimuntur, tertio vero die acumen reſurgit. Salivatio ceſſans funeſta. Peſſima febris quæ poſt inducias in hoc ſtadio increbreſcit, cum maturatione, minus ſi ſocius ſalivæ fluxus qui ceſſaverat, redux fiat. In hoc ſtadio variolis mediis medendum per alexipharmaca mitiora & paregorica. Si autem febris ſub initium maturationis ſuborta continentis typum ſervaverit, alexipharmaca cum opiatis & veſicatoriis applicare opportet. Motus nimii opiatis componendi; cortex præterea Peruvianus quoties in febre remiſſiones locum habent adhibendus. In malignis doſis alexipharmacorum augetur, adduntur opiata, veſicas trahentia. Symptomatum cura: reſpiratio citiſſima alexipharmaca indicat. Urinæ profluvium potius adjuvandum. Neque nocet tumeſcentia artuum, etiam præputii: hic fotus lixiviales adhibet, & morbo finito hydragoga. Salivatio nimis protenſa funeſta. Declinatio: in ea febris continens aut continua reviviſcit, ſi ſalivatio deficiat. Succedanea mala, hectica febris, phthiſis pulmonalis, melancholia, ſtrumæ. In cohærentibus abſque ſalivatione, mors die 13, 14 exſpectanda, & ſi omni conatu ægrum leto eripias, calamitoſa erit convaleſcentia. Fata malignarum. Ipſum SYDENHAMIUM alexipharmaca & vinum generoſum hic conceſſiſſe. Febris recidiva cortice peruviano curatur. Enema oleoſum loco purgantis.

Hiſtoriæ ægrotorum per omnes variolarum claſſes. Variolæ diſcretæ poſt hæmoptoën in confluentes abeunt. Variolæ diſcretæ bis intra menſem erumpentes. Variolæ mediæ mitiores, deteriores. Variolæ cohærentes malignæ profluvio urinæ ſanatæ. In his variolis venæ ſectio malum correxit, ut in benignas fuerint reformatæ. Variolæ vere malignæ & confluentes cum febre continente, fruſtra dato cortice peruviano funeſtæ. Cum petechiis, alexipharmacis & opio ſanatæ. Cariei & gangrænæ poſt variolas exempla: ſic mictio ſanguinea. Ab admiſſo ante eruptionem frigore funeſtæ.

Hæc duo opera cum nonnullis LISTERI, SYDENHAMI & GUILIELMI COLE cum titulo *operum omnium*. Genevæ 1696. 4. *. prodierunt.

Deinde *opera* in tres tomos diviſa Amſtelod. 1696. 8. TR. & in quatuor tomos diſtributa Amſtelod. 1699. 8. Lyon 1697. 4. ad imitationem Genevenſis.

Porro additis variis HARRIS, LEIGH, LE TELLIER, SIDOBRE, Lyon 1737. 4. 2 vol.

Alia Genev. 1727. 4. 1754. 4. & Venet. 1733. 4.

Lego

Lego ſeorſim prodiiſſe Ej. *de tuſſi convulſiva*. Londin. 1748. 4. ſi idem eſt Morton.

§. DCCCCXVIII. Varii ad a. 1689.

Nicolai Grimberg, medici Helſingorenſis *obſervationes medicæ*. Hafn. alii Amſtelod. 1689. 12. *Obſervationes anatomico-practicæ*. Hafn. 1695. 4. *. Morbi deſcriptio in peculiari ægro, cum longa formula una & altera. Adverſus colicam lapideam calida aliqua, tum alvum ducentia. In ſanguinis vomitu boli, ſperma ceti. In dyſenteria theriaca, abſorbentes pulveres, etiam opium, pene ad tria grana laudani. Epilepſia orſa a melancholica cogitatione, ſequente motu intra abdomen, tum ſubitaneo paroxyſmo. Varia hic ex opinionibus receptis, fere vana. In quartana ſurſum & deorſum purgat, tum dat calidiſſima quæque, ipſa olea deſtillata ætherea, abſque cortice peruviano.

Diderici Gottschalk M. D. *de tranſpiratione*. Leid. 1689. 4. Hæn.

Ej. *prodromus de oſſium tum generatione tum corruptione interna*. Leid. 1691. 12. Deſcriptio cariei cum mechanica interpretatione modi quo ſymptomata in oſſa operantur ex particularum figuris. Inter ea pallor, anxietas, febris cum longa medicamentorum ſimplicium ſerie. Antiparalyticum Lucæ Schacht ex ſpiritu ſalis ammoniaci, elix. proprietatis Paracelsi & oleo macis ſtillatitio.

Dominici Gagliardi, profeſſoris Romani, *Anatomes oſſium novis inventis illuſtratæ* Pars I. Rom. 1689. 8. *. Leid. 1723. 8. *. Huc referas oſſa elephanti, in quibus principium petrefactionis animadvertit, dum reliquum os quaſi calcinatum erat. Propius facit ad morborum hiſtoriam hiſtoria feminæ rheumaticæ, cui poſt magnos dolores oſſa ſponte flecti, eademque luxari cœperunt, quod emollita & carnis colliſæ ſimilia facta eſſent, diſſoluto ut putat ſucco oſſeo.

Ejusd. *Relazioni de mali di petto che corrano preſentamente nell archioſpedale di S. Spirito* Roma 1720. 8. *, cum auctor nunc protomedicus generalis eſſet. Peripneumonia erat epidemica, in qua pulmones gangrænoſi erant, in cavea pectoris tenaciſſima lymphæ coagula, pulmonis adhæſiones, ulcera, degeneratio in denſam ſpeciem hepatis. Dabat noſter electuaria mollia, oleoſa, veſicas trahebat: porro theriacam propinabat & roborantia, cum vires inſigniter proſtratæ eſſent. Exempla recenſet ægrotorum, tunc theoriam addit. Venæ ſectionem comperit in principio tolerabilem, in morbi progreſſu omnino pernicioſam eſſe.

Ej.

Ej. *Educazione de figliuoli morale e medica.* Roma 1720. 8. 2 vol.

Ej. *l'Idea del vero medico fiſico e morale, formata ſecundo li documenti ed operazioni d'Ippocrate diviſa in VI. giornata, per commodo maggiore della gioventu che deſidera d'approfitarſi nella medicina per la via del virtu.* Roma 1718. 8. Elog. Br.

Ej. *L'infermo iſtruito nella ſcoula del deſigauno, opera compoſta a beneficio di chi deſidera vivere longamente.* Roma 1719. 8. P. I. ib. 1720. 8. P. II. Elog. Br.

J. Hieronymi Sbaragli Bononienſis, *Exercitationes phyſico-anatomicæ, ad epiſtolicas de recentiorum medicorum ſtudio diſſertationes appendix, & de vivipara generatione altera ſcepſis.* Bonon. 1689. 8., recuſa Parmæ 1690. 8. & Bonon. 1701. 8.

Etſi præcipuus ſcopus eſt de re anatomica oſtendere inutilem eſſe, paſſim tamen aliqua rem medicam adtingunt.

De recentiorum medicorum ſtudio diſſ. epiſtolaris ad amicum Aristides. Nihil illam ſubtilem anatomen ad rem medicam facere, quæ egeat obſervatione morborum adſidua.

Diſſ. epiſtolaris ſecunda. Libavius contra Bohnium empiricos ſæpe melius dogmaticis curare. Anevryſmata Bononiæ hoc anno frequentia eſſe. Mulieres reſtituendis oſſibus celebritatem acquiſiviſſe.

Appendix ad phyſico anatomicas epiſtolares diſſertationes.

De vivipara generatione ſcepſis.

Vidiſſe ſe ovarii fibras tartariſatas. Veſiculas ſæpiſſime ovario adnatas eſſe. In femina gravida teſtes ſcirrhoſi, in uno veſicula magna circa quam flavæ maculæ ovis piſcium ſimiles.

In *Oculorum & mentis vigiliis ad diſtinguendum ſtudium anatomicum & ad praxim medicam dirigendam accedit mantiſſa ſubſidiaria de vi indicationis a parte &c.* Bonon. 1704. 4. *. Scopus ſemper idem. Teſtes muliebres ſæpe mira mole ægri cum ſpe graviditatis, & meram in iis aquam fuiſſe. Glandulas morboſas nihil demonſtrare. In homine obeſo inter alvum egerendam mortuo pericardium ſanguine plenum, idemque quaſi glanduloſum. De cordis polypis. Ad cruſtam ſanguineam. Pro empiriſmo fuſe: ei, non ratiocinio deberi medicamenta nobiliſſima. Neque indicationem curatoriam dogmaticorum ducere ad remedia, neque anatomen ſubtilem aut microſcopicam. Semel ſe hydropem

veſicula-

veſicularem vidiſſe. Signa vulgaria a pulſu, ab urina ſumta ſæpe fallere. Theoriam nuperorum pariter dubiam eſſe & incertam. Medicandi rationem nuperam antiquis non fuiſſe ignotam, neque morbos quos ajunt noviter eſſe deſcriptos, ut aſthma. CELSUM medicinam utique feciſſe.

MELCHIOR. FRIDERICI GEUDER, *mediciniſche Lebensmittel den Mordmitteln* GEHEMA *entgegengeſetzt*. Ulm 1689. 8.

EJ. *Diatribe de fermentis variarum corporis animalis partium ſpecificis & particularibus. Acc. diſſ. de ortu animalium*. Amſtel. 1689. 8. *. Contra fermenta pugnat toto libro. Plethoram a liene exciſo ſequi. Morbi paterni ut in fetum tranſeant.

FRANCISCI PIENS, *de febribus in genere & ſpecie*. Genev. 1689. 4. edente MANGETO. Febris eſt fermentatio, ut particulæ ſanguinis acidæ, ſalſæ, ſulfureæ cor irritent. Una recuſus eſt libellus D. JONES.

GEORGII GRAV, *Panacea vegetabilis calida ſ. Majorana noſtra*. Jen. 1689. 12. *. Formulæ quas ingreditur & vires ſalutares adverſus omnes morbos. Collectanea.

EJ. *Hypnologia, oder Fragen und Antworten von dem Schlafe*. Jen. 1689. 12. *.

J. AMBROSII LANG, *Differentiæ inter mores hominum cum brutis communes & proprios*. Altdorf 1689. 4.

GODOFR. HENNICKE, *de panaceis tract. medico chymicus*. Francof. 1689. 8. Nimium iis tribui.

JO. SCHULZIUS, *de contractu medici cum ægroto*. Gedan. 1689. 4.

JACOB DU POIRIER, *idea morbi caſtrenſis Maſtenone ad Eburam graſſantis*. 1689. fol. FALC. Cum LUDOVICUS XIV. circa arcem Maintenon foſſas per militem effodi juſſiſſet, inter legiones morbus epidemicus exorſus regem de propoſito deſiſtere coëgit.

ELIÆ FRID. HENCKEL, *ordo & methodus cognoſcendi & curandi energumenos ſ. ſtygio cacodæmone obſeſſos*. Francof. Lipſ. 1689. 8. GUNZ.

EJ. *de philtris, eorum efficacia ac remediis*. ib. 1690. 8.

PAULUS CHRISTOPH URSINUS, *de uſu potus calidi*. Francof. ad Viadr. 1689. fol. LEHM.

J. P.

J. P. W. D. *Epiſtola qua nonnulla in* J. H. Cardilucii *tr. de peſte ad examen referuntur.* Norimb. 1689. 8. Nonne J. Paul. Wurfbain?

Benedicti Accolti, *mortui dialogus de præſtantia virorum ſui ævi.* Parm. 1689. 12.

§. DCCCCXIX. Nuperi.

J. Weichard Valvasors, *Ehre des Herzogthums Crain.* Laybach 1689. fol. IV Vol. B. B. Morbi regionis. Morbi endemii & curationes ruſticæ. Frequentes paſſim petechiæ, eæque valde funeſtæ Francisci de Coppinis (de Coffendiss). Naturæ producta varia alibi dicenda. Plantæ etiam potiſſimum earumque vires medicæ, etiam magicæ ex opinione populari. Napelli vires deſtructrices, indeque mortes. Satyrio puellas cogere ut ſe juvenes ſequantur; philtra, aliaque magica nimis creduli viri. Francisci Capusæ laudes donorum naturæ Carniolæ erogatorum. Hic etiam primum reperias ſaponariæ adverſus morbum venereum efficaciam. Rhabarbarum monachorum.

Arzneyaffen à la mode oder Beſchreibung der Fehler und Narrheiten auch Mißbräuche der Arzneykunſt. Wien 1689. 8.

Christoph Lamperti, *erwünſchter Hausarzt der kranken Kindheit.* Mörſeburg 1689. 8.

J. V. M. *Neu eröfnete Schatzkammer verſchiedener Natur und Kunſtwunder.* Nurnberg 1689. 8.

Neues Kochbuch. Hall. 1689. 8.

De la Loubere, *Deſcription du Royaume de Siam.* Paris 1691. 8. 2 vol. *. 1714. 8. Inter alias artes ejus regni, etiam de medicina agit. Morbi endemii: febre raræ, nullæ intermittentes, neque podagra, apoplexia. Frequentes tuſſes & rheumatiſmi, abſceſſus, fiſtulæ, frequentiſſimum eryſipelas; ſcorbutus nullus, rarus hydrops. Nulla peſtis, ſed variolæ peſſimæ. Medici Chinenſes, non tamen in curando infelices. Ægris & feminis gravidis corpus palpando emolliunt. Plantas pedis a prunis vix lædi ſuper quas decurrunt. Aliquæ plantæ edules, & victus ratio.

Obſervations de médecine contenant la guériſon de pluſieurs maladies. Paris 1689. 12. Falc. Auctorem Housset vocat Navier.

Diſcours touchant les merveilleux effets de la pierre divine du S. Candy. ib. 1689. 12. Calculum ſolo tactu curare ſabulumque.

Le

Le nouveau & parfait confiturier avec l'inſtruction pour les chefs d'office, de fruitérie & de ſommellerie. ib. 1689. 12. BUR.

FRANCESCO CAN, *Segreti del mondo medicinali e curioſi.* Milano 1689. 8.

HENRY RYDER, *Practical chirurgery caſes and cures.* Lond. 1689. 8.

Relazione dell' ultima infirmità e morte d'INNOCENTIO XII. Rom. 1689. 4. Calculi in rene maximi, & alii in fellis veſicula. CIN.

ÆGIDII DAELMANS, *nieuw hervormde geneeskonſt gegrond op de gronden van t acidum en alcali b . : . der aanmerkingen van verſchiede rickting der op het eyland Ceylon en de ſtatt Cocimbo, Batavia en de Kuſt van Coromandel ſyn voorge.* Amſterd. 1689. 8. *. 1703. 8. *, quæ quarta eſt editio. Germanice, & aucta a J. D. G. S. S. R. P. Berlin 1715. 8. a J. DANIELE GOHLIO, ut puto. Medicus, certe doctor. Indiam adiverat, inde Antwerpiæ ſedem fixit prius chirurgus. Ut Indiam adivit. Febres fere ſpecificis curavit: aliquæ curationes in præfatione. Tum in ipſo opere morbi a capite ad calcem. Principiis BONTEKOI adeo indulget, ut etiam in plethorica apoplexia venam quidem ſecet, nocere tamen poſſe. Medicamenta cæterum cum præparatione cuique morbo ſubjicit. Febres curat ſale volatili oleoſo cum china, etiam laudano & panacea ex radice Columbo, pedra del porco, ſale cranii humani volatili. Ut ſolet, morbis ſubinde hiſtorias ægrotorum ſubjicere, ſic in febrium theoria. Corticem peruvianum nihil feciſſe. Abſurde noſter pulverem diabolicum v. c. præſcribebat ne ſua arcana pharmacopolæ innoteſcerent. Sic confectionem ſuam diathea laudat & pulverem febrifugum. In Ceylonia endemiam eſſe & vulgatiſſimam. Curari chalybe. In lue venerea præcipitatum mercurium propinat. In phthiſi balſamum HELMONTII ſ. oleum lini non fætidum.

EJ. *nieuw hervormde heelkonſt.* Amſterd. 1694. 8.

WILHELM ERNESTUS TENZEL, equidem I. C. diarium ab a. 1689. edere cepit, cum titulo *monatliche Unterredungen einiger guter Freunde von allerhand Büchern und Geſchichten.* Leipz. ab a. 1689. ad 1698. 8.

Ad hiſtoriam librorum novorum, virorum doctorum, ſubinde etiam ad eventus aliquos minus vulgares.

EJ. *Curieuſe Bibliothek, oder Fortſetzung der monatlichen Unterredungen.* Frf. und Leipz. 1704. 1705. 1706. volum. ſ. repoſitoria tria B. BUN.

Ej. *de inſpectione judiciali cadaverum.* Erford. 1707. 4. Chirurgos ſolos non ſufficere.

§ DCCCCXX. Disputationes.

Sigmund Hahn, *de melancholia hypochondriaca.* Leid. 1689. 4. Idem fuerit forte qui de aquæ fontanæ utilitate ſcripſit.

J. Henr. Munker, *de aſthmate* Leid. 1689. 4. *. A faba ſuffocatus, & a ſpina per viſcera illapſa.

Matthias v. Oyenbrugge, *tum de conſervanda ſanitate, tum de febre in genere.* ib. 1689. 4. Riv.

N. Hoest, *de ſputo ſanguineo.* ib. 1689. 4. Hæn.

J. Bibben, *de febribus.* ib. 1689. 4. *.

Abraham Wasteau, *de angina.* ib. 1689. 4. *.

Ant. Ulr. Schwalenberg, *de catarrhis.* ib. 1689. 4. *.

Robert Hake, *de febre puerperarum.* ib. 1689. 4. *.

Theodor v. Deventerwaag, *de hydrope in genere.* ib. 1689 4. *.

J. Philip. Farnek, *de ictero flavo.* ib. 1689. 4. *.

J. Henrich Schlitt, *de cephalalgia particulari.* Utrecht 1689. 4. *.

Gerhard Daniel Engering, *de lithiaſi renum & veſicæ.* ib. 1689. 4. *.

Jedida Safford, *de dyſenteria.* ib. 1689. 4. *.

Otto Arnold Roepenhausen, *de medico in quibuſdam morbis ſpectatore.* ib. 1689. 4. *.

J. Gerdes, *idea errans & furibunda in hydrophobia conſpicua.* Roſtock 1689. 4. Pl.

Ej. *Maraſmodes corporis conditio vulgo Schwindſucht.* ib. 1690. 4.

Ej. *de philtro.* ib. 1690. Hænel.

Ej. *Idea errans in exſtaſi ſ. enthuſiaſmo.* Greifswald 1692. 4.

Ej. *de hydrophobia.* ib. 1697. 4.

Ej.

Ej. *de dyſenteria.* Greifswald 1698.

Ej. *de convulſione.* ib. 1698. 4. Heft. Br.

Ej. *de angina.* Frf. ad Viadr. 1706. 4. He.

Dav. Zollikhofer, *de polypo cordis.* Witteb. 1689. 4. Pl.

Elias Alberti, *de lue venera.* Erford. 1689. 4. Pl.

J. Georg Zapf, *de gonorrhœa virulenta.* ib. 1689.

J. Christ. Schomberg, *de guſtu diſputavit.* ib. 1689.

Ej. *de reſpiratione læſa.* ib. 1693.

Ej. *de paralyſi ſcorbutica.* ib. 1694. 4. He.

Ej. *de læſa hominis loquela.* Lipſ. 1696. 4. Riv.

Ej. *de peripneumonia.* ib. 1698. 4. He.

Ej. *de arduo & difficili medicinæ ſtudio.* ib. 1694. 4.

J. Maur. Triller, *de officio medici præſentibus contraindicationibus.* Altdorf. 1689. 4. Riv.

Ej. (certe ejus nominis) *de officio medici præſentibus contraindicationibus.* Jen. 1701. 4.

Joh. Christoph Spies, *de diebus criticis.* Altd. 1689. 4. Heft. Br.

Ej. *de arthritide, von der Gliederſucht.* Baſil. 1694. 4. Hæn. Br.

Ej *de proverbio novus medicus, novum cœmeterium.* ib. 1695. 4. Ill. Haller. Br.

Franc. Sebastian Vorster, *experimenta de pleuropneumonia epidemica cum polypo cordis.* ib. 1689. 4. Pl.

J. Gotth. Stoesser, *de venæſectione.* Argent. 1689. 4.

Quæſtio medica an vinum Rhemenſe omnium ſaluberrimum? Rheims 1689. 4.

Franc. Alliot & Philib. Caron, *E. fatui diutius & felicius vivunt ſapientibus.* Pariſ. 1689.

Franc. Pijart & Lud. de Vaux, *natura paucis contenta.* ib. 1689.

J. Boudin & Phil. Ign. Save, *E. oſtreum crudum eſca ſaluberrimâ.* Pariſ. 1689.

Petr. Marais & Petr. Joh. Burette, *Non E. recens inventa prorſus in medendo rejicienda.* ib. 1689.

Nic. Richard & Phil. Caron, *E. epilepſiæ venarum jugularium ſectio.* ib. 1689.

Jac. Renaut & Phil. Ign. Save, *E. in pari venæ ſectionis & purgationis neceſſitate, venæ ſectio præferenda.* ib. 1689.

§. DCCCCXXI. Diaria ad A. 1689.

In *Hiſtoire de l'Acad. des ſciences de* 1689. de nonnullorum morborum curationibus, dyſenteriæ per emetica referente Dodarto, per hypecacoanham a Pisone olim indicatam, Thevenot & Marchant hydropem eupatorio cannabino curatum fuiſſe.

In *Journal des ſavans* Drouin chirurgus de puella ex nimia ſanguinis per uterum perque vomitum rejectione mortua, cui ren dexter, aortæ & venæ cavæ incumbebat.

J. Jac. Franc. Vicarius, Profeſſor Friburgenſis.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *Ann.* VIII. *Obſ.* 28. De tubo tabacario orientali, in quo per aquam fumus tranſit.

Dec. III. *Ann.* I. *Obſ.* 108. Adfectio hyſterica cum maculis de corpore efflореſcentibus, deliquiis, ſuffocatione uterina, frictionibus potiſſimum levata, demum reſtituta eſt.

Obſ. 109. Sudor ſanguineus in homine ſano hæmorrhagiis obnoxio.

Ej. *Baſis univerſæ medicinæ in V. LL. inſtitutionum.* Conſtant. 1698. 8. Tr. & Argent. 1710. 8. ib. Inſtitutiones.

Ejus *Diſc. de aquis ſalubribus mineralibus &c.* Ulmæ 1699. 8. *. Pleraque phyſici ſunt argumenti. Sectione tamen III. vires medicas aquarum contemplatur. Aquas Fabarias a. 1687 nocuiſſe, variis ſymptomatibus excitatis. Acidulas acuere fermentum ventriculi quod ſibi congener ſit. A bile ferrum contentum præcipitari, id cum acidis obviis in luteum ſalem coaleſcere. Morbi in quibus acidulæ conveniunt: phthiſis, varii morbi ventriculi, bilis &c. Cui inteſtina convellebantur & manus inciperent convelli, ſolo acidulæ uſu curatus fuit. Sic proprius filius cui inteſtina ob malum victum convulſa eſſent. In ſcorbuto oris calidum gargariſma mire prodeſſe. Sic per ſingulos morbos: Thermis

mis cum peſſo foraminulento in vaginam dato uterum nimis humectum ſiccair. Modus utendi.

EJ. *de intemperato* HIPPOCRATICO *ſ. cacochymicis* GALENI Argent. 1712. 4. BURCH in *Meth. ſt. Med.* BR.

I. GEORGIUS GRUBEL medicus Saxonicus credulus.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *Ann.* VIII. *Obſ.* 34. Abſceſſus per umbilicum demum repetito uſu pilularum RUFI ſanatus.

Obſ. 35. Febris petechialis cum convulſionibus, calidis demum curata.

Obſ. 36. Epilepſia cujus aura a digito adſcendebat veſicatorio, & unicornu, ut putat, foſſili, curata.

Obſ. 37. Apoplexia quinquies recidiva curata. Laudat theriacam diateſſaron ad paralyſin linguæ.

Obſ. 38. Dyſenteria cum variolis conjuncta, tamen curata calidis & adſtringentibus.

Obſ. 39. Ex variolis retrogradis abſceſſus pectoris, ſanatum apoſtema enormi vi puris emiſſa.

Ann. II. *Obſ.* 107. Ex matre ſana natus puer morboſus.

Obſ. 108. Sanatus cui in febre acuta fæces præter voluntatem & ſurſum deceſſerant.

Obſ. 109. Ex nixu mictio ſanguinea facile ſanata.

Obſ. 110. Criſis in pleuritide per purulentum lotium.

Obſ. 111. Salubris in variolis erumpens menſium fluxus.

Obſ. 112. Neque funeſtæ in variolis convulſiones poſt eruptionem.

Obſ. 113. Dyſenteria epidemica maligna cum petechiis, tamen ſanata, etiam opio.

Dec. II. *Ann.* X. *Obſ.* 40. Inter coronalem ſuturam & ſagittalem interpoſitus fonticulus fruſtra ob cephalæam diuturnam excitatus.

Obſ. 41. Cum in ſeptuagenario demum fons pulſatilis bregmatis clauderetur, funeſta ut putat, ſuborta apoplexia.

Obſ.

Obſ. 42. Hydrocephalus internus pro monſtro habitus, inciſus, evacuatus.

Obſ. 43. A cruſta lactea ſiccata naſus ab ulcere deſtructus.

Obſ. 44. Ancilla moribundæ dominæ halitu impulſo latentem vitam revocavit.

Dec. III. *Ann.* I. *Obſ.* 52. Alvus duodecim diebus clauſa ſoluta deglutito fumo tabaci.

Ann. IV. *Obſ.* 43. Apoplexia cum epilepſia conjuncta, tamen ſanata.

Obſ. 94. Volvulus ex eſu ribium ſanatus clyſteribus oleoſis.

Obſ. 95. Idem morbus ex liberali eſu priorum.

Obſ. 96. Et mania ex abuſu ſpiritus & olei juniperi.

Obſ. 97. Dyſenteria indolens neque tamen lethalis.

Ann. V. VI. *Obſ.* 53. Vitri antimonii vis emetica unica infuſione exhauſta.

Obſ 54. Ab opii aliquot granis in febre acuta cum delirio & cephalalgia, datis, periculoſus ſopor.

Obſ. 142. Fetus a matre occiſus cum pedibus contra parietem eum premeret, unde ſanguis undique ſub calvam effuſus.

Obſ. 143. Fruſta renum cum lotio maximo cum dolore excreta; inde tabes.

Obſ. 144. Unico emetico, antimoniali, ut videtur, febris maligna ſanata.

Obſ. 146. Externorum medicamentorum effectus; ſedatur alvi fluxus diuturnus, oleo maſtichis & menthæ inpoſito: alia exempla.

Marcus Gerbez Phyſicus Laybacenſis.

Altera fere pars operis TSCHIRNAUSIO oppoſita eſt, cujus medicinam corporis diximus. Strictam illam CORNARIANAM victus rationem periculoſe negligi, neque in omnium mortalium arbitrio poni, iis obſequi. Multa cæterum probat. Morborum prima ſtamina primique nuntii. Pro medicamentis, etiam potiſſimum chemicis, quæ TSCHIRNAUSIUS improbabat. Non omnia mala poſſe cibis expugnari; nullos dari anodynos. Neque perfectam quietem dolores tollere, neque produci exempla morborum hac methodo curatorum. Reliqua non ſunt argumenti medici.

EJ. *Syſtema cautelarum medicarum circa præcognita parteſque ſingulas artis ſaluberrimæ methodo eclectica concinnatum.* Francof. 1721. 4. *. Ejuſdem ſaporis meditationes ad præcedentia artis & diſciplinas quos medicus ſtudiis ſuis præmittere debet. Materia medica. Cortex chinæ chinæ ſapienter utenti eximii uſus. Compendium pathologiæ. In hypotheſes, etiam potiſſimum CARTESIANAM. Morborum cenſus & natura. Sed eorum claſſes hypotheticæ & per cauſas non ſatis confirmatas diſpoſitæ. Semiotica ſecundum morbos. Criſes, quibus non plurimum tribuit. Hygieine. Therapeutica. Deſideres vim practicam & proprias morborum adnotationes. Materia medica. Diaphoreticorum laudes, caute hic & fere ſceptice. Ad STAHLII diſſ. de obſervationibus medicis commentarius. In GOUEY obſervationes. Notæ ad obſtetriciam artem, & ad DIONISII chirurgiam. Ad medicinam forenſem & præcipuorum de ea artis parte judicia, potiſſimum AMMANNI. Anatome practica, & ad BONNETI collectionem adnotationes. §. DCCCCXXVII.

§. DCCCCXXVII. Alii ad A. 1691.

J. Philippi Bonanni ex S. J. *obſervationes circa viventia quæ in rebus non viventibus reperiuntur.* Rom. 1691. 4. *. Huc faciunt quæ noſter habet de vermibus ſanguinis, ſalivæ, de ſironibus: de veneno tarantulæ. Credulus & parum firmæ fidei ſcriptor.

I. Baptistæ Contuli Bononienſis, *de lapidibus podagræ & chiragræ in corpore humano productis.* Rom. 1679. 4. *. 1699. 4. *. & in *Galeria di Minerva* p. 122. Homo ſingularis, Tachenio addictus, ut omnia ad alcali atque acidum referret, non tamen inutilis ſcriptor, qui paſſim corpora humana morboſa inciderit, aut de inciſionibus ab aliis adminiſtratis referat. Calculi pene in omnibus corporis humani partibus reperti exempla. Ea concrementa modo acidis ſtimulantibus diſſolvere vult, modo ſale alcalino, qui ſanguinem liquefaciat, uti a diverſa cauſa calculus conſtiterit. Naſci nempe ab acore qui partes firmas colliget, ejuſque dat analyſin. Ab acido conſiſtere demonſtrat, quod ab oleo depuratum calculum & friabilem, adjecto vitrioli ſpiritu duritiem recuperare viderit. Lapidum diſcrimina, marmoreus, tophaceus, cruſtaceus, ſaponaceus, vitreus, cum mirificis figuris quamque claſſem exprimentibus. Sed etiam indicia calculi quæ in lotio adpareant valde mirificis iconibus declarat. Cujuſque ſigna pathologica In marmoreo calculo ſolvendo utitur butyro, clyſteribus emollientibus: in tophaceo mentha, roremarino: adverſus argillaceum aperientibus. Comparationes & analogias nimis arbitrarias ſibi ſumit Calculum felleum cum vitro comparat. Inciſio hominis calculo undecim unciarum in veſica ſedente laborantis, cum in hepate arenulæ eſſent, & alius cryſtallinis ſtriis diſtinctus in veſicula fellea. Lixivio ſaponario magnus tumor in meſenterio diſſolutus, & podagræ ſubventum eſt.

Ej. *Breve iſtruzione ſopra il glutine e colla che ſi genera nel corpo umano, e ſuoi effetti di Pietra e Gotta.* Rom. 1697. 4. *. Gluten in ſanguine eſt materia calculi & podagræ. Aquæ potu ſolo ſuperatus calculus & dolor podagricus, tantum ut diu continuetur. Calculum curare adgreditur leniter alvum ducentibus, oleoſis, terebinthina, ipſo trito calculo cadaveris, quod ad magnetis modum operetur & calculi particulas ad ſe trahat. Calculus pulmonalis marmoreus. Non probat lac aſininum. In eo malo ab oleoſis & mucilaginoſis ſalus. Calculus per inteſtina elapſus, flavus, & ſanatus qui excreverat. Extus erat ſinuoſus, intus rimoſus.

In *Epiſtola ad* Lancisium de viro, cui triginta annis urina arenoſa fluxit, cum diabete & fæcum cum lotio exitu atque podagra; cum ex uſu terebinthinæ rectius habere videretur, pene ſubito exſpiravit.

In alia epiſtola ad I. B. Vulpinum, de chinæ chinæ uſu, quæ alcalina ſit,

ſit, cujus autem vires myrrha addita augere opporteat, aut carduo benedicto.

Alia eſt epiſtola *al Dott.* BONZI *ſe apporti utile o danno il bevere in ghiaccio, a chi patiſce di mali renali o podagroſi.*

De cadavere Cardinalis FRANZONI inciſo ANTONII RAMELLI chirurgi relatio. Calculi in uretere duo, in veſica tres, hi membranæ adhærentes, ut pondus concrementorum lapideorum eſſet unius libræ: arteriæ crurales cartilagineæ & oſſeæ.

EJ. *Obſervazione ſulle aſcaridi*; recuſa Rom. 1701. 4. Aſcarides ex ovis naſci, cum aqua in corpus humanum venire, non ex genere vermium eſſe, ſed muſcarum. Icones microſcopio auctæ.

MICHAEL ANGELUS SINAPIUS Hungarus.

EJ. *Abſurda vera, ſ. paradoxa medica* P. I. *Theoremata & quæſtiones controverſæ quæ neotericis cum* GALENICIS *intercedunt. Acc. diſſ. de ſpirituum effluviis.* P. II. *De morbis certis ſeptentrionalibus — & falſa exſiſtentia morbi gallici.* P. III. *De vanitate & incertitudine aphoriſmorum* HIPPOCRATIS. Genev. 1697. 8. *. Warſaviæ librum dedicavit A. 1693, & in Polonia medicinam fecit. Inde videtur in Helvetia vixiſſe, qui partem tertiam Reipublicæ Bernenſi dicaverit.

Chemicus laudator PARACELSI, arcanis minime adverſus, deinde hypotheſi acidi & alcali, pancreaticique ſucci acori, idem purgantium medicamentorum oſor, tamen ut emetica adhiberet; & in morbis malignis venæ ſectionem admitteret; credulus hiſtoriolis incredibilibus, ut morbis quibus duo amantes locis diſſitis degentes eodem tempore infeſtentur. Venæ ſectionis utilitas ad motum reddendum ſtagnanti ſanguini. Sulfur auri irreductibile laudat, cujus unico in doſi grano hydropem ſuperaverit. Ita ſulfur anodynum vitrioli miris extollit laudibus. Acida feliciter ſcorbuto opponit & in univerſum commendat. Ex torfa ſpiritum antiſcorbuticum incomparabilem elicit. Plicam negat ab immunditie eſſe, & ab ea reſecta cephalæas ſuperveniſſe confirmat. Morbum Hungaricum a ſuppreſſa perſpiratione naſci, quam nocturnum frigus coerceat: in eo vomitum in principio mali ciet, venam ſecat. Denique negat dari unum diſtinctum morbum, qui poſſit venereus vocari, & ſymptomata quæ huic morbo tribui ſolent, noſter ad alias cauſas refert. Paradoxi amator emulſiones calidas facit, nitrum vult calefacere. Hæc pauca ex multis ex P. I. & II.

In P. III. in aphoriſmos IV. priorum ſectionum HIPPOCRATIS animadvertit. Sæpe certe omnino probabiliter. Oſtendit SENEM in variis temperamentis in

in diverſis locis aphoriſmorum ſibi contradicere. Cereviſiam meracam valide nutrire. *Qui famem patiuntur iis non eſſe laborandum*, refutat exemplo ergaſtulorum, in quibus parco cum victu & multo labore valetudo optima eſt; & miſeriis ſervitutis podagram ſuperatam fuiſſe. Quartanam æſtivam ſe teſtaceo pulvere ſanaſſe, cum biennio ea febris perſtitiſſet. Exempla epilepſiæ, quam pubertas ſuperveniens non ſuſtulit. Abſque malo pueros Teplicii ex calidis ſe thermis in rivos dare præcipites. Urinam nigram ſæpe ſalutari effectu redditam eſſe. Opii nimiam doſim ſe ſalibus alcalinis fixis & volatilibus conjunctis ſuperaſſe. Cereviſiæ hauſtu & uno alterove grano piperis Polonos milites triduo vitam ſuſtentaſſe, & Judæos ſe vidiſſe; qui bis tantum in hebdomade cibum caperent. Qui neque diu neque noctu dormiebat, cætera ſanus: contra qui 24 & 48 continuis horis dormierat fatigatus. Infirmus, qui dum imprudens medicus de vena ſanguinem fluere volebat, neque ſupprimere jacturam, in ipſo opere exſpiravit. Tabella de cornu a ſucco naſturtii emollito. In Polonia in febre inque variolis non poſſe ægrotis carnium uſum denegari.

EJ. *Tr. de remedio doloris ſ. materia anodynorum nec non opii cauſa criminali in foro medico. Acceſſit viſio Aletophili advocati de ſecta & religione Empyricorum* (ſic) *Panacaeiſtarum*. Amſterdam 1699. 8. *. Febres malignas a ſale volatili lixivioſo ortas graviores eſſe morbis ab acido ortis. Nullum dari anodynum univerſale ad omnes dolores efficax. Purgantia medicamenta poſſe anodynis accenſeri in arthritide ipſa; demum variis in malis emetica. Se antimonium diaphoreticum clyſteris forma injeciſſe. Veſicatoria multos dolores ſedare, & ſic porro omnia quæ morbum tollunt qui doloris cauſa eſt. Sed & topica dari doloris remedia, ut ſanguis recens calens in dolore arthritico, per exempla. Canis lambendo podagram heri in ſe ipſum tranſtulit. Sic gaudium podagram ſuſtuliſſe, & terrorem perinde. Dolor lateris percutiendo levatus. Narcotica agunt dum ſanguinem rarefaciunt. Sperma ceti in colicis doloribus anodynum eſſe. Sic aurum quod ipſe præparaverit; etiam ex auro cum cinnabari & cum ſaturno conjuncto. Calculum potius inter alcalina naſci quam inter acida. Theæ noxæ. Maslach Turcarum præter opinionem receptam parari ex cervaria nigra. Verum paulo poſt opium eſſe mavult. Sulfur narcoticum in opio eſſe & in aliis narcoticis; in opio uberius. Opium calidum eſſe: ejus ſulfur narcoticum cum ſale oleoſo volatili ſpirituum animalium efferveſcere, unde ebullitio ſequatur: poſt eam, coagulationem ſequi, poſtquam volatile exhalavit. Noxæ opii & benefica vis in univerſum. Sudorem ciet, venerem auget. Opium crudum aut toſtum ſumi poſſe: tincturam tamen LANGELOTTI cydoniatam laudat. Debere præſto eſſe & alcalinam tincturam, & acidam. Contra empiricos pro morbi cognitione.

RICHARDI CARR Soc. Med Lond. Sodal. *Epiſtolæ medicinales* variis occaſionibus ſcriptæ. Londin. 1691. 8. *. Recti judicii homo, etſi parum latinus. Vix tamen has epiſtolas editionem mereri putaſſem. Octodecim ſunt fere

N 2, diætetici

diætetici argumenti. 1. In pulveres ſternutatorios. 2. Contra fumum tabaci. 3. De Thea, Coffea, aliis potibus. 4. Contra liquoris generoſi hauſtum matutinum. 5. Nephritico aquis mineralibus uſuro victus rationem dictat. 6. Sic ſterili feminæ thermas adeunti. 7. Pro lacte materno contra nutrices. 8. Recte tabidos Monſpelium petere. 9. Num ad capitis dolores capillitium? 11. De alvo ſicca. 12. De incertis ex urina præſagiis. 13. Exempla longæ inediæ. Mors tamen die 13. 14. Contactum regium adverſus ſcrofulas laudat ob fidem adhibitam. 15. Ebrietatis noxæ. 16. Eſſe quibus incœnatis dormire ſalubrius ſit, & alios quibus præſtet cœnaſſe. 17. Quot horis dormiendum.

An IDEM, an alius I. R. CARR's *Medicinal Epiſtles upon ſeveral occaſions by* J. QUINCY? London 1714. 8. GUNZ.

CHRISTIANUS HENRICUS ERNDL Archiater Saxonicus.

EJ. *Ex veneno ſalus.* Gieſſ. 1691. 8. Baccæ Belladonnæ funeſto errore comeſtæ.

EJ. *De uſu hiſtoriæ naturalis exotico-geographicæ in medicina.* Lipſ. 1700. 4. *. Docta diſputatio. Kakerlakos etiam habet, ſeu æthiopes albos. Morbi regionum. Ad materiam medicam. De ſtatu medicæ artis in China &c.

Et recuſa cum titulo *de itinere ſuo Anglicano & Batavo* a. 1706. & 1707. *facto relatio ad amicum. Accedit novæ editioni præfatio qua* J. GREGORII BETULII *obtrectationes refutantur.* Amſtelodami 1710. 8. & ſecunda edito 1711. 8. *. Doctioris & maturioris viri minime inutile iter, in quo potiſſimum ad ea reſpexit, quæ ad anatomen, chirurgiam, botanicam & materiam medicam ſpectant. Ad rem noſtram faciunt, quæ habet de bibliotheca Guelferbytana. De HIÆRNI opere metallurgico; de rara editione CÆLII, aliiſque paſſim rarioribus libris & codicibus: de collegio medico Londinenſi, ſocietate Regia ſcientiarum. De CYPRIANI felici lithotomia & ſectione Cæſarea Multa omitto ad anatomen, chirurgiam & botanicam facientia. Mirifica hiſtoriola de veneno potentiſſimo, nato e ſaliva per uſum internum mercurii ſublimati expreſſa & viperarum ad miſerum adplicatarum veneno. Salivam a mercurio excitatam canem lambentem extemplo occidiſſe. Ex RUYSCHII prælectionibus aliqua. Paracenteſim ob empyema factam fere ſemper infelicem exitum ſortiri.

Cum de bibliotheca Guelferbytana minus pro non neminis merito laute ſcripſiſſet, edita eſt contra noſtrum JANI GREGORII BETULII (pſeudonymi) *epiſtola ad amicum, qua ea quæ* C. H. E. D. (noſter) *in relatione de itinere ſuo, de Bibliotheca Auguſta Wolfenbuttelenſi &* S. ANT. ULR. in ſalina valle exempla, falſitatis arguuntur. 1710.

Reſpondit noſter. Ipſæ querelæ non maximi certe in re medica momendi ſunt.

EJ.

Ej. *Warſavia phyſice illuſtrata, de aëre aquis & locis & incolis Warſavienſibus eorumque moribus & morbis.* Dreſd. 1730. 4. *. Omiſſis quæ ad topographiam ſolam faciunt, & omiſſo *Viridario;* de ventis primum agit, quorum qui auſtrales innoxii ſunt: deterior ſubita ventorum immutatio. Inſalubria vero paludoſa, & fimeta ex ſterquilinio potiſſimum totius urbis in vicinia arcis congeſto, in quo venerei homines ſibi ſepulturas quaſi effodiunt, ut ſudore ſe curent fæcibus decocti lignorum potis. Animalia, foſſilia. Meteorologia, & diarium anni 1725. & eorum qui ad a. 1728. ſecuti ſunt, abſque thermometro. Tum aquæ, non bonæ, paucis exceptis, cum nonnullis experimentis. Viſtulæ aqua parciſſimam terram continet, non ſupra granum in *Quarta* quare eam aquam præfert. Incolarum temperamentum phlegmatico-ſanguineum: victus carnoſus, aromatibus indulgens, vinoſus. Potus tenuis *Bartſch* acidulus, abſque ſphondylio paratus. Morbi a ſpiritus potiſſimum frumenti abuſu nati. Hinc hydrops, icterus, tabes, niſi apoplexia & paralyſis prius homines abripiant. Morbi plurimi vere ingruunt & autumno. Plica Polonica. Verus morbus, non meræ ſordes, quæ cum periculo reſecetur, ut tumores etiam carioſi ſuperveniant & ſcorbutus, non endemius. Lues epidemicæ malignæ raræ. Peſtem noſter ipſe vidit. Dæmoniaci ut putant, frequentes. Medicaſtrorum frequentia. Catarrhi frequentes venæ ſectionem requirunt. Sic pleuritides, quæ ſola expectoratione vix ſanantur. Ad paralyſin Quinteſſentiam coralliorum Strahlenheimii acidam utilem reperit: ſed & cauterium ſaluti fuit. Arthritis & ipſa venæ ſectionem poſcit, ut intermittentes febres corticem peruvianum. Ophthalmia venerea non infrequens. In febribus malignis ſporadice invadentibus alexipharmaca, cum purgantia periculoſſima ſint. Ab hirudinibus admotis variolæ eventu funeſto retroceſſerunt. In dyſenteria emetica non convenire. In Plica nulla eſt efficacia ſphondylii, & in univerſum vix perfecte ſanari.

Relatio de morbis a. 1720. *Warſaviæ curatis.* Febris purpurea alba *frieſel* calidis curata acerrimis. In febre tertiana duplici omnia alia præter corticem peruvianum adhibita. Poſt ophthalmiam ſanatam oculus de globoſa figura amiſerat, & membrana (puto cataracta) ſubnata fuerat. A fumo carbonum dormientes ſuffocati; alii venæ ſectione revocati. Vertigo cum lapſu in faciem ſternutatorio valido ſanata, ejectis de naribus vermiculis aſcaridum ſimilibus. In lochiis ſuppreſſis ſuperveniente febre purpurata ſalus a venæ pedis ſectione.

I. W. Beintema de Peima medici cæſarei huc referas.

Ej. *Panacea, oder allgemeine Hülfsmittel der Manns- und Weibsperſonen befallende Krankheit zu curiren, überſetzt durch* I. S. D. Leipz. 1691. 12.

Ej. *Paracea, oder das allgemeine Hülfsmittel, oder Lob des Tobaks, überſetzt durch* I. S. Leipz. 1691. 8. Belgice *Verh. over de Tobak.* Haag 1691. 8.

Ej.

EJ. *Von der Vortrefflichkeit des Thees und Koffees.* Leipz. 1743. 8. Ed. Belgicam ignoro.

EJ. *Diſſ. de morbo regio, ſ. tractatus in quo ſententiæ de ictero ejuſque curatione examinantur.* 1697. 12. *. Bilis fermentationem accuſat. Alcali & acidi hypotheſin ſequitur, tum viſcidi quod fiat ab inopia acoris. Icterum ſæpe præcedere preſſionem quamdam in præcordiis. Icterum ſæpe abſque lapillis eſſe, & facile curari: conjungi cum bile nimis fluida & ſpirituoſa. Acida medicamenta non raro prodeſſe. Acetum cui piper infuſum febrem intermittentem tollere, ſuccum limonum febres diuturnas. Obſtructionem hepatis icterum facere, ſed facile ſanari Icterum febri intermittenti ſupervenientem omnia bona polliceri. Subito etiam nonnunquam invadere. Curari obſtructione hepatis ſoluta; bilis diminuta copia, reſtituta temperie, viribus ſuſtentatis. Ad primam indicationem emeticum antimoniale ex ſulfure aurato; alvi repurgatio a putrida ſaburra, quo etiam mercurius dulcis. Ad bilis vitium corrigendum, opium, amara, aromatica, ſapo Amara medicamenta non ideo alcalia eſſe, neque abſynthium, tamen ea operari ut alcalina. Stercus auſerinum ad bilem corrigendam laudat; demum crocum martis aperitivum. Porro tinctura antimonii diuturno uſu, & nitrum antimoniatum. Porro Theriaca. In majori morbo etiam cantharides & aſelli, quos putat potenter operari; gummata amara; balnea, thermas. In graviori malo hydrargyrus, cinnabaris nativa. Nullum experimentum citat.

EJ. *Hiſtoria conſtitutionis peſtilentis annorum* 1708 ad 1713. Vienn. 1714. 8.

ANGELI RAMBALDI *Ambroſia Aſiatica overo Caffee.* Bologn. 1691. 12. TR.

I. B. BOCCOBADATI *Ritus & formulæ collegii medicorum Mutinæ in conferenda laurea doctorali.* Mutinæ 1691. fol.

CHRISTOPH V. CAMPEN *Diſputationes de calculo renum.* Leid. 1668. 4. CARR. BR.

EJ. *de ſeptem pulveribus purgantibus* l. Breda 1691. 8.

EJ. *Collectanea therapeutica de pleuritide & apoplexia, in quibus diſſeritur de* (varietate medicamentorum) *uſu & abuſu. Subjicitur Exercitatt. medicarum Dec.* 1. Breda 1692. 8. *. Clyſterum adverſus pleuritidem numeroſæ ſcriptiones, deinde purgantium, vomitum cientium &c cum uſu & abuſu ſingulæ claſſis; ut *pro* & *contra* quæ faciunt, ex veteribus fere decerpat. Inde ſequuntur diſſertationes decem. De ſalibus volatilibus HIPPOCRATIS. De drimyphagia. Circuli methodicorum. Salia volatilia ligata & ſoluta. Sal alcali, acidum, fermentatio HIPPOCRATICA & conturbatio: pulveres purgantes pharmacopœæ Amſtelodamenſis cum ſcriptionibus & comparatione cum aliis diſpenſatoriis.

ſatoriis. Inde ſua de medicamentis cogitata addit. Sennam multum poſſe in lue Gallica. Rationes diverſitatis in variis diſpenſatoriis.

DAN. W. MEYER *indiculus medicorum, philologorum ex Germania oriendorum.* Altdorf. 1691. 4.

§. DCCCCXXVIII. JOHANNES VIRIDET.

Morgiæ in ditione Bernenſi medicinam fecit, parum notus ſcriptor, ſed qui meretur legi, cum hypotheſes quidem aliquas ſequatur, ſed clinica utique exercitatione ſe efferat, & experimentis, vir longævus meo ævo ſuperſtes, qui & a. 1681. medicinam fecerit & a. 1732.

EJ. *Tractatus novus de prima coctione, præcipue de ventriculi fermento.* Genev. 1691. 8. *. Princeps viro ſcopus eſt demonſtrare acidum in ventriculo fermentum habitare. In parte tamen II. de vitiis coctionis fuſe agit. Saliva viſcida, acida nimis, bile infecta, hinc amara; ita ſuccus ventriculi. Ab emetico repetito mors, ventriculus ſphacelatus. A laudano vomitus integri bidui (eum vomitum ab opii uſu aliquoties vidi). Vomitus adſumtorum frequentiſſimus: in cadavere caro fungoſa orificio ventriculi ſuperiori proxima, illam vermibus ſcatentem ſæpe noſter ſub orificio ſuperiori vidit, ante VERCELLONUM.

EJ. *Diſſertation ſur les vapeurs qui nous arrivent.* Yverdon 1726. 8. Scriptum jam a. 1681. Hypotheſim non probes. Spiritus nempe animales aut alcalia aut acida eſſe volatilia. Vapores eſſe ab eorum ſpirituum motu confuſo, vel a nimia ſpirituum ſubtilitate, vel a repulſione verſus cerebrum. Vapores (hypochondriacum malum) omnino eſſe vel ab alcali, vel ab acido. Secundum eas cauſas curari vel balneis & refrigerantibus, vel marte, cinchona, abſorbentibus. Nullum unquam ſpiritibus volatilibus locum eſſe. Opium tumultus ſpirituum compeſcere. Vitia tamen ſua noſter ubertate adnotationum propriarum redimit, quarum aliquot exempla adduco. Ab anxietate animi ſuffocatio, ſpiritus difficilis, pulſus parvus. In pericardio lactis ſeſquilibra & coagulum caſei mollis ſimile. Poſt faſtidia varia & contentionem animi mors: dura membrana quæ olim ictum acceperat craſſior; ſub ea craſſitie abſceſſus. Poſt dolores nephriticos nihil calculoſi, ſed ureteres a rene ad uſque veſicam inflammati. Qui ſalis volatilis ammoniaci granis duodecim ſubito pleuritidem ſanabat. Ex malo hyſterico & adſtrictione animi ſingultus, latratio canina, tamen ſanata. In dolore oculi calor tantus ut eminus perciperetur, per paroxyſmos. Febris maligna: in ea lethargus ſex dierum, cum ſudore in farinam degenerante, quod ſymptoma ſolebat funeſtum eſſe. Senſus frigidus intra vertebras, inde ad caput adſcendens, in paralytico, CAVERHILLO favens phænomenon. Ab uſu frequenti opii ventriculus intumeſcens. Opio

Opio ſedatum aſthma convulſivum. Syncopen, flammulas undique de corpore prodeuntes, poſt eas frigus, fomentis calidis levavit. Vapores ex polypis. Hæc ex dimidio opere.

Ej. *Träité des cauſes de la production du bon chyle & de celles qui lui nuiſent.* Paris (in Helvetia) 1735. 12. 2 vol. *. Potiſſimum ad praxim Tomus ſecundus ſpectat, etſi etiam in priore utiliter aliqua adnotaverit. Ab igne quaſi variolarum carnes toſtæ. Polypus in corde adipoſus, mors ſubita; ſic ab aorta obſtructa & in alio a ſanguine in cerebrum effuſo. Cæcitas partialis, ut ſolum mediam partem objectorum æger videret. Morbi primarum viarum, initio ab ore facto. Plurimas etiam adnotationes practicas habet, & cadaverum inciſiones. Dolor vehementiſſimus inter duo ſupercilia. Ex nimio uſu, ut putat, pulveris ſternutatorii, dolor perpetuus capitis, ponderis impoſiti ſenſus, cæcitas, memoria deleta, hemiplegia. Filamenta flava de lingua efflorescentia, interni incendii indicia. Odor ingratiſſimus oris a cruſta poſteriorem partem linguæ & ſuperiorem œſophagi obducente. Maxima ſuffocatio, cui noſter utriuſque venæ jugularis inciſionem oppoſuit, & duarum venarum brachii, tum demum venarum malleoli, neque tamen ægrum ſervare potuit. Poſt repetitas venæ ſectiones tamen delirium; ſuperfuſa abunde ſuper caput frigida cum grato ægri ſenſu, demum ſanatus vapore ſuſcepto opii. Impedita deglutitio ab elevata epiglottide, ut deglutita in aſperam arteriam illaberentur. In alio deglutitio impedita a glandulis œſophagum arctantibus. Apoplectico & epileptico nulla fames, nulla ſitis, neque a tartaro emetico vomitus. Alpicolis deberi purgantium duplas & triplas doſes dari, & ne ſic crocus metallorum monticolam movit. Hypercatharſis non ſuperanda niſi plurimo & continuato uſu opii. Phthiſica & hydropica juvencula. Sanata lacte aſinino. Hepar craſſeſcebat, alvus obſtruebatur, ſequebatur hæmorrhagia, quem morbum funeſtum in viro illuſtri eventum habuiſſe vidi. Averſio ab ovis a matre in fetum tranſiens. Paroxyſmi febriles, quos præcedebat frigoris ſenſus in crure, & dolor vehemens cum calore in pedis dearticulatione (*emboitement*). Ab opii uſu ſæpe vomitus. A mœrore propter ſubmerſam filiolam vomitus perpetuus incurabilis. Phthiriaſis diuturna. Gyratio involuntaria ante apoplexiam, & convulſi muſculi faciei. Ventriculi tumor enormis, aqua ex oculis, naribus, ore egeſta, ſanatus. Plura omitto.

§. DCCCCXXIX. Varii linguarum nuperarum, ad A. 1691.

Johannes Panthot, Medicus Lyonenſis & Collegii Medicorum Decanus, ad hunc annum repeto, quem Ill. Haller ad. a. 1695. duobus tantum ſcriptis poſuit.

Ej.

Ej. *Traité des Dragons & des Eſcarboucles.* Lyon 1691. 12. Elog. Br.

Ej. *Traité de la Baguette ou la recherche des veritables uſages auxquels elle convient.* ib. 1693. 4. & 12. Elog. Br.

Ej. *Reflexions ſur l'état preſent des maladies qui regnent dans la ville de Lyon, dans le Royaume & en diverſes parties de l'Europe depuis la fin de 1693 juſqu'à preſent.* ib. 1695. 12. Br. Febres ſoporiferæ cum vehementi cephalea, pulſu concentrato, motibus convulſivis, cujus initia mitia adparent. Calida rejicit, venam ſecat, alvum lenibus purgantibus a venæ ſectione ducit, ſi non ſuffecerint vomitoriis utitur. Hall.

Ej. *ſur l'effet du mercure dans la verole.* ib. 1700. 12. Br.

Ej. *Diſſ ſur l'uſage des bains chauds & principalement de ceux d'Aix en Savoie.* ib. 1700. 4. Elog. Br.

Ej. *Diſſertation inſtructive & très-curieuſe pour la pratique des trois operations de la pierre faites en ſix mois de tems.* ib. 1702. 4. Ipſe auctor triplicem iſtam operationem a fratre Horatio Panthot peractam ſuſtinuit, & in fratris honorem deſcripſit.

Chastelan, *traité des convulſions & des mouvemens convulſifs qu'on appelle à préſent vapeurs.* ib. 1691. 12. Astr.

Desse, *traité de la veritable connoiſſance des fievres continues, intermittentes, pourprées, peſtilentielles, & de la peſte; avec les moyens faciles pour les guerir. On y a joint un traité des flux de ventre.* Paris 1691. 12. Bur. Febres etiam peſtilentiales eſſe a coagulo ſanguinis.

Pierre Garnier, *Examen de la lettre de M. de Rhodes.* Lyon 1691. 4. Falc.

Idem erit Ej. *Apologie ſur le dialogue ſatyrique de Neophile & de Myſtagogue &c.* ib. 1691. 4. Rast.

Ej. *Formules nouvelles de medecine latines & françoiſes pour le grand Hôtel-Dieu de Lyon, avec un tr. de la verole.* ib. 1693. 12. Rast. 1699. 12. Bur.

Ej. *l'Hiſtoire de l'ouverture de corps de Mr.* de Seve. ib. 1695. 12. *. Paulatim pulſus parvus factus & intermittens, & ſuffocationes frequentes redierunt. Acceſſit dolor cum clyſtere utebatur, & hæmoptoe. In cadavere pulmo nigræ carnis ſimilis. In dextro ventriculo polypi a ſanguine grumoſo diverſi, ſic in aorta. Pulmo ſanguine fartus. Mors a ſanguine conpacto & ſolido;

Anicet Gausapé, *Obſervations ſingulieres ſur le fréquent uſage de la ſaignée.* Toulouſe 1691. 12. Falc.

Ej. *nouvelle explication des fievres, avec des obſervations ſingulieres ſur les matieres*

matieres les plus importantes pour bien exercer la medecine. Edit. 2. Idem ut videtur liber, recuſus T. I. Toulouſe 1696. 12. *. Hypotheſibus indulget, non tamen inutilis auctor, neque propriarum adnotationum expers. Febres a ſalibus & ſulfuribus fieri, effervescentia ſanguinis naturali majore excitata per exaltationem ſpirituum ſalis vel ſulfuris. Earum claſſes. Ephemeram fieri a ſalibus valde penetrabilibus, alcalino & acido, qui ſulfur ſanguinis ſua fermentatione exaltant. Febris catarrhalis a ſale lymphæ auſtero. Intermittentes a ſale. Aer Gallicus Narbonenſis ſale plenus eſt; hinc Narbo febribus obnoxius: has febres in regionibus ſeptentrionalibus fere per ſudorem ſanari. Corticem peruvianum ſæpiſſime profuiſſe vidit in febribus intermittentibus & continuis in quibus exacerbatio aliqua eſſet & friguſculum, demum in hecticæ febris initiis. Paroxyſmum cortex non ſemper ſupprimit, ſed mitigat tamen. Pulſum is cortex auget, febres intermittentes in ordinem redigit. Pulverem dat in aqua infuſum, ad unam duaſve drachmas. Semel vel bis in diem: parvam doſim a Jeſuitis natam eſſe: ſe ſolum majorem propinare cum parva non ſufficiat. Quartanam autumnalem potiſſimum tollit, tamen ut uſum ſubinde repetas, propter frequentes recidivas; demum continuari debere duodecim diebus, ad duas & tres in diem drachmas: ita nunquam fallere. Aqua in qua cortex infuſus fuit febrem etiam tollit. Vix unquam evacuat ut conſpici poſſit. Poteſt in clyſteribus dari, debilius tamen agere: poteſt & extractum ſumi, ad drachmam. In febribus putridis non prodeſt. Quotidianam febrem eſſe a ſalivæ acrimonia. In principio morbi quando materies morbi in ventriculo eſt vomitus ciendus, in progreſſu cienda alvus. Febris tertiana ab acrimonia ſalini humoris bilioſi fieri, ſed etiam ab acrimonia ſucci pancreatici. Quartanam ab acrimonia ſalina humoris melancholici. Eſſe qui ſpiritu vini ſibi ſubveniant. Se infuſum coffeæ præferre. Hemitritæus ex pluribus febribus componitur. Febris hectica eſt a lymphæ acrimonia lixivioſa. Hinc teſtudinum, ranarum, limacum ſtillatitium liquorem ſuadet. De uſu aquæ mille florum ex fimo bubulo ſtillantis. Febris putrida eſt ab exaltato ſanguinis ſulfure. Huic venæ ſectio, inviſcatio ſulfuris, acor vegetabilis & mineralis. Si per paroxyſmos ingraveſcat (*redoublemens*) cortici peruviano locum eſſe, potiſſimum in languore virium. Febris maligna & peſtilentialis eſt ab alcalinis & acidis, quæ in principio febris nimium ſubtiliſata, ſub finem nimis præcipitata ſunt. Contra quæ in febre putrida. Juſcula cichorii.

Ej. *Reflexions ſingulieres ſur le frequent uſage de la ſaignée & ſur le dereglement de la circulation du ſang.* 2. edit. T. II. Toulouſe 1696. 12. *. Venæ ſectionem potens eſſe auxilium, quod non ſit abſque neceſſitate adhibendum: in Gallia a quinquaginta retro annis frequentiorem factam, & frequentiorem quam uſpiam alibi: medicosque boreales hic ſapientiores eſſe. Febris ipſa plethoram deſtruit, ut poſt 15 dies nulla poſſit ſupereſſe. Multa ſunt quæ venæ ſectionem contraindicant. Poſt revulſionem & ſubactam plethoram, mitigatum calorem, conpreſſam ſanguinis rarefactionem, non debere porro ſanguinem mitti.

mitti. Ob eam ipſam venæ ſectionum frequentiam, plures ægrotos in Gallicis noſodochiis quam in Anglicis interire. Ab acore natæ obſtructiones alcali volatili debent diſcuti. In longa febre poſt vigeſimum diem non oportet venam ſecare. In gangræna cataplaſma de limonibus utile. Ad hygieinem, tempeſtates anni, alimenta. Quæ cuique cacochymiæ conveniant. Materies alimentaria ad alphabeti ordinem recenſa. Jus carnium febribus aptiſſimum. De potu vario, coffeæ, chocolatæ. Aquæ minerales Galliæ. Iterum de alvo ducenda, deque venæ ſectione.

Lego etiam Ejus *tr. de la fievre, de la gangrene &c.* Toulouſe 1697. 12. 2. vol. Sed idem fuerit cum priori.

Bartholomé Saviard in *Journal des ſavants* 1691, refert de glandularum induratarum concremento quod pericardium premebat, ut ſex linearum craſſitie eſſet, cartilagineum idem.

Ib. In orthoſtadia virgine oſſa ſponte fracta, ut ne unicum integrum ſupereſſet. Cartilagines nihil paſſæ erant.

Ej. *Nouveau recueil d'obſervations chirurgicales avec quelques remedes particuliers dont il s'eſt ſervi.* Paris 1701. 12. Anglice, 128 *Caſes in ſurgery.* Lond. 1740. 4. Belgice Haarlem 1756. 8. Chirurgus Pariſinus multa utilia habet, etiam ad medicinam. A nixu funeſtum ſub ſcapula anevryſma. In empyemate tumor ſub cartilagine enſiformi natus a pure ſeptum tranſverſum premente. Tumores piloſi in ovariis, cum gypſea materie: Placenta veſicularis loco partus egeſta. Cui juvenculæ menſium fluentium tempore paſſim dolentia per artus œdemata intumeſcebant. Poſt cephalæam os acutum meninges in ſuccuſſionibus pungens; aqua in ventriculis cerebri. A rheumatiſmo gangræna ſicca pedis, amputatione facta, in altero crure funeſto eventu renata. Ejuſmodi gangræna apud Solonienſes ex uſu ſecalis corniculati frequens. Volvulus a parte inteſtini ſuperiori inmerſa in inferiorem. Hydrops pericardii & pectoris. Abſceſſuum hepatis diverſorum & ſanatorum aliqua exempla. Hydrocephalus cum imbecillitate. Glandularum induratarum acervus pericardium ambiens quod cartilagineum erat. Mors ex deliquio animi cum convulſionibus. In omnibus ſcorbuticis glandulæ meſenterii tumidæ; aqua in celluloſas telas effuſa; corpus oſſium cruris ab epiphyſi facile ſecedens, eaque oſſa emollita. Poſt longum delirium & convulſiones, aqua in ventriculis cerebri uberrima. Reſpiratio & deglutitio a tumefactis glandulis ſuppreſſæ. Hydrops; paracenteſi educta lac ſubſalſum, ſubfatuum, pingue, etiam cum cremore vero; punctio decies repetita; in abdomine repertum lac & coagulatus quaſi cremor; glaudulæ conſpicuæ in peritonæo; in jejuno inteſtino ſaccus ejuſmodi lacte plenus, cum fiſtula penetrante in glanduloſum corpus meſenterii, cum ramis fiſtuloſis. Glandulæ thoracicæ caſeoſa materie plenæ. De ſcorbuto; & ægrotis

in magnum noſocomium *l'Hôtel Dieu* receptis: ſæpe gangræna & caries etiam in maxilla ſuperiori; naſturtium aquaticum nocuit. Difficulter hunc morbum in eo aëre ſanari in quo natus eſt. Formulæ, ſed unguentorum, aquæ vulnerariæ.

Cum acriter recenſuiſſent *Acta Eruditorum*, repoſuit *Reponſe de S. au Journal des ſavans.* Paris 1696. 12.

IDEM in Journal des ſavans 1696 inque *Philoſ. Tranſ.* n. 222. retulerat de partu ventrali, cum uterus integer eſſet. Fætus ſacco continebatur tubæ adhærenti; gangræna late omnia corruperat.

Mlle. D'AUVERGNE *Recueil de ſecrets en medecine.* Paris 1691. 8.

MARGUERITE DU TERTRE *Inſtructions faciles pour une ſageſemme.* Paris 1691. 12.

Cuiſinier royal & bourgeois. Paris 1691. 8.

JOSEPH HOMEN ANDRADO Ulyſſiponenſis.

EJ. *Pharmaceutica para verdadera trituragao da Jalapa e dos aromaticos diſcutientes &c.* Lisbon. 1691. 4.

EJ. *Parte ſegonda apologetica por a trituragao da Jalapa e todos os mais medicamentos ſegut a ordem dos canones univerſales de Meſue ſua verdadeira expoſigas.* ib. 1692. 4. C. de V.

ANDREAS BROWNE *a vindicatory ſchedula concerning the neu cure of fevers.* London. 1691. 8. OSB.

ANDA *de febribus tentamen theoretico-practicum ſ. vera febrium hypotheſis mechanica adaucta ex principiis* BELLINI *in febrium antecedentia & conſequentia: tota fere œconomia animalis, præcipue methodus curandi febres per cathartica cum paregoricis a* SYDENHAMO *primum uſurpata, ratione & experientia confirmata.* Edinburg 1695. 8. BURETTE.

EJ. *A indication of* SYDENHAMS *method of curing continual fevers.* Lond. 1700. 8. OSB.

Hos libellos putem eſſe ejuſdem auctoris, etſi in unico nomen adjectum ſit.

W. Y. *Neu art of making wines brandys and other ſpirits.* Lond. 1691. 4. Ad materiam medicam.

JANI MODESTINI ALETOPHILI *unvergreifliches Bedenken über* HORLACHERI *Tractat*

Tractat die höchſtſchädliche Würkung des Aderlaſſens und Purgierens betreffendt. Francf. 1691. 8. Uff.

Land- und Leibmedicus armer Leute aus eines alten Medici bey 52 jähriger praxi geſamleten MSS. colligirt. Merſeburg 1691. 8.

Hebammen oder Kindermutterbuch, nebſt angehängten Weiberarzneyen. Merſ. 1691. 8. Lehmann.

Hausmittel für Schwangere und Gebährende. Ingolſtatt 1691. 8. Niſi idem eſt cum libello a. 1642. excuſo f.

J. P. Wahrendorf *Bedenken über* Horlacher *von den Würkungen des Aderlaſſens und Purgierens.* Francf. 1691. 8 Haen.

Ej. *Unterricht vom Aderlaſſen.* Budiſſin 1709. 8.

J. L. Neuhaus *Unterricht von der Rothenruhr.* Schmalkald. 1691. 8.

§. DCCCCXXX. Disputationes.

Chr. Frid. Pinker *de hæmorrhoidibus.* Leid. 1691. 4. *. Non ſalubres eſſe.

Ej. *Vom Bluthfluß.* Dreſd. 1701. 8. Br.

Jacob Tant *de vertigine.* Leid. 1691. 4. *.

J. Frid. Decker *de arthritide vaga ſcorbutica.* Leid. 1691. 4. Riv.

Petr. Voosd *de morborum cauſis.* Leid. 1691. 4. *.

Benjamin Pineau *de arthritide.* Leid. 1691. 4. *.

P. Tielens *de urina.* ib. 1691. 4. *.

Nic. Langewagen *de medicamentorum operationibus in genere.* ib. 1691. 4. *

Th. Licken *de nephritide.* ib. 1691. 4.

Car. Chr. Xylander *de chloroſi, von der Jungferkrankheit.* Leid. 1691. 4. Riv.

Tob. Schrein *de inflammatione in genere.* ib. 1691. 4.

J. J. Pinto *de phrenitide.* ib. 1691. 4. Haen.

Jac. Hugo *de apoplexia.* ib. 1691. 4. *.

Conrad

CONRAD MEYER *de paralyſi.* Leid. 1691. 4. *.

GEO. BUDENS *de ſcorbuto.* ib. 1691. 4. RIV.

JACOB FORRET *de menſibus vitioſis.* ib. 1691. 4. *.

T. MUYKENS *de corporum ſtatu & mutatione.* ib. 1691. 4. Si huc facit.

ISAAC S'GRAVESANDE *de angina vera & ſpuria.* ib. 1691. 4. *.

J. SCHUT *de cholera.* ib. 1691. 4. RIV.

B. DE MANDEVILLE *de chyloſi vitiata.* ib. 1691. 4.

J. GEORG HUVE *de virium imbecillitate.* ib. 1691. 4. *.

HERMAN FINCK *de menſium emanſione.* ib. 1691. 4. *.

J. FRIDERIC BELOW *de vermibus inteſtinorum.* ib. 1691. 4. *.

In infante epilepſiæ ſimiles convulſiones. Sanatas excreta a medicamento pituita. Cor a vermibus pertuſum, poſt magnas anxietates.

EJ. *de natura, arte & remediis in morborum cura neceſſariis.* Upſal 1695. 4. *.

EJ. *de medico ſagaci ſ. morborum vindice.* Lund. 1709.

MATTHÆI SEUTER *de nuce vomica.* Leid. 1691. 4. Experimenta facta dato hoc canibus veneno: inde convulſiones, ſanguis ad cor congeſtus.

FRID. BOGISLAUS HILLIUS *de ſero ſanguinis, chyloſi, ejuſque morbis*, ib. 1691. 4. HE.

THOMÆ BURNET *de vomitu.* ib. 1691. 4.

DANIEL HAOART *de teneſmo.* Utrecht 1691. 4. *.

MARTIN VAN KUYL *circa hominis generationem & medicamenta ex vegetantibus & animantibus illi dicandis.* ib. 1691. 4. *.

ALEXANDER FELIX PHILIP. WACHENDORF *de peripneumonia.* ib. 1691. 4. *.

GODOF. MULLER *de angina.* ib. 1691. 4. *.

PAULI ROETERS *de ſterilitate.* ib. 1691. 4. *.

NIC. DAN. OLDE *de ſputo cruento.* ib. 1691. 4. MOELL.

HENRICI HEYDECK *de opii uſu in catarrhis.* 1691. 4.

J. BRUNS-

J. BRUNSMAN *hendecas diſſertationum miſcellanearum.* Hafn. 1691. HOTTON.

LAUR. MICKANARI *de corporis humani pathologia.* 1691. 4.

J. GEORG GOLIZ *de cholera.* Regiomont. 1691. 4. RIV.

J. CHRIST. SCHULZE *de chiromantiæ vanitate.* ib. 1691. 4.

NIC. WILSTERMANN *de diabete; von der Harnruhr.* (Præſ. G. CHR. PETRI) Erford. 1691. 4. MOELL.

GODFRIED ICKART *de lactis humani natura & uſu.* ib. 1691. 4.

J. H. FRID. GRIVIUS *de hæmoureſi.* ib. 1691. 4.

LUD. FRID. JACOBI *de anima cauſa morborum proxima.* ib. 1691. 4. HEF.

EJ. *de regulo ſtellato antimonii* 1692. 4. HEF.

EJ. *de Wiſmutho.* Erf. 1697.

EJ. *de febre intermittente tertiana.* Erf. 1700. 4. PL.

EJ. *de cereviſiæ bonitate.* ib. 1704. 4.

EJ. *de ſcorbuto hæreditario.* ib. 1705. 4. PL.

EJ. *de polychymia obſervata & curata.* ib. 1705. 4.

EJ. *de terris medicatis Sileſiacis.* 1706. 4. HEF.

EJ. *de impotentia virili.* ib. 1707. 4. HEF.

EJ. *de Siriaſi.* ib. 1707. 4. PL.

EJ. *de ſcandalo & gloria medicorum hydrope aſcite.* ib. 1707. 4. VAT.

EJ. *de petechiis febrium malignarum.* ib. 1707. 4. PL.

EJ. *de fluore albo mulierum.* Jen. 1707. 4. HEF.

EJ. *de margaritis.* 1708. 4. HEF.

EJ. *de peſtis indole.* ib. 1708. 4. PL.

EJ. *cataractæ nova pathologia.* 1708. 4. PL.

EJ. *de diabete.* 1709. 4. HEF.

EJ.

Ej. *de febre purpurata.* 1709. 4.

Ej. *de moralitatis vi medica.* 1709. 4. Hef.

Ej. *de mania.* Erf. 1710. 4. Pl.

Ej. *de lienteria.* 1711. 4. Hef.

Ej. *Caſus eryſipelatis ſcorbutici ſubito in ſphacelum terminati.* Erford. 1711. 4. Pl.

Ej. *de arte chymiſtica.* ib. 1711. 4. Hef.

Ej. *de nephritide ſpuria.* ib. 1712. 4. Hef.

Ej. *de gangræna & ſphacelo.* 1712. 4. Hef. Br.

Ej. *de tympanite.* 1712. 4. Hef.

Ej. *de peſte.* 1712. 4. Vat.

Ej. *de hydrope uterino caſus.* ib. 1713. 4. Vat.

Ej. *de fanaticiſmo medico.* ib. 1713. 4. Vat.

Ej. *de erroribus in potulentis commiſſis.* 1713. 4. Hef.

Ej. *de malo hypochondriaco.* 1713. 4. Hef. Br.

Ej. *de languore Pannonico.* ib. 1714. 4. Hef.

Ej. *de carminativorum natura, uſu & abuſu.* 1714. 4. Hef.

J. Mich. Metius *de αυταρκεια.* Witteb. 1691. 4. Riv.

J. Hieron. de Wedig *de memoria, præſertim labili.* Witteb. 1691. 4. Vater.

Henr. Mai *de morbo caſtrenſi quem vulgus cephalalgiam epidemicam vocat.* Rinteln. 1691. 4.

J. Dan. Dornstenius *de natura medicinæ.* Marburg. 1691. 4. Boehm. niſi Dorstenius legi debet.

Georg Otto *miranda imaginationis vis.* Marb. 1691. 4.

J Jac. Mardorf *de maniacis nuperis Gieſſenſibus a Solano furioſo.* Gieſſ. 1691. 4. Riv. Cum hiſtoria mali. Mania & epilepſia vomitu ſanatæ.

Georg

Georg Wolfg. Gilgius *de memoriæ læſione ex nimio veneris uſu oriunda.* Altdorf 1691. 4. Riv.

Adam Unzelmann *de ſalivatione mercuriali.* ib. 1691. 4. Astr.

J. Sigmund Henninger, Profeſſor inde in urbe patria.

Ej. *de cephalalgia.* Argent. 1691. 4. *.

Ej. *de curatione cephalalgiæ.* ib. 1692. 4. *.

Ej. *diſp. de medicamentis ſtomachicis.* Argent. 1691. 4. Riv.

Ej. *Centuria theſium.* ib. 1708. 4.

Ej. *de purgatione.* ib. 1709. 4.

Ej. *de paracenteſi abdominis.* ib. 1710. 4. *.

Ej. *de ſpermate ceti.* ib. 1711. 4.

Ej. *Circa uroſcopiam theſes miſcellaneæ.* ib. 1712. 4.

Ej. *de medicamentis mercurialibus.* ib. 1715. 4.

Idem a. 1709 & 1710 edidit ſeptem Diſſ. ſub nomine *Prælectionum materiæ medicæ* P. Hermanni, medici & Profeſſoris Lugduno Batavi, *ad lapidem lydium.*

Inde nata eſt editio *materiæ medicæ* Hermanni aucta ab Henningero ſcriptionibus, analyſium chemicarum memoria, viribus medicatis, quæ efficiunt majorem partem operis.

Recudi fecit J. Boecler ſub nomine eodem *Cynoſuræ materiæ medicæ.* Argentor. annis 1726, 1729 & 1731. 3 vol. 4. *. Quam editionem ſuo loco retuli.

Idem *collectionem ſ. quadrigam ſcriptorum diæteticorum* edidit. Argent. 1713. 8. *, Sanctorium, Verulamii *hiſtoriam vitæ & mortis*; Eob. Hessi *verſiculos de tuenda valetudine* & Baptistæ Fieræ Cœnam. Nihil addidit ſui.

J. Franc. Foy-vaillant & Dragueville. *E. infida mixtorum analyſis ab igne.* Pariſ. 1691. 4.

J. Poisson & C. Bourdelin. *E. ab aëre magis quam ab aqua afficitur homo.* Pariſ. 1691. 4.

J. Despree & Toullieu, *E. præcavendis morbis ex humorum viſcida congerie oriundis Balneum tepidum ex aqua dulci.* Paris 1691. 4.

Ren. Chauvel & Berthod, *E. alimenta quæ alvum laxant ad tuendam ſanitatem accommodatiora.* Paris 1691. 4.

S. Paulus Guyart & Mattot, *E. coma adſcititia nativa ſalubrior.* Paris 1691. 4.

Franc. Alliot & S. Auvalle, *E. hyemali peripneumoniæ venæ ſectio* ἡγεμονικόν. Paris 1691. 4.

J. B Dodart, *Non E. phlebotomia magnorum morborum omnium princeps & univerſale remedium.* Paris 1691. 4.

Phil. Douté & Mattot, *E. in morbis natura tota in* ἐγχειρησει και διακρισει. Paris 1691. 4.

Am. Douté & Cl. Burlet, *Non E. diverſæ pro diverſis regionibus medendi leges.* Paris 1691. 4.

§. DCCCCXXXI. J. Andr. Fischer.

J. Andreas Fischer profeſſor Erfordienſis.

Ej. *Diſſ. inauguralis* equidem phyſici argumenti, prodiit a. 1691. 4. He.

Ej. *de muſculis horumque officio naturali & præternaturali.* ib. 1694. 4. He.

Ej. *Ilias in nuce, ſ. medicina ſynoptica medicinæ conciliatrici ſubſecutura.* ib. 1716. 4. Sic.

Ej. *de eo quod in cognoſcendis & curandis morbis præcipuum eſt.* ib. 1717. 4.

Ej. *de ſcorbuto ejuſdemque tum genuinis tum controverſis cauſis, ſymptomatibus præcipuis & cura.* ib. 1717. 4. He.

Ej. *Therapia convulſionum generalis ratione & experientia ſuffulta.* ib. 1717. 4. Hef.

Ej. *de arthritide fixa, ſpeciatim podagra.* ib. 1717. 4.

Ej. *de diſcrimine inter empiricam & rationalem m. temperati corporis.* ib. 1718. 4. Burkh.

Ej. *Erythroides petechiarum ſpecies Sileſiam affligens obſervata & curata.* 1718. 4. He.

Ej.

Ej. *paradoxon medicum eſſe in morte quidquid quærunt medentes*. 1718. 4. He.

Ej. *de ſyrupo longæ vitæ*. ib. 1718. 4. He.

Ej. *lac optimum alimentum & medicamentum*. 1719. 4. He.

Ej. *phantaſia errans*. 1719. 4. He.

Ej. *de oſculo medico*. ib. 1719. 4. He.

Ej. *de oſculo inſtar veri philtri agente*. ib. 1719. 4.

Ej. *de diæta hæmorrhoidariorum*. ib. 1719. 4. He.

Ej. *de phthiſi gaſtrica*. 1719. 4. He.

Ej. *de mtdico empirico*. ib. 1719. 4. Hæn.

Ej. *de ricino americano*. 1719. 4. *.

Ej. *de ſingulari ſanitatis reſtituendæ remedio*. ib. 1719. 4. He.

Ej. *de tympanite, von der Windſucht*. ib. 1719. 4. He.

Ej. *Aſthmaticus ex podagra retrocedente*. 1719. 4. He.

Ej. *de cognoſcenda & curanda arthritide*. 1719. 4. He.

Ej. *qui bene vomit bene vivit*. 1719. 4. He.

Ej. *de* δυσηκοια *ſ. auditu difficili*. ib. 1720. 4. *.

Ej. *de eo quod cauſæ morborum atque mortis nobiſcum naſcantur*. ib. 1720. 4. Hef.

Ej. *de morbis ab acido ſ. noxa acidi in corpore humano*. ib. 1720. 4. Pl. tribuit J. Augusto Rivino.

Ej. *de motu ſanguinis naturali, non naturali & mixto*. ib. 1720. 4. Hæn.

Ej. *de ortu peſtium ex cœlo & terra*. ib. 1720. 4.

Ej. *de ſaturno ejuſque natura & noxa*. ib. 1720. 4. He.

Ej. *de vigili cura animæ circa corpus humanum*. ib. 1720. 4. Hæn.

Ej. *de uſu novellarum medico occaſione peſtis Maſſilienſis*. ib. 1720. 4. He.

Ej. *de furore uterino*. 1720. 4. He.

Ej. *de variolis.* 1720. 4. He.

Ej *de febre tertiana epidemice graſſante* 1721. 4.

Ej *Noſologia variolarum, curatione, methodo medendi obſervationibuſque ſingularibus illuſtrata.* 1721. 4. He.

Ej. *de religioſorum ſanitate tuenda & reſtituenda.* ib. 1721. 4. Hænel.

Ej. *de variolarum & morbillorum cognitione curatione & præſervatione.* 1721. 4. He.

Ej. *de antiquiſſimo fruendæ carnis uſu: — carnem porcinam vindicat ab inſimulata malitia, quod ad lepram corpora præcipitet.* ib. 1721. 4.

Ej. *curioſa variolarum tranſplantatio, earumque cautio medica.* 1721. 4. He.

Ej. *Interdum bonus dormitat Homerus.* 1721. 4. He.

Ej. *de religione medici.* 1721. 4. He.

Ej. *de hæmorrhoidibus ex palato fluentibus.* ib. 1722. 4. He.

Ej. *de leucorrhœa, ſ. fluxu mulierum albo.* ib. 1722. 4. He.

Ej. *de malo hypochondriaco.* 1722. 4. He.

Ej. *therapia inflammationis in ſe & generaliſſime ſpectatæ.* 1722. 4. He.

Ej. *de atrophia infantum.* 1722. 4.

Ej. *Certiſſima febrium prognoſis ex aphoriſmo 69 Sect.* IV. *cum rationali therapia ad mentem aphoriſtæ inſtituenda.* 1722. 4. He.

Ej. *de diæta in morbis acutis.* 1722. 4. He.

Ej. *de catarrhis epidemice graſſantibus.* 1723. 4. He.

Ej. *de curandis præcipuis oculorum affectibus.* 1723. 4. Hæn.

Ej. *de motu veluti magno ad longævitatem acquirendam medio.* 1723. 4. He.

Ej. *de officio obſtetricis, vom Amt der Hebamme.* 1723. 4. He.

Ej. *plethora multorum morborum cauſa.* 1723. 4. He.

Ej. *de ſtrumis & ſcrophulis Bunsgenſium.* 1723. 4. He.

Ej. *ſuccincta ſexus potioris ſecundum ſtatum naturalem & præternaturalem ſpermatologia.* 1723. 4. He.

Ej. *de idioſyncraſia miraculoſa ſanitatem amiſſam ſolo contactu reſtituendi in quibuſdam perſonis illuſtribus conſpicua.* 1724. 4. He.

Ej. *contagium pecudis bubulæ epidemicum quod adhuc Thuringiam infeſtat*; die Thüringiſche Viehſeuche. 1724. 4. He.

Ej. *de contagio.* 1724. 4. He.

Ej. *de corrigenda idioſyncraſia in ſtatu p. n. degenerante.* 1724. 4. He.

Ej. *de ſcrutinio peſtis ſynoptico.* 1724. 4. He.

Ej. *de venæ ſectione ejuſque adminiſtratione methodica.* 1724. 4. He.

Ej. *priſcorum adverſus faſcinum remedia.* ib. 1724. 4. He.

Ej. *vis faſcini in corpus humanum medica arte devicta.* ib. 1724. 4. He.

Ej. *de potus coffeæ uſu & abuſu.* 1725. 4. He.

Ej. *Scolops datus carni.* 1725. 4. He.

Ej. *de temperamento medici.* 1725. 4. He.

Ej. *de temperamentorum morumque convenientia & uſu medico.* 1725. 4. He.

Ej. *Veneni canis rabidi pathologico-therapeutica* διασκεψις. 1725. 4. He.

Ej. *de curioſa variolarum per inſitionem noſtri temporis prophylaxi, vom einpfropfen der Kinderblattern.* 1726. 4. He.

Ej. *de hemitritæo ſ. tertiana maligna & graviſſima & vexatiſſima compoſitarum febrium ſpecie.* 1726. 4. He.

Ej. *de menoſtaſia ſ. menſium ſuppreſſione.* 1726. 4. Hæn.

Ej. *de podagra juxta genuinam optimamque methodum curanda.* 1726. 4. He.

Ej. *Sialographia medica.* 1726. 4.

Ej. *de commodis in corpus humanum a potu redundantibus: — cujuſnam generis myrrha fuerit* Salvatori *Judæis data potio.* ib. 1727. 4. He.

Ej. *de convulſionibus epilepticis habitualibus ex terrore.* 1727. 4. He.

Ej.

EJ. *homo ſuæ vitæ deſtructor.* ib. 1727. 4. HE.

EJ. *Lepra Arabum ſ. elephantiaſis obſervata & curata Reſp.* KNIPHOF. 1727. 4 HE.

EJ. *prudentia medica.* 1727. 4. HE.

EJ. *de frequentia morborum in ſexu ſequiori præ potiori.* 1727. 4. HE.

EJ. *de medici circa moralia & phyſica in curandis morbis prudentia.* 1727. 4 HE.

EJ. *de menorrhagia, ſ. menſium fluxu nimio.* 1727. 4. HE.

EJ. *de morbis epidemicis.* 1727. 4. HÆN.

EJ. *de ſtrangulatione uteri.* 1727. 4. HE.

EJ. *de chylificatione integra & læſa hujuſque reparatione.* 1728. 4. HE.

EJ. *verminatio adfectus inteſtinorum moleſtiſſimus.* ib. 1728. 4. HE.

EJ. *de diſcrepantibus medicorum, potiſſimum præſentis ſeculi ſententiis theoretico-practicis.* 1728. 4. HE.

EJ. *dyſenteriæ malignæ ætiologia nova.* 1728. 4. HE.

EJ. *dyſenteriæ malignæ cognitio & curatio.* 1728. 4. HE.

EJ. *de ephialte ſ. incubo.* 1728. 4. HÆN.

EJ. *de febribus intermittentibus præſenti anno graſſantibus.* 1728. 4. HE.

EJ. *de febribus malignis generatim ſpectatis.* 1728. 4. HE.

EJ. *de fluxu hepatico, vulgo* die Leberruhr. 1728. 4. HE.

EJ. *de furore uterino.* 1728. 4. HE.

EJ. *de laſſitudine ſpontanea morborum prænuntia juxta normam aphoriſmi.* V. S. II.

EJ. *de medicamentorum purgantium natura & uſu.* 1728. 4. HE.

EJ. *de morbis inteſtini coli ex anatome dijudicandis.* 1728. 4. HE.

EJ. *de empyemate.* 1728. 4. HÆN.

EJ. *Conſilia medica in uſum practicum & forenſem pro ſcopo curandi & renunciandi adornata.* Francf. 1705. 8. *. Morbi hiſtoria miſſa ad auctorem. EJUS, FISCHERI,

Fischeri, reſponſum multo cum ratiocinio & longo conſilio, eventu non adjecto. Morbi vulgares. In lue venerea dat mercurium præcipitatum album. Conſilia univerſa tantum quindecim. Mortuum natum pronuntiat infantem qui clamaverat.

Ej. *Conſilia continuata*. 1706. 8.

§. DCCCCXXXII. Diaria ad a. 1691.

In *Tranſact. philoſ.* n. 191. ſqq. aliqua ſunt, ſed quæ cum ſuis auctoribus diximus.

Sic in *Journal des ſavans.*

Sed in *E. N. C. Dec.* II. *Ann.* X, qui eſt a. 1691; præter adnotationes ſuis cum auctoribus relatas.

Anonymus refert in *Obſ.* 20.

De puero gibboſo, morboſo, territo, qui incidit in artuum rigorem; deinde a pollice adſcendens malum in epilepſiam erupit. Intercedebant paroxyſmi muſici, in quibus ex arte canebat; eventu funeſto. Renes calculoſi: in pulmone grandes veſicæ.

Franciscus Justinus *Obſ.* 96.

Ophthalmia gravis nive admota ſanata.

J. Christian Menzel.

Obſ. 34. Facta paracenteſi morbus curatus.

In alio a ſanguinis jactura hydropico ſcrotum inciſum detumuit & una pedes, ut tamen abdomen aqua plenum maneret malumque in mortem tenderet.

Dec. III. *Ann.* I. *Obſ.* 183. In puella nuper partu edita volvulus fæcumque vomitus. Sarcoma quod putabatur ad umbilicum reſectum, quod hernia erat umbilicalis. Cæcum inteſtinum &c. reſecta fuerunt.

Obſ. 184. In puero limpidi humoris diuturnus & funeſtus per nares effluxus.

Ann. III. *Obſ.* 117. Infans atrophicus qui innumeros vermiculos per lotium excernebat.

Ann. IV. *Obſ.* 82. Eryſipelas vagum.

Obſ.

Obſ. 120. A verberibus acceptis homo ad ſtatuæ modum rigidus cum debilitate & frigido ſudore.

Ann. V. VI. Quæ ob impetiginem manus aqua calcis abluerat ſublimato hydrargyro prægnante, maximos inde dolores percepit & deliquia animi, moleſtoſque vomendi conatus.

Ann. IX. X. *Obſ.* 24. Mater filio mercuriali medicamento ſalivam excitavit, quæ præſtans abſque ſumto metallo & ipſa ſymptomata ſalivationis patitur.

Obſ. 35. In lue venerea abunde illito hydrargyro nulla ſalivatio ſecuta.

Obſ. 36. In puella octenni convulſiones perpetuæ nulla cum intermiſſione mali per quadraginta dies. Succeſſit Cæcitas, oculis nihil paſſis: ea ipſa diſpulſa ſuperfuit aliqua in altero pede debilitas.

Obſ. 37. Acutus dolor in abdomine motuſque quaſi voluti pugni, uteri ſpaſmum eſſe noſter putat, anodynis & antiſpaſmodicis ſanatus.

JOS. ZAMPERIUS.

Obſ. 147. A tertiana febre ſanguinis per nares jactura; capite tepida loto malum remiſit.

J. ZACHAR. FURST.

Obſ. 174. Spiritus difficilis; in pulmone paſſim ſanguis effuſus, grumoſus, in ſiniſtro ventriculo polypus. Hepar octo librarum pondere.

Obſ. 175. Reſpiratio difficilis; urina difficulter retenta; mors ſubita. Lien trilibris, ſuperne oſſeus. Obeſitas plurima.

Obſ. 176. Pleuritis; empyema; paracenteſis ſatis felix, tamen ut fiſtula ſupereſſet; cum vino indulgeret hydrops: nullus pulmo dexter.

EJ. *Dialogus hygiaſticus inter Hygiophilum & Jatrophilum.* Francf. 1692. 12.

EJ. *Utilia & curioſa de vita ſana & longa, de annis climactericis; de termino vitæ.* Francof. 1692. 4. KAN.

§. DCCCCXXXIII. Ad A. 1692.

J. POTTER poſtea archiepiſcopi Cantuarienſis.

Archæologia Græca. Londini a. 1692 & 1695 recuſa. Oxon. 1697. 8. & a. 1751. 8. 2 vol.; tum in THESAURI GRONOVIANI T. XII. Aliqua habet ad rem medicam, de Græcorum victus ratione, conviviis, veteribus in morbis, in

in puerperiis legibus, quibus medici tenebantur; de Diis medicis; de balneis; de re coquinaria.

DANIEL LUDOVIC. EBEN, *Obſervationum medicarum centuria.* Aug. Vind. 1692. 12.

O. F. BLONDEL *ad experientiam doctrinæ obſervationes.* Cliv. 1692. 4. HOTT.

J. J. BRUSASCHI *diſceptationes problematicæ medicinales.* Rom. 1692. 8. HOTT.

ELIÆ VEIEL *de ſumma dignitate & præſtantia ſtudii medici diſſ. juxta mentem ductumque S. G. Græcorum & latinorum.* Ulm. 1692 4.

IGNATII CHERUSCI *methodus medendi, non autoritatibus, ſed rationibus & de monſtrationibus fundata.* Hall. 1692. 8. TR.

NATHANAEL LUCY *tr. de podagra.* Venet. 1692. 8. Pathologia ſalſa.

NIC. LAMBERT THELEN *de febribus diſſ.* Lovan. 1692. 8.

In STEPHANI CHAUVIN *Lexico philoſophico.* Roterodami 1692. fol. ſæpe recuſo vocabulorum etiam medicorum interpretatio reperitur.

J. B. CALLARD DE LA DUQUERIE *Lexicon medicum etymologicum, ſ. tria etymologiarum millia quas in ſcholis Cadomenſibus docuit.* Pariſ. 1692. 12. *Journ. des ſav.* 1693. 12. * 1715. 12. Duæ partes opuſculi. P. I. etymologica, breviſſima 3000 vocabulorum medicorum interpretatio & etymologia. Hæc vocabula ſæpe inaudita ſunt. P. II. vocabulorum eſt variorum Arabicorum, Græcorum, Alchemicorum, cum eorum ſignificatione breviter expreſſa.

Novam editionem fol. præparaſſe lego.

§. DCCCCXXXIV. NUPERI ad a. 1692.

PIERRES BRISSEAU *tr. des mouvemens ſympathiques, avec une explication de ceux qui arrivent dans le vertige, l'epilepſie, l'affection hypochondriaque & la paſſion hyſterique.* Montpel. 1692. 12 BUR.

FLAMANT *l'art de ſe conſerver la ſanté, ou le medecin de ſoimême, avec un traité de quelques remedes les plus ſimples & les plus uſités pour la guériſon de différentes maladies.* Paris 1692 12 GUNZ Tum 1699. 12., titulo paulum mutato; *Le véritable médecin, ou le moyen de ſe conſerver la ſanté.* TR.

A. P. D. M *Regles de la ſanté, ou le véritable régime de vivre, que l'on doit obſerver dans la ſanté & dans les maladies, avec une table alphabetique de tous les alimens.* Lyon 1692. 12. BUR.

M. D'AUVERGNE *Recueil de ſecrets touchant la médecine, pour les maladies & les playes.* Paris 1692. 12. ASTR. 1696. 12. D'ETR.

l'Art de guérir les maladies vénériennes, expliqué par les principes de la nature & les mecaniques. Lyon 1692. 8.

MASSIALOT *nouvelle inſtruction pour les confitures, les liqueurs & les fruits.* Paris 1692. 12.

C. DU MOULINET *Cabinet de la bibliotheque de S. Genevieve.* Paris 1692. fol. RUFFORTH. Utcunque huc facit.

J. FR. BONAVENTURA ANGELUS ANGELERES *Real philoſofia — Vida de la ſalud temporal ſabiduria ſophica, teſtamento filomedico, arcanos filochimicos. Hippocratica, Galenica, Lilibotanica. Parte ſegonda de la parte primera de regimiento generale prudente fiſico y morale en vida genero de catolica y phyſica ſabiduria.* Madrit. 1692. 4.

THEODORUS SCHOON *Waare ooffening en entleeding der planten — van de tabak, haar gebruyk en misbruyk en werkige, tot en wederleggige von Beinlema a Peima verhandeling &c.* Sgravenhaage 1692. 8. *. Ex adſeclis CORNELII BONTEKOE, oſor GALENISTARUM. Vires medicæ a figura particularum & pororum. Corrigentia nocere. Chemicos veros eſſe medicos. Nullam dari atram bilem. Purgantia medicamenta noxia eſſe; Hinc ſudorifera, quæ omnibus aliis præfert. Omitto reliquas declamationes.

GEORG DANIEL COSCHWITZ pater: EJ. *Vollſtändige Apothecke.* Nurnb. 1692. fol.

J HELFR. SCHROOT *Inſtruction der Flecken- und Hußfiebern.* Marburg 1692. 8.

J. INGENBERT *Chiromantia, metopoſcopia & phyſiognomia.* Francof. 1692.

BARTHOL. KRUGER *Handbüchlein vieler ſingularen und in der Vernunftprobe beſtandenen experimenten.* Wolfenbuttel 1692. 4.

EJ. *Beſchreibung der einheimiſchen Krankheiten, wie dieſelben durch himmliſche Influenz aus der Luft die Menſchen* a. 1692 *inficiert worden.* Braunſ. 1692. 4.

EJ. *Philiater curioſus autodidactos, ſ. diagramma demonſtrans methodum analyticam diſcendi veram medicinam.* Brunſ. 1692. 4. *.

BENEDICT SCHOENFELDS *pharmacologia, oder allerley Hülfsmittel in mancherley böſen Zufällen.* Zell. 1692. 8.

LEOPOLI *Apotheckerordnung der Stadt Wien.* Wien 1692. fol.

Kunſt zu kochen für vornehmer Herren Höfen. 1692. 8.

Neu ausgefertigtes Weinbüchlein. 1692. 8.

§. DCCCCXXXV. DISPUTATIONES.

GUIL. PALMAR *de atrophia.* Leid. 1692. 4. PL.

A. F. BUSSIUS *de paſſione hyſterica.* Leid. 1692. 4.

MAURITII VAN REVERHORST *de motu bilis circulari ejuſque morbis.* Leid. 1692. 4. *. recuſa 8. abſque anno & Leid. 1696. 8. *. Calculorum felleorum exempla; inter ea obſtructus a lapillo ductus cyſticus, & veſicula perampla. Morbi quos bili tribuit, cum formulis.

C. EDAM *de hæmorrhagia in genere.* Leid. 1692. 4.

J. GEORG ANDREÆ *de medicamentis confortantibus.* Leid. 1692. 4. *.

J. HORN *de motu invito.* ib. 1692. 4.

C. G. OEHMICHIUS *de œconomia animali retardata.* ib. 1692. 4.

J. DE BEQUOY *de lenta & cita C. H. evacuatione.* ib. 1692. 4.

A. SOUTKAST *de pleuritide vera.* ib. 1692. 4.

J. PRAT *de lepra.* Leid. 1692. 4.

D. MOREL *de rheumatiſmo.* Leid. 1692. 4. PL.

ANDR. BRUKE *de vomitoriis medicamentis.* ib. 1692. 4. PL.

GOTTFRIED KIRCHOF *de natura morborum medica.* Leid. 1692. 4.

J. BIECHLING *de variolis.* ib. 1692. 4. PL.

JAC. AUG. BLONDEL *de criſibus.* ib. 1692. 4. PL. Idem qui contra vires imaginationis ſcripſit.

CORN. VAN DER ZEE *de phlebotomia.* ib. 1692. 4. PL.

J. TILING *de ſuffocatione hypochondriaca.* ib. 1692. 4. HÆN.

J. A. BROUWER *de odontalgia.* ib. 1692. 4. HÆN.

CORN. AB HILDERNIS *de aſthmate.* ib. 1692. 4. PL.

J. HENR. HOLZMANN *de phthiſi.* ib. 1692. 4. PL.

J. LUD. COIGELANA DORTMONT *de phthiſi.* ib. 1692. 4. PL.

CH. MÆVIUS *de incubo.* ib. 1692. 4. HÆN.

D. SCHONFELD *de ſterilitate.* ib. 1692. 4. HÆN.

CASPAR WENDELAND *de hydrope.* ib. 1692. 4. *.

FRANC. VAUGHAN *de cephalalgia.* ib. 1692. 4. *.

J. BERN. GLADBACH *omnium febrium unam eandemque eſſe cauſam.* ib. 1692. 4. *.

EJ *Praxeos medicæ idæa noviſſima, in qua omnium morborum origo cum medendi methodo explanatur.* Herborn. 1694. 8. 1711. 8. Et vertente J. DE VAUX Gallice; *La pratique medicinale.* Paris 1705. 12. ASTR. Germanice. Magnos morbos facit febrem, catarrhum, ſcorbutum, cachexiam.

NIC. AB HOLSTEIN *de arthritide in genere.* Leid. 1692. 4. *.

J. BEIKESTEIN *de dyſpepſia.* Utrecht 1692. 4.

J. DIEDERICH KOAT *de peripneumonia.* ib. 1692. 4.

MARCUS DE MEYER *de epilepſia.* ib. 1692. 4.

M. HARP *poſitiones medicæ.* ib. 1692. 4.

DANIEL RUDL *poſitiones medicæ.* ib. 1692, 4.

GERH. DE VRIES *de paſſione hyſterica.* ib. 1692. 4.

SAMUEL DENYSSEN *de hæmoptoe.* ib. 1692. 4. *.

J. FITZMAN *de epilepſia.* ib. 1692. 4. BURKH.

J. GROENVELT *de pleuritide.* ib. 1692. 4. *.

LUCAS STEIN *de dyſſenteria.* ib. 1692. 4.

ADOLPH DIETERICH SCHROETER *de catalepſi.* Utrecht 1692. 4. RIV.

A. THIEL *de aſtmate.* Hardervic. ib. 1692. 4 HÆN.

J. EBELING *de uſu & neceſſitate chymiæ in arte medica*, Præſ. O. JACOBÆUS. Hafn. 1692.

J. HER-

J. Herman Hamer *de medicina renunciatoria.* Erford. 1692. 4. *.

J. H. Friv. Grivius *de hæmureſi.* ib. 1692. 4.

G. Behrnauer *de morbis archæalibus.* ib. 1692. 4.

Chr. Paul Schroeder *de requiſitis veri medici.* ib. 1692. 4.

Elias Kuchler *de cura palliativa.* ib. 1692. 4. Riv.

J. Hermann Sode *de obligatione medicorum.* ib. 1692. 4. Menz.

J. Frid. Reithardt *de artuum tremore.* Jen. 1692. 4. Pl.

Lud. Chr. Mieg *de medicis extraordinariis novi fœderis.* Rintel. 1692. 4. Boehm.

A. Untzelmann *de anaſarca.* Altdorf 1692. 4.

Samuel Grosser *progr. ad orationem de medicorum ſtudiis in rempublicam litterariam & civilem collatis.* Altenburg 1692. 4. Hæn.

J. Mich. Sargant *de arthritide.* Baſil. 1692. 4. Pl.

J. Conrad Muralt, Joh. F. *Compendioſa naturalis hominis ſtatus hiſtoria.* Baſil. 1692. 4.

Ej. *de iliaca paſſione.* Baſil. 1693. 4.

J. Jac. Mosleder *de deliquio animi.* Argent. 1692. 4. *.

J. Burckel *de arthritide.* ib. 1692. 4. *.

Franc. Gouel & Paul de Toullieu, *E. in acutis morbis epidemicæ conſtitutionis maxima habenda ratio.* Pariſ. 1692. 4.

Ant. Xarin & Dangueville, *E. a quibus vita ab iiſdem morbus.* Pariſ. 1692. 4.

Nic. de la Carliere & Berthod, *E. aſciti profligando liquores acidi.* Pariſ. 1692.

Franc. le Roi & Dangueville, *E. fluori albo aquæ metallicæ.* Pariſ. 1692.

Lud. Labbé & Sauvalie, *E. pejor vigiliarum quam ſomni exceſſus.* ib. 1692.

And.

AND. ENGUEHAND & BURLET, *E. ab aquæ glacialis potu raucitas.* Pariſ. 1692. 4.

ALEX. PET. MATTOT & FRESSANT, *Non ergo ingenioſi qui facile lacrymantur.* ib. 1692. 4.

§. DCCCCXXXVI. DIARIA ad a. 1692.

In *Philoſ. Tranſ.* n. 196 EDMUNDUS HALLEY in primis agit de vicibus viventium & mortuorum, ut inde valor annuarum penſionum pro vitæ probabilitate æſtimari poſſit. Ex faſtis emortualibus Vratislaviæ eruit numerum ſuperviventium in quovis anno. Ita ex 1000 altero anno ſupervivere ponit 855, anno 10, 661; anno 20, 598; anno 80, 41; anno 100, 7; quod mihi evidenter nimium videtur.

In *Memoires de l'Acad. R. des ſciences avant* 1692, dicitur de calculo a femina ex ano reddito D. MOREAN referente.

In *Giornale de letterati dell'* a. 1692. Moden. 1692. 4. Vermis caninus dictus qui renem conſumſit, ut ſolum involucrum ſupereſſet.

Hoc anno cepit prodire *Bœkzaal van Europe* M. Jul. & Aug. continentem ad a. 1700, auctore PETRO RABUS B. BUN.

§. DCCCCXXXVII. Ad a. 1693.

SAMUEL DALE in botanicis dictus eſt. Primum prodiit EJUS *Pharmacologia.* Londini a. 1693. 8. *.; tum ſupplementum a. 1708. 8.; & totum opus Lond. 1710. 8. 2 vol. 1737. 4. Leid. 1739 4. *. 1751. 4. Hic ſupplementum ad ſuas ſedes repoſuit. Totum fere opus eſt in nominibus & ſynonymis, cum breviſſimo indice virium medicarum.

In *Phil. Tranſ.* n. 211. Nyctalopia ſ. cæcitas abſente ſole.

MICHAEL ANGELUS ANDRIOLLI Veronenſis, in Carinthia protophyſicus, Conſtantinopoli medicinam fecit.

EJUS eſt *Concilium veterum & neotericorum de conſervanda valetudine, ſ. de morborum cauſis procatarcticis, in quo rationes experimentorum ſuffragiis diſcuſſæ exponuntur.* Lugd. 1693. 4. MAZUCH. Cauſas morborum uſu ſex rerum non naturalium deducit & harum qualitates ſalubres & noxias explicat, ad diæteticam ergo præcipue facit. CARR. BR.

EJ. *Domeſticorum auxiliorum & facile parabilium tractatus quinque.* 1, *Regimen in morbis acutis*; 2, *de potulentis quæ ægris conveniunt*; *regimen in morbis*

morbis chronicis; 4, *regimen ſanorum & convaleſcentium*; 5, *regimen prægnantium, puerperarum, & infantum*. Venet. 1698. 4. *. Stylum nolim requiras, ſed neque multa, quæ ægrotis permittit: & carnes pullorum in morbis acutis decumbentibus; vitellos quidem, byzantinos etiam minus, quos noſter utiliter acute febrientibus indulgeat. Analeptica varia, gelatinæ, carnium pulpæ, lac, ova. 2, De vino: Italis debere permitti, quorum lenti humores alioquin longos morbos eſſent producturi. In febribus præterea conducere, quæ ſint ab alcali. Se vinum nigrum cum æqua aquæ portione optimo eventu dare. Lac, ſerum, aqua: aquæ medicatæ Italiæ. Calderianas aquas olim ob efficaciam ſuam celeberrimas, famam amiſiſſe. Aquæ ſtillatitiæ, ſyrupi, julepi. Vinum mulſum in febribus ſaluberrimum. Non debere decoctum lignorum propinari abſque interpoſita alvi purgatione. Theriaca Turcis propria ex fructibus compoſita. Medicamenta chemica, deinde tota ars coquinaria Radices Ninſi in tuſſi & hæmoptoe utiles. Qui Venetiis aſthmate laborant ſi Neapolim migraverint, a ſuo morbo immunes manent, & continuo relabuntur quum priorem patriam repetunt. Contra, aſthmatici Neapolitani Venetiis convaleſcunt. Senium æſtimatur non ab annis, ſed a virium defectu, a tarda reſtauratione debilitatis, a lenta ſanatione vulnerum. Senibus viperarum carnes conveniunt & baccæ juniperi. Variolæ Byzantii. Singulis annis graſſantur funeſtiſſimæ & nigricantes, Turcis tamen quam Francis infeſtiores. Emetica ex antimonio parata potenter lochia reſtituunt.

EJ. *Enchiridion practicum medicum, in quo domeſtica & uſitatiora auxilia recentiorum pro univerſis morbis curandis citantur*: 1, *pro morbis mulierum*; 2, *pro morbis capitis*; 3, *pro morbis pectoris*; 4, *pro morbis abdominis*; 5, *pro febribus & earum ſymptomatibus*; 6, *pro morbis ad Chyrurgos ſpectantibus*. Venet. 1700 4. Helmontianus & empiricus. Inveteratas obſtructiones oppugnat unguento arthanitæ minoris, cum pulvere trochiſcorum alhandal, eſſentia ſabinæ cum mercurio malaxata & matutina corporis exercitatione: hæc utilia ſ. efficacia expertum eſſe. Ad ſterilitatem (qua de cauſa?) extracto ſecundarum muliebrium ſe uti. In cerebri adfectionibus, frigidis abſtinendum, & opium pro ſacra anchora reſervandum. Oleum balſamines aureum catharros, ſic etiam podagram inunctum ſolvit. Qui podagra liber erat quamdiu vino oligophoro utebatur, & continuo relapſus eſt. & una calculo infeſtatus, cum ejus vini nunc nulla ſibi copia eſſet Hypochondriacis calida & exſiccantia nocere, monente RAIMUNDO FORTI. In tuſſis initio nihil opio melius. Inflammatis olea adhiberi non probo. In hectica febre non ſiccos colles *Stabino*, ſed paluſtria humida Laurentina ſaluti eſſe. Qui tabidi in ſiccam illam Veronam migrant, interire omnes. Ad ventriculi imbecillitatem certum præſidium eſt in ſale martis cum conſerva abſynthii. Omphacium in viſcerum æſtu præſtantiſſimum. In cholera balneum, lac aſini ad tres libras (choleram daturum niſi adeſſet). Aqua Nocerina (pura & levi) cum tartaro multos hydropicos

picos

picos ſanatos eſſe. Mars in febre acuta abſurde & funeſto cum eventu adhibitus. Se luem veneream abſque hypocauſti & carceris tædiis ſanare: auxilia ei convenire quæ ad catarrhum. Militis Germanos ſe a peſte immunes præſtitiſſe ſulfuratis induſiis. Ad variolas jubet ſaccharum ſaturni in aqua citri ſolutum lambere. Omnino multos leproſos ſanatos fuiſſe carnibus viperinis: ſubito qui quatuor libras abſorpſerunt.

Ej. *de febribus & morbis acutis febrem adnexam habentibus.* Venet. 1711. fol. Mazuch. Omnes febres alvo ducta ſanari.

Ej. *Novum ſyſtema practicum in via Platonis & Academicorum Italorum.* Galer. di Minerva IV. p. 298.

§. DCCCCXXXVIII. Alii.

Alexander Knips Maloppe P. P. primarius Patavinus (nomen ex duabus familiis Germanicis conjunctum):

Ej. *De aortæ polypo.* Lugd. 1692. 4. & in E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* I. *app.* Carolo Patino de natura ſui morbi quærenti reſpondit, polypum ei in aorta eſſe, neque alium morbum excluſis ſigillatim adfinibus morbis pectoris. Pulſus erat inæqualis, dyſpnoea frequens. Cum Patinus denique orthopnoïcus obiiſſet, reperta eſt aorta arteria ampliſſima; in ea polypus anſerini ovi mole, lamellatus, fibrilloſus.

Ej. *Prælectio pro Empirica ſecta adverſus theoriam medicam.* Patav. 1717. 4. *. Contra medicos dogmaticos & Galenum, ætiologiam totam debere omitti. Chemicos theoriam nihilo clariorem reddidiſſe. Nimis differre acerrimorum ſalium operationes ab iis quæ in corpore animali geruntur. In morbis, in inflammatione, coagulo, nihil acidi demonſtrari poſſe. Mathematicos ordinem artis habere, non certitudinem. Pro ſecta eclectica, quæ empirica dici poſſet, quod experientia nitatur: eam a vulgari empiriſmo differre & ad phyſicam experimentalem pertinere.

Ej. De Co Averoæ *de duobus remediis ab eo maxime illuſtratis, mercurio & Aponenſibus thermis commentatio.* Pariſ. 1725. 4. *. Autor Nicolaus Scanagatus. Hydrargyri uſum Patavii fere obſoleviſſe cum eum noſter revocavit. Uſus eo eſt in venerea lue varie præparato, inuncto tamen, noratque ſymptomata vitare quæ ejus metalli uſui ſupervenire ſolent, etſi ſalivam, & abunde ciebat. In uteri ulcere deſiſtere coactus eſt. Aquas Aponenſes utiliter bibi reperit, etiam in non graviſſima tabe, diverſiſque fontibus ſuam cuique utilitatem adſignavit.

J. B. Giraldi *Rupes inſuperabilis in pelago medico.* Bonon. 1693. 12. Mazuch.

Ej.

Ej. *morborum exitialium tyrannica ſævitia per annos nobilem mulierem dirimentium ſyntamia in medicam hiſtoriam redacta.* Bonon. 1693. Mazuch.

J. Carolus Amat (Amatus) Catalanus. Ej. *Fructus medicinæ ex variis* Galeni *locis decerpti.* Valent. 1693. 8. C. de V. (*).

Diſſertationes quibus medicinæ medicorum ſtudia ventilantur. Neapoli. 1693. 8.

Homobonus Piso Cremonenſis, prof. practicæ medicinæ in Acad. Patavina, adverſarius circuitus ſanguinis noviſſimus, quoad nuper Archæi nonnulli ſequaces denuo ei nobiliſſimum inventum inſinuaverint.

Ejus *methodus medendi.* Patav. 1726. 4. (ſed prima opera ſunt anni 1693). Totus Galenicus. Contra modernos medicos, qui in febribus curandis nihil norunt, niſi venæ ſectionem repetitam, veſicas trahere, cum ſingulæ febri, denique ſingulo febrienti ſua curatio debeatur. Curatio extraordinaria, quando aliquid eſt, quod non ſinit ordinariam ſequi. Victus ratio non nimis ab adſueta recedat. Indicatio a juvantibus, a nocentibus. Pro Hiſpanis tali venam ante venam brachii ſecantibus. Exemplum cum non profuiſſent in puerpera quatuor ſanguinis in brachio miſſiones, dum in talo venæſectiones malum ſuſtulerunt. Non bene omnibus febricitantibus vinum negari. Sed etiam ova ſorbilia ſumſiſſe neceſſe fuit in febre acuta continua. P. Martianum ante Sydenhamium calidorum uſum in febribus proſcripſiſſe. A febre intermittente feminæ gravidæ parca lochia. Vena inciſa & menſes revocati, & variolæ. Fuiſſe qui a debiliori medicamento ſed ſolido melius haberet, quam ab acriori liquido. Contra hypotheſes nuperorum & Helmontii. Contra Guilielminum de natura morbi.

Ej. *Spicilegium curationum morborum cum ſingulorum animadverſionibus. Acc. diſſ. de inconſtantia medicinæ.* Patav. 1742. 4. *. Ultimo in ſenio has morborum hiſtorias edidit, quorum aliquos ante quinquaginta annos curaverat. Veteres ubique in oculis habet. Auxiliis uſus eſt paucis & mitibus; venæ ſectiones non valde repetiit. In graviſſimis nonnunquam morbis ſtetit imperterritus, cum exigua ſpes ſalutis ſupereſſet, ut in ſopore febrium acutarum, dum unum alterumve bonum ſignum adgnoſceret. In acutis malignis urticationes veſicatoriis ſubſtituit. Petechias non eſſe criticas: evacuationes enim criticas eo meliores eſſe quo uberiores, non ita maculas. Imaginationis lætos errores minus metuit, quam triſtes. Secretionibus apparentibus non dubitavit ſanguinem mittere. In petechiis ſomnum vigiliis præfert. In univerſum primo die morbi venam ſecabat, alvum laxabat: in reliquo toto morbo vix molie-

(*) Idem liber in Meth. ſtud. Med. & in Bibl. pract. Tom. II. p. 514. ad a. 1623. refertur. Br.

batur quidquam. Morbos deſcribit fere vulgares, tamen aliquos minus frequentes & inciſiones cadaverum. Hydropicis, enormibus purgantium medicamentorum doſibus vitam diu ſuſtentavit. Præſcribit diagrydii grana duodecim, jalappæ drachmas duas, ſalis Anglici unciam cum ſemiſſe. Suppreſſis lochiis venam tali non ſecuit, fauſto eventu, & cauſas dat ſuæ abſtinentiæ. Aſitiæ rarioris exempla. Calculus quem in veſica ſedere indicaverat in cadavere repertus eſt, cum nullæ unquam arenulæ deceſſiſſent. Urina pueri in hydrope utilis. Cum ictero tamen alvum fluxam conjungi vidit. In ictero veſicula fellis amplior; hepar durum. Ab uſu cantharidum mictus cruentus & mors. Poſt palpitationem & difficilem ſpiritum, cor amplius. Eſſe ubi in pleuritidis initio cruſta in ſanguine nulla ſit & demum cum morbi progreſſu ſe offerat. In hoc morbo venam non valde ſecat: negat nigram urinam ominoſam eſſe.

Diſſ. de inconſtantia medicinæ, de ſectis. Galenum defendit contra BOERHAAVIUM: addit quatuor humores eſſe ex HIPPOCRATE. Pro dogmatica veterum medicina, ut tamen methodicis faveat; potiſſimum etiam ob diligentiam in morborum & auxiliorum hiſtoria. Contra Jatromathematicos, BOERHAAVIUM & BELLINUM.

BERNHARDUS CONNOR hibernus, medicus JOHNNIS SOBIESKY non abſque ingenio vir.

Ej. *Diſſertationes medico phyſicæ*. Oxon. 1695. 8. De antris lethiferis 3, de ſtupendo oſſium coalitu 4, de immani hypogaſtrii ſarcomate. In 1, de antro potiſſimum canino prope Neapolim, in quo ad certum limitem aër adſurgit, ad reſpirationem alendamque flammam non idoneus, aliqua nova noxam monſtrantia CONNORI experimenta 3, de ſceleto cujus omnia oſſa in unum coaluerunt & 4, de utero in materiam carneam degenere. De ſarcomatis indole & altera de ſceleto ancylotica eſt in *Journal de ſavans* 1693. & Phil. Tranſ. n. 255.

In Evangelio medici ſ. de ſuſpenſis Naturæ legibus. Lond. 1697. 8. Amſterd. 1697. 8. (Jenæ 1724. 8. HÆN. quarta editio BR.

Claſſes morborum. Ad nimiam tenuitatem humorum febrem refert, & fibræ contractio ſive nimis ſtricta ſive nimis laxa tota omittitur. Spirituum morbi. Cataleptici Monſpelienſis hiſtoria.

Cura poſthuma *Hiſtory of Poland* prodiit. Lond. 1698. 8.

A compendious plan of the body of Phyſic. Oxon. 1697 jam edita, parvi momenti, analyſi chemicæ ſanguinis multa tribuit.

ADAM

ADAM LITTLETON *Diſſ. epiſtolaris de juramento medicorum.* Lond. 1693. 4.

SEMPRONII GRACHI MASSILIENSIS (SAMUEL GOTTHELF MANITII Phyſici Dreſdenſis) *Medicus hujus ſeculi ſ. Herma tyroni medico expeditiſſimam, qua ad veri medici requiſita feliciter obtinenda & miſerias pœne inevitabiles prudenter declinandas eundam viam monſtrans.* Dreſd. 1693. 8. Non ineptus liber, etſi multa aliena admiſta habet. Polyhiſtor magis quam medicus, juveni medico conſilia dat, ut poſſit ad ſolidam artis cognitionem pervenire & ad felicem praxin. Propædeutica ſtudia ſigillatim conſiderat. Præceptores requirit perfectos, eorum exempla producit. Logicam a medico requirit, mathematica & phyſica. Catalogus librorum quorum lectionem commendat, non ille ut mihi ſatisfaciat. Adminicula refert, inter ea peregrinationes, proprias encheireſes, tum methodum collectaneorum colligendorum, ſed in ordine deſidero, quod nimis perfectam medicinæ cognitionem in juvene adverſaria colligente ſupponat, aptiorque ſit ad digerendam ſummam quam ad colligendam. Ut poſſit medicus ad famam pervenire, monet juvenem ne nimia promittat, ne præceps definiat neque titubet. Calamitates medicorum eorumque integra fere hiſtoria, de numero medicorum, de ſoſtro, de medicaſtris, de calumniis & invidia, judicia de ſcriptoribus propria neque vulgaria. Amœnus lectu etſi minime profundus.

GUILH. a LIMBORCH Prof. Lovan. *Medulla ſimplicium* ex DODONÆO SCHROEDERO &c. *deſumpta.* Lovan. 1702. 8. Doſes & bonitas, aliqua de viribus.

ABRAHAM CYPRIANUS medicus qui & lithotomiam exercuit & artem obſtetriciam.

EJ. *Epiſtola hiſtoriam exhibens fetus humani poſt* 21 *menſes ſalva matre ex tuba exciſi.* Leid. 1700. 8. & gallice. Amſterd. 1707. 4. Neapoli 1727. 4. Plerique ad chirurgiam pertinent, aliqua medici ſunt argumenti. Non ideo lacte ſemper inſtrui mulieres quæ vivum fetum utero gerunt, ſed poſt mammarum collapſum & lac evaneſcens fetum vitalem eſſe redditum. Sterilitas a tubarum concretione. Hydrops tubæ uterinæ in qua 150 ℔. aquæ collectæ erant. Hydrops mere gelatinoſus, ut fruſtra abdomen perforaretur. Tubæ pars cartilaginea.

THEODORI MUGKENS *Collectanea chymica Leydenſia* MÆTSIANA, MARGGRAFIANA *collecta a* CHRIST. LOVE MORLEY edidit. Leid. 1693. 8. Scriptiones eo tempore minus vulgo notæ.

P. LANTANA *Oratio de officio medici.* Franeck. 1693.

D. L. M. D. *Introductio in univerſam medicinam hodiernam Londinenſem* 1693. 8.

Francisci Courcelii *de vana mittendi ſanguinis ratione in hæmato threſeos.* Francof. 1693. 8.

L. C. Leinker *compendium promtuarii medicamentorum, tam ſimplicium quam compoſitorum, in pharmacopolio caſtrenſi exercitus ſtat. Circ. franconici exſiſtentium.* 1693. 4. Tr.

Phil. Jacobi Spener *parentalia* Martini Weissii *archiatri.* Berol. 1693. fol.

Ernesti Heinsii *Lapis offenſionis in febrium curatione purgatio ſ. diſcurſus de purgantium validorum abuſu in febribus.* Lipſ. 1693. 4.

J. D. Thom *collectanea chymica curioſa, quæ rerum naturalium ex triplici regno anatomiam continent.* Francof. 1693. 4.

§. DCCCCLIX. Nuper. Ling. ad a. 1693.

J Vidos y Mira *primera parte de medicina y cirurgia rational y ſpagirica, ſon obra de herro e fuego con ſu autidotario de ragees, yervas, flores, ſemillas, frutos maduros, aguas e vinos medicinales que uſa en medicina.* Saragoſſa 1693. fol. Quæ ſecunda eſt editio. Madrit. 1705. & 1713.

Isidoro Fernandes Matienco *diſcorſo medico contra el medicamento.* Madrit 1693. Hausen.

J. B. Francii *elenchus utilitatum ſectionis venarum in pedibus.* Milano 1693. 12.

Ej. *Pillola (ſic) antivenerea o ſia miſtura antiacida unico puricativo, degli umori comprovata con quantita di ſinceri eſperienze.* Milan. 1700. 12. Argelat. Br.

A. Pia Cartli Jacobi Senibaldi & Hippolyti Magnani *Pariſio de medici aſſiſtenti all infirmitá ed apertura del cadavere della ſ.* Olimpia Ginetti. Roma 1693. fol. Venenum ſumtum fuiſſe contra hos medicos pugnabat P. Manfredus.

Francesco Ferdinando Rogazzini *medicina poſita al eſame del tribunale de la veritá diſapologetica.* Breſc. 1693. 4.

Passera *Practica univerſale della medicina.* Milan. 1693. fol.

Joseph Valisneri archiater reliquit codicem *de vera methodo lue celtica adfectos ſanandi*, de quo Astruc. Eadem inunctione ſe paralyſin, iſchiadem fixam, arthritidem ſanaſſe.

Anonimi

ANONYMI *Tr. des maladies veneriennes.* Amſterd. 1693.

A. DISDIER *manière de faire de l'excellent Chocolat.* Paris 1693. 12.

DU FOUR *Tr. du Caffé, Thée & Chocolate avec les meilleurs methodes pour compoſer la Chocolate par* DISDIER. A la Haye 1693. 12. *Cal. Bib. Dœver; num idem liber?* BR.

AIGNAN *l'ancienne medicine à la mode, ſentiment uniforme* D'HIPPOCRATE *& de* GALIEN *ſur les acides & ſur les alcalis.* Paris 1693. 8.

EJ. *Le prêtre medecin avec un traité du Thée & du Caffé de France.* Paris 1696. 12. CARR. Theam gallicam herbam Meliſſæ vocat, Coffeam hordeum & ſecale toſtum.

LAMARE *obſervations critiques ſur l'ancienne medicine de* L'AIGNAN. Paris 1702. 12.

EJ. *Traité de la goutte.* Paris 1707. 12. CARR. BR.

CHARLES de THUILLIER *Traité des maladies veneriennes avec des experiences pour les guerir ſurement & facilement.* Paris 1693. Primam editionem Ravennenſem a. 1684. citat ELOG. duas alias Pariſienſes 1707. & 1716. BR. *Et lettre de cet auteur imprimée & adreſſée a* M. DEMETRIUS AMMIRAUX *medecin a Chio ſur les maladies veneriennes & les antiveneriens.* 1693. 12.

LAURENT VERDUC *Pathologie dans laquelle exſiſtent toutes les maladies du corps humain.* 1693. 12.

De la HAYE *le medecin ſincere.* Lyon 1693. 8. CARR.

J. FRANC. LAUGIER *Tr. des remedes vulneraires.* Lyon 1693. 12.

EJ. *ſtatutes of the colledge of Phyſicians.* L. 1693. 8.

J. JACQUES BERLU *Tr. des remedes vulneraires.* Lyon 1693. 12.

NICOLAI HEINSII NIC. *f. Het ontdeckt vergift der zoo genannate melekur behelſende deſſelfs ſchadelykheit in ſcheurbugk, gicht en podagra, licham en longe teering; Benebens aanwyſing de geneesmiddelen en manier vor deeze qualen.* Utrecht 1693. 8. Germanice adjuncta præfatione in STEPH. BLANCAARDI *Milchcur* a J. SCHREYER Leipzig 1694. 4. Ex BONTEKOI ſecta contra eum lacte rejecto tutiora ut putat medicamenta proponit.

EJ. *Armamentarium ſanitatis of het wapenhuys der gezundheit, behelſende verſchyde heilſame geneesmiddelen en tot ny toc unbekannte geheimniſſe.*

EJ.

Ej. *de guynende Venus of te Verhandeling van Pocken.* Amſterd. 1697. 8. Germanice *ſchmachtendc Venus.* Francf. und Leipz. 1703. 8. Ut videtur idem: *die gemarterte Venusſchweſter oder Verhandlung von der Venuskrankheit.* Amſterd. 1701. 8. Et gallice. *Nouvelle methode pour guerir les maladies veneriennes ſans l'aſſiſtance d'aucun medecin, ſans epuiſement des forces, ſans garder la chambre ſans negliger ſes affaires.* Amſterd. 1706. 8. Quam editionem ASTRUC putat ab ipſo HEINSIO gallice verſam eſſe. Morbum mundo coævum eſſe, natum ex fermento ſalino acido volatili. Arcana ſua commendat.

Ej. *Næuwkeurige Verhandelingen van het podagra en det gemeine gigt.* Amſt. 1698. 8. Germanice *übel und wohl ſoulagirter Podagriſt auctore* H. FRIDERICO HUNDERTMARK. Leipz. 1701. 8. 1703. 8.

SALAMON van RUSTINGH *nieuwe veld medicynê en chirurgie.* Amſt. 1693. 8.

Ej. *Nieuw gebouu der geneeskonſt gegrundet op ſedermere ervarenheyd.* Amſt. 1706. 8. Contra CARTESIUM morbos eſſe ab ignis defectu, exceſſu, impedito libero commeatu.

Haarlemmer Apothek. Amſterd. 1693. 8. per WACHENDORF.

ANDR. GLOREZ *Anhang von den Krankheiten die von Zaubern herkommen.* Regenſpurg. fol.

Ej. *Vollſtändige Haus- und Land-Bibliothek.* Regenſp. 1701. fol. P. II. P. III. 1700. fol. & Nurnb. 1719. vol. II. Continuatio. Augſp. 1701. fol. II Theil 1702. fol. III Th. 1703. IV Th. fol.

J. DIETRICH HOFFSTÆDT *panacea cœleſtis* HOFFSTADIANA *oder Beſchreibung des himmliſchen Theriaks.* Hanau 1693. 8. PL.

J. REINHART STALBERG *engliſcher Wahrſager aus dem Urin, oder gewiſſe Wahrſagungen aus dem Waſſerglaſe von* THOM. BAYER *aus dem engliſchen überſetzt.* Hamburg 1693. 8. 1703. 8. 1746. 8. Primam editionem ignoro.

CONRAD PHILIP LIMMER *de cereviſia ſerveſtana.* Zerbſt 1693.

Ej. *des Raths von Werningerode Apothekertaxe.* Halberſt. 1693. 4.

§. DCCCCLX. DISPUTATIONES.

E. C. BRUCKNER *de hemicrania.* Leid. 1693. 4. PL.

DAVID FERRY *de anorexia.* ib. 1693. 4. PL.

J. A. ROSSEN *de polypo cordis.* ib. 1693. 4. PL.

D. DUC.

D. DUCLAUX *de apoplexia.* Leid. 1693. 4. HÆN.

CAR. LUD. ZANDER *de ophthalmia.* ib. 1693. 4.

MART. van de VELDEN *de febribus.* ib. 1693. 4.

J. BRAAK *de catalepſi.* ib. 1693. 4. HÆN.

AUG. DAVID GRUNDMANN *de medicamentis uterinis.* ib. 1693. 4. PL.

SAM. CRADOCK *generalia circa oculi ſuffuſionem guttam ſerenam & inflammationem Ophthalmiam dictam.* ib. 1693. 4. PL.

CAR. DERLINCOURT Carol. f. *de lienoſis.* ib. 1693. 4. Et in collectione operum paternorum. Sanguinem ſeroſum acido-ſalſum & tartareum in lienem colligi. Alia lienis vitia & morbi inde ſequuntur. Vetuſtæ medicinæ per varias artis partes excellentiæ analyſes aliquæ.

HERMAN OSTERDYK SCHACHT poſtea profeſſoris Leidenſis.

EJ. *de melancholia hypochondriaca.* ib. 1693. 4. PL.

EJ. *de πτυαλισμω artificiali.* ib. 1720. HEF.

EJ. *Orationes* II. 1. *de firmitate artis medicæ*, 2. *de medico exercitato.* ib. 1723. PL.

EJ. *Orationes* IV. *quarum* 1. *de iis quæ medicum ad artis exercitium ſe adjungentem præcipue ſcire oportet*, 2 & 3 *ſupra jam dictæ*, 4 *de prudentia in ratiocinio phyſico & medico neceſſario obſervanda.* ib. 1735. 4. PL. BR.

HENR. SUPPRIAN *de colica.* ib. 1693. 4.

E. U. WESTENBERG *de hydrope.* ib. 1693. 4. HÆN.

J. PET. RIEBIUS *de dyſuria.* ib. 1693. 4. PL.

TH. ROEPER *de angina vera.* ib. 1693. 4.

LOTHAR. ZUMBACH *de ſudore & ſudoriferis.* ib. 1693. 4.

A. HOLSCHEN *de gangræna & ſphacelo.* ib. 1693. 4.

J. HOOFD *de lethargo.* ib. 1693. 4.

J. JOHNSTON *de motibus convulſivis & epilepſia infantum.* ib. 1693. 4. PL.

FRANC le ROY *de pleuritide & peripneumonia.* ib. 1693. 4. PL.

G. FLAM.

G. FLAMMING *de angina.* ib. 1693. 4. HÆN.

G. VERPOORTEN *de hydrope aſcite.* ib. 1693. 4. PL.

G. LEMMERS *de purgantibus.* ib. 1693. 4.

G. GARBERS *de diureticis.* ib. 1693. 4. HÆN.

B. REINWOLF *de peripneumonia.* ib. 1693. 4. HÆN.

PET. OPPERDÆR. *de hydrophobia.* ib. 1693. 4.

J. CHR. HABERKORN *de medico phyſico.* ib. 1693. 4.

G. UNGER *de aſthmate.* ib. 1693. 4. PL.

RHOM. FRID. s'UCHLAN *de paralyſi metallariorum.* Utrecht 1693. 4.

BERNH. AND. NOTTELMANN *de melancholia.* Traj. ad Rhen. 1693. PL.

ANDREAS REUTSCH *de tincturis antimonialibus.* Utrecht 1693. 4. Scriptiones numeroſæ & tincturæ 57.

ARN. WIEXMANN *de ſuppreſſione menſium.* ib. 1693. 4.

J. MOENTHER *de febre quartana.* Horderow. 1693. 4.

THOMAS LAURENTII *de phthiſi.* Horderow. 1693. 4.

L. ERBERFELD *de morbis eruditorum.* Duisb. 1693. 4. PL.

DOMINIC. LAPPONI *de apepſia.* Duisb. 1693. 4.

LAURENTIUS ROBERG Profeſſor Upſalienſis pro gradu diſputavit *poſitiones medicæ.* Leid. 1693. 4.

EJ. *de thermis.* Upſ. 1699. 4. *.

EJ. *de variis effluviorum effectibus.* ib. 1699. 4.

EJ. *morbi hæreditarii* ib. 1702. 4. Varios admittit etiam calculum, luem veneream.

EJ. *de fœda lue dicta venerea.* ib. 1700. 4. *. Ex coitu cum ſimiis natam eſſe. Oſſa ab ea lue mollia & flexilia. Sudorem jubet movere, purgantium tamen medicamentorum uſum interponere. Cum fungus tibiæ mercurio præcipitato & ſabinæ uſu conſumeretur, nata inde ſalivatio & os ſquamam depoſuit. Cum hydrargyrus varia forma abſque effectu datus fuiſſet, ſanata demum hydrargyro in aqua forti ſoluto ut muria calida ſuperbiberetur.

EJ.

Ej. *de aquoſi calidique potus ſalubritate.* Upſal. 1711. 4. Thea princeps, dein de variis infuſis.

Ej. *de piceæ pinique ſylveſtris reſina.* ib. 1714. 4. Hef.

Ej. Hippocratis νομος *ſ. lex ſuecice verſa.* 8.

Ej. *idea boni medici.* ib. 1708. 4. *. Ad hiſtoriam artis dotes neceſſariæ.

Ej. *ſamling angaende noſocomium academicum.* Upſal. 1784. 4. Suecice.

Ej. *de erroribus in curandis febribus.* ib. 1738. 4.

Varias ejus Orationes collegit Joh. Gottschalk Wallerius. Upſal. 1768. 8.

1. *De requiſitis futuri medici ex* Hippocrate.

3. *De medicinæ encomio.*

4. *De theſibus phyſiologicis quibuſdam ſimilitudinibus explicatis.*

5. *Cogitationes de empiricis & empiria.*

Primus auctor fuit ut etiam in academiis ſuecicis ſummi in arte medica honores impertirentur quos antea ſuecici in academiis extraneis merebantur.

Christoph Ettner *denique a* Ettner.

Ej. *de podagra.* Vratislav. 1693. 4.

Ej. *ſatirica varia.*

Ej. *mediciniſcher Maulaffe oder der entlarvte Marktſchreyer.* Francof. 1694. 8. 1710. 8. 1720. 8.

Ej. *unwürdiger Doctor.* Augſpurg 1697. 8.

Ej. *entlaufner Chymicus.* ib. 1697. 8.

Ej. *der ungewiſſenhafte Apotheker.* Lipſ. 1700. 8. Augſp. 1753. 8.

Ej. *verwegner Chirurgus.* Augſ. 1698. 8.

Ej. *unvorſichtige Hebamme.* 1725. 8.

Ab. Ziegra Programma *de medicinæ origine & progreſſu.* Torgav. 1693. 4.

J. And. Gleich *de cura theologiæ optima medicinæ praxi.* ib. 1693. 4.

ADAM KAHLE *de diæta jejunantium* Præſ. C. BARTHOLINO. Hafn. 1693.

J. HENR. PANRING *de conſervanda ſanitate illuſtrium virorum.* Regiom. 1693. 4. PL.

GEORG EMMERICH *Poſitiones phyſico medicæ.* Leid. 1692. 4.

EJ. *de phlebotomia an cauſam morbi tollat.* Regiom. 1693. 4. PL.

EJ. *de ratione & experientia medica.* Regiom. 1693. 4.

EJ. *Theſium medicarum pentas & totidem paradoxa.* ib. 1698. 4.

EJ. *Theologia deque ejus infuſo.* ib. 1698. 4.

EJ. *de morbo marino navigantibus prima inprimis vice familiari.* ib. 1700. 4.

EJ. *de frigore correptis.* ib. 1701. 4. De aëre corpus humanum comprimente deque ſpiritus vini abuſu.

EJ. *de duumviratu* HELMONTIANO. ib. 1702. 4. HEF.

EJ. *Concionatorum diæta ſ. ſanitatis conſervatio.* ib. 1707. 4.

EJ. *de febre virginum amatoria.* ib. 1708. 4.

EJ. *de conjugio* ASTREÆ *cum* APOLLINE *diſſ.* I. *de inſpectione cadaverum.* ib. 1710. 4.

EJ. *Diſſ.* II. *de vulnere lethali in genere.* ib. 1711. 4. HEF.

EJ. *de conjugio* ASTREÆ *cum* APOLLINE *circa medicinam forenſem diſſ.* III. *de vulneribus lethalibus in ſpecie.* ib. 1715. 4. HEF.

FRANC. HENR. WERCKMEISTER *de imaginatione morborum cauſa.* Hal. 1694. HÆN.

EJ. *de genio, curatione & præſervatione arthritidis ſ. vom Reiſſen in den Gliedern.* ib. 1697. 4. VATER.

EJ. *Filum ariadneum in ſtudio medico.* ib. 1698. VATER.

J. TOB. HEINRICI *Incus chiromantarum.* Lipſ. 1693. 4.

J. Henr. Herlin *biga remediorum generoſiorum* 1) *de remediis ſudoriferis cum præmiſſis de ſudore ac analepticis*, ib. 1693. 4. Pl.

Ej. *Hæmorrhoides in pectore ſ. de præternaturali ac lethali fluxus hæmorrhoidalis ſuppreſſi ad pectus translatione obſerv. anatom. pathologica.* Altenb. 1716. 8. Pl. Br.

And. Myrrhen *de odontalgia.* Lipſ. 1693. 4.

J. Christoph Schroeer *de arthritide.* Erfort. 1693. 4. Riv.

Ej. *Gedanken über das gewöhnliche Theetrinken.* Francf. Viad. 1696. 8.

Ej. *Unterricht von junger unerwachſener Kinder Krankheiten.* Berl. 1704. 8. Lactis materni bonæve nutricis neceſſitas, bonæ notæ. Aliæ cauſæ morborum infantilium. Cutem debere mollem mundamque ſervari. Laxantia ad alvum ſiccam. Tormina. Laudat ſuum pulverem in quo cryſtallus montana, lapides cancrorum, cinnabaris; Aliæ ſcriptiones etiam ex Gualtero Harris; vomitus, ſingultus, diarrhœa, vermes; cum iis ſæpe febris conjungitur aut continua aut remittens. Das Herzgeſpann durities ſub hypochondrio ex acido viſcido in ventriculo congeſto, inde lenta tabes. Laudat aurum fulminans cum arcano duplicato. Tuſſis, etiam hic aurum fulminans. Epilepſia; in paroxyſmo puella loquebatur, quæ annum 15 ingreſſa convaluit, Incubus, ad eum calida. Plura ſuperſedeo addere, placet tamen quod auctor ſua propria cogitata profert.

Video etiam *de præſagio ex lotio* ſcripſiſſe 1697.

Samuel Schroeer *de opii natura & uſu.* Erf. 1693. 4. *. Opium non calefacere, nullum continere ſalem volatilem, efficacem eſſe in deprimendis ſpiritubus, acido abundare ſine alcalinis urinoſis.

Ej. *Brevis in naturam opii inquiſitio.* Lipſ. 1696. 4.

Christ. Gauken *de morbo caduco, die Fallendeſucht.* Erf. 1693. 4.

And. Eyssel *de febre infantum putrida, ex putredinali vermium ſeminario orta.* Erf. 1693. 4. Riv.

Ej. *de chylo ſecundum & præter naturam.* Erf. 1694. 4. Pl.

Ej. *de paſſione colica.* ib. 1716. 4. He.

Christian Wildvogel *de jure embryonum. Vom ungebohrner Kinderrechte.* Jen. 1693. Cont. II. 1697. 4.

Ej. *de eſculentis & potulentis. Von eſſen- und trinkender Waare.* ib. 1701. 4. Hef.

Ej. *de balneis & balneatoribus.* Francof. 1714.

Ej. *de arbitrio judicis circa torturam.* Jen. 1710. 4.

Ej *de partu legitimo, von rechtmäſſiger Geburth.* ib. 1710. 4. He.

Christ. Joh. Horbius *de febrifuga chinæ chinæ virtute.* Altdorf. 1693. 4. Experimenta varia. Cum vitriolo nigreſcit ut ſtyptica ſolent, cum ſyrupo Violarum vireſcit, nec tamen alcalinum eſt, & ad ſecundum ordinem febrifugorum pertinet.

J. Philip Hilchen *de aegro pleuritide laborante.* ib. 1693. 4. Burchh.

J. Jac Scheuchzer *de presbytis & myopibus.* ib. 1693. 4 Præſ. Sturmio.

Ej. *ſurdus loquens.* Traject. 1694. 4.

Ej. *Loimologia Maſſilienſis. Die in Marſeille eingeriſſene Peſtſeuche.* Zurich 1720. 8.

Ej. *von der maſſilianiſchen Peſtſeuche, erſte Zugabe.* Zurich 1721. 8. Idem ut puto libellus.

In ſua *Phyſica ſacra* paſſim Jobi alioſque morbos deſcribit.

Ej. *fliegender Zungenkrebs, eine Viehſeuche, welche* 1732 *die eydgenoſſiſchen Lande ergriffen.* Tigur. 1732. 4. Morbus ſubinde rediens celeberrimæ civitatis plurima ſtabula inficiens, poſt hæc imperium alias in regiones deducens, funeſto ulcere linguam celeriter exeſurus, ſed facillime rudi quadam exſtirpatione ſanabilis. Noſter iter mali & de loco in locum progreſſionem ſequitur. Menſe februario ex Suevia Helvetiam invaſerat, ſub initio aprilis Sabaudiam. Boves infeſtat & equos. Ulceris naturam & pilos internatos Johannes frater ad microſcopium depinxit.

Idem *in Itinerum alpinorum primo.* Tigur. 1703. 4. morbum deſcribit colicum ſpaſmodicum qui in cænobio Engelbergenſi ſæviit e vaſis cupreis parum mundis natus, in pareſin terminatus. Cadaveris addit inciſionem, de cauſa inquiſivit & curationis monachorum laborem ſuſcepit. Calida intus & extus adhibuit.

J. Heckheler *de hæmorrhoidibus.* Argent. 1693. 4. Pl.

Joh. Georg Otto Περὶ Εἰλέȣ *ſ. de paſſione iliaca.* Argent. 1693. 4. Pl.

Henr. Stæhelin (Patris Benedicti amici) *de oſſibus eorumque morbis.* Baſil. 1693. 4.

Joh.

JOH. THOMASSEAU & AMB. NIC. CHEMINEAU, *E. non miſere vivit qui medice.* Paris 1693.

LUD. de DARGUIVILLE & idem CHEMINEAU, *E. in morbis epidemicis anni 1693 emeticum cum phlebotomia curationis tempora diviſerunt & laudes.*

§. DCCCCLXI. DIARIA a. 1693.

In Philoſ. Tranſact. n. 202. PASCHALL adnotavit, quod ſi nycthemerum in quatuor partes diviſeris, non niſi in ſecunda & quarta diviſione ſoleant naſci homines aut mori. In ſenariis quibus mare tumet videri omnia eſſe firma & vigore frui; in ſenariis ad refluxum pertinentibus relaxationem dominari & diſſolutionem, n. 203. T. M. de venenata vi mercurialis ſylveſtris perennis. Inde vomitus, diarrhœa, ſopor, in quo ipſo alter infantum periit, duos alios vomitus ſervavit. In Journal des ſavans 1693. Alvi conſtipatio pertinaciſſima trium annorum.

LIBER DUODECIMUS.

HERMANNUS BOERHAAVE.

Novum librum a nemine digniori ordiri potui, quam a PRÆCEPTORE. Ei potiſſimum debetur quod neque inefficax illa per terrea curatio porro dominata ſit, neque præpoſtera per alcalia & ſudorifera, in morbis acutis vulgo exhibita: quod demum morbi plerique in acido radicem ſuam habeant & quod ſanguinis tenuitas ſummum curantis medici votum ſit. In univerſam enim Europam diſcipulos ſuos diſperſit, nulla gente excepta, qui ipſi PRÆCEPTORIS conſilia & placita porro ornarunt & inculcarunt. Galli quidem, potiſſimum nuperiores, ARCHÆO dediti, ſolent famæ ſummi viri obloqui, in Anglia etiam curatio febrium hactenus correcta eſt, ut in univerſum ſub initio morborum acutorum antiphlogiſtica & antiſeptica auxilia, deinde roborantia & vires excitantia fracta jam vi putredinis morbo opponantur. Plurima tamen etiam in iſtis gentibus monita SUMMI VIRI etiam nunc inter artis leges recepta ſunt. Ego quidem ab A. 1725 ad 1727. biennio & quod excedit eum audivi & incredibili voluptate memini me perfuſum fuiſſe, quando primum veriorem medicinam amœniſſima eloquentia ornatam proponentem audivi.

§. DCCCCXLII. HERMANNUS BOERHAAVE vel BOERHAAVEN.

Junior N. nomini ſuo ſubfixit, per ætatem depoſuit.

Liceat de amato præceptore eſſe fuſiorem, cujus eruditionem aliqui, pauci quidem, adtingent, animum vix quiſquam, divinum, omnium amantem, in invidos & adverſarios beneficum, nemini detrahentem eumque ipſum a quo quotidie refutabatur, maximis ſibi beneficiis obſtringentem.

Audivi virum a. 1725. 1726 & 1727. diſertum, in ſermone ſuo facilem, lætum, ut nihil audire cuperes magis. Sacris deſtinatus literis linguas doctas optime callebat, idem Matheſeos peritus; Tædia vitæ teſtudine conſola-

conſolabatur. Vita ei ſimplex, calcei in horto lignei, in toto victu exili veſtituque civis minoris & opificis alicujus ſimilem ſe gerebat. IDEM in redimendis ſcriptis abſque ejus beneficentia perpetuo latituris regium explicabat animum, nulloſque ſumtus nimios reputabat. A REGE WILHELMO maximis conditionibus invitatus, quietem academicam prætulit. Univerſa ex Europa ejus conſilia petebantur, eamque fidem ſinceritate ſumma & efficacia medicationis meruit. Pene autodidactos in laboratorio chemico ſuæ artis rudimenta poſuit. Rectiſſimo tamen judicio facile vidit, receptam illam morborum ab acido & viſcido pendentem theoriam, neque in ſe ipſa fundamenta habere, neque ad felicem curationem ducere; Ad HIPPOCRATIS & SYDENHAMI methodum rediit & curationem antiphlogiſticam febribus oppoſuit, non ut PATINIANO more ſolis refrigerantibus confideret, gnarus vires conſervare, incitare ut res ipſa ferret. Neminem audivit præter DRELINCOURTIUM & hunc iniquo tempore. In theoria BELLINUM & PITCARNIUM ſæpe ſecutus eſt, & aliquantum hypotheſibus indulſit, eas modeſtiſſimus idem neque maximi æſtimabat, neque defendebat pertinacius. Medicamenta amabat valida, quæ ſpem dantis medici non deſtituerent, ſimplicia tamen ſed maſcula doſi data. Frictionem & equitationem faciebat plurimi; Chirurgiam amabat & dirigere ſolebat. In noſocomio civili, utinam pluribus inſtructo lectulis utinam in diæta ægrotorum liberaliori, veram praxin nobis ad ipſos hominum lectos procurabat. Chemiam tamen ſuper reliquas artes amabat, exercebat, ornabat illata lucida & ſapiente theoria. Felix idem clinicus etiam graviſſimos morbos ſimplicibus auxiliis ſuperavit. Iniqui fuerunt & ſunt inter Gallos ex ſchola THEOPHILI BORDEU non pauci, qui aut parum clinicum fuiſſe, aut minus felicem calumniantur. Praxin & per conſilia uberrima fecit & ad illuſtrium perſonarum lectum. uti vidi eum cum Legato gallico Hagam aperto curru petentem, quo uxorem Legati gravidam & variolis decumbentem ſervaret, & ita etiam in noſodochio. Verum inter innumerabiles ægros qui ab abſente conſilia petebant, fieri non potuit quin aliqui interirent, neque enim ad leves morbos adhibebatur.

Pro gradu Doctoris diſputavit: *De utilitate inſpiciendorum in ægris excrementorum ut ſignorum.* 1693. 4. *. quæ in vita viri ill. Londini 1744. 8. * recuſa extat & Francof. 1742. 8. Leid. 1742. 8. Primum de urinæ tanquam ſignum inſpiciendæ modo Ex analyſi nimirum diſci ſperat, quibus medicamentis ad morbum opus ſit. Idem lotium poſt longam digeſtionem perinde igne ſubjecto exagitat, ſales, olea ſeparat. Sputa, ex iis in diverſis liquoribus chemicis ſolutis optimam contra infeſtos Batavis morbos medelam, obtineri. Alvi fæces breviter.

EJ. *Oratio de commendando ſtudio Hippocratico, dicta cum inſtitutionum medicarum munus auſpicaretur.* Leid. 1701. 4. 1721. 4. *. & in collectionibus Haag. 1738. 4. Venet. 1757. 4. *. HIPPOCRATEM noſter peculiari ſtudio colebat

colebat ob caſtas hiſtorias morborum, expectationem naturæ, ſinceram morborum eventuum confeſſionem. Nihil nos ſcire de rebus materialibus, niſi quæ per ſenſus & experimenta diſcimus.

Ej. *Oratio de uſu ratiocinii mechanici in medicina.* Leid. 1703. 4. Devent. 1702. Leid. 1709. 8. & in collectionibus Haagienſ. Venet.

Ej. *Oratio qua repurgatæ medicinæ facilis adſeritur ſimplicitas dicta* cum an. 1709, profeſſionem medicam & botanicam adgrederetur Leid. 1721. 4. & in collectionibus. Breviſſimam artem fore ſi ab hypotheſibus purgaretur. GALENUM parum illis coævis adtuliſſe utilitatis, neque chemicos neque CARTESIANOS multa bona in artem adtuliſſe, præter experimenta chemica. Theoriam corrupiſſe, exemplum ſimpliciſſimum pathologiæ & therapiæ. Non ſemper criſis expectanda non tunc quando certum eſt morbum criſin præventurum. Pauca & ea ſimpliciſſima medicamenta ad curandum ſufficere. Contra fermenta & Archaeum.

Ej. *Inſtitutiones rei medicæ in uſus annuæ exercitationis domeſticæ.* Leid. 1708. 8. *. 1713. 8. *. 1720. 8. *. 1727. 8. *. 1734. 8. *. 1746. 8. *. quarum editionum quælibet nuperior paulum aucta eſt. Francfurt 1712. 12. Paris 1722. 12. 1737. 8. 1747. 12. Duisburg 1756. 8. Venet. 1757. 4. cum tabulis æneis additis Londin. 1741. & 1757. 4. Edinburg 1752. 8. Vienn. 1775. 8.

Belgice a CORN. LOVE verſæ 1741. 8. Gallice vertente JULIANO OFFRAI vulgo DE LA METTRIE. Germanice vertente J. P. EBERHARD Hall. 1734. 8. Vult ALBERTUS SCHULTEN arabice verſas eſſe & in novo typographico theatro Conſtantinopoli excuſas, quod mihi non videtur probabile. Hoc princeps opus famam ſummi viri per univerſam Europam ſparſit, ut undique ad eum medicaturi in Europa juvenes, ſubinde & barbati medici, confluerent. Neque vellem negare, hanc veram BOERHAAVII ſententiam fuiſſe, quæ libris excuſis continetur, cum ipſe ſubinde mentem mutaverit (*), mens certe fuit eo tempore quo ſcripſit.

Prior harum inſtitutionum pars quidem maxima phyſiologica eſt, ut minimam partem ſui temporis practicæ parti dicaret, ſparſa quidem varia cum phyſiologicis miſcebat, denique partes reliquas artis brevi conſpectu continet. Pathologia morbi partium ſolidarum & fluidarum, figurarum mutationem etiam admittit & acrimonias varias huc refert. Inde error loci, celebre ſummi viri inventum, niſi malis idem requirere in ERASISTRATI placitis, cui inflammationis theoriam fere ſuperſtruxit. Cauſa morborum iterumque variæ ingeſtorum acrimoniæ,

(*) Hæn. De inoculatione p. 70.

acrimoniæ, etiam cum viſciditate conjunctæ. Bilem atram, vitellinam, porraceam &c. retinet. Symptomata cum ſuis cauſis. Morbi oculorum, huc jam 1708 vel 1707, ſedem cataractæ in lente cryſtallina quærit. Semeiotica; ad veterum morem ſigna integræ valetudinis, temperamentorum, morborum, criſium habet. Molimina critica cum morbi ſymptomatibus confundi. Signa ſigillatim, pulſus, reſpiratio, urina. Hygieine & prophylaxis, hæc breviter. Therapeutice; Claſſes medicamentorum ſecundum indicationes, fructibus horæis ſuam innocentiam reddit. Antidota. Curatio vitiorum in ſolidis & fluidis, hic acrimonia varia, quæ ſummo viro nuper vitio vertitur, acida, alcalina, muriatica, oleoſa. Evacuatio in genere, ſigillatim per ſingula emunctoria. Venæſectio BELLINI JUN. revulſio ejus utilitas, locus. Curatio palliativa.

EJ. *Aphoriſmi de cognoſcendis & curandis morbis*. Leid. (*) 1709. 8. 1715. 8. 1722. 8. *. 1737. 8. Lovan. 1752. Francof. 1720. 12. *. Lipſ. 1758. 8. Gallice Rennes 1738. 12. Paris 1745. 12. Anglice Lond. 1715. 8. vertente DE LA COSTA cum notis 1735. 8. & 1736. vertente R. TAMES ſupplevit ex HOFFMANNO ea quæ apud BOERHAAVIUM videbantur deficere. Belgice vertente CORNELIO LOVE 1741. 8. Germanice cum titulo *Anführung zu einer heilſamen Lebensart*, vertente EMANUEL LOEBER 1744-1745. 8. & Berlin 1763. 8. cum titulo *Kurze Lehrſätze von Erkennung und Heilung der Krankheiten.*

Aureus in ſumma brevitate libellus in quem anno integro prælegebat, hic de morbis acutis eorumque ſymptomatibus & de gravioribus morbis chronicis egit. Generalia primo loco; Morbi fibræ ſimplicis laxæ & ſtrictæ. Morbi vaſculorum viſcerum debilium & rigidorum. Morbi a viſciditate, ab acrimonia in eodem ſenſu ut in inſtitutionibus. Morbi a nimis rapido & a nimis debili ſanguinis circuitu. Obſtructio & huic ſuperſtructa inflammatio, in BELLINI ſenſu. Vulnus & multa chirurgica. Febris. Hic & ubique in ſumma ſua brevitate cauſas uberrime habet, multumque ad acrimoniam refert. Symptomata febrilia fuſe. Febres ſigillatim. Febris continua putrida, quam συνοχον fecit veterum & ab ardente ſeparat. Febris intermittens, in corticis peruviani uſu aliquantum meticuloſus. Febres topicæ cum curatione antiphlogiſtica. Anginæ variæ, etiam aquoſa gangrænoſa & convulſiva. Peripneumonia & Pleuritis, Hippocratica omnia & ad SYDENHAMI mentem. Pleuritin ponit in muſculis intercoſtalibus, Paraphrenitin in diaphragmate, morbus obſcurus & dubius. Inde breviter præcipui præter febres morbi, ſcorbutus varius.

(*) Primam editionem Leidenſem 1708. 12. citat CARRERE alias præterea ib. 1709. 4. 1713. 8. 1742. 8. Pariſ. 1720. 1726. 1728. 12. BR.

varius. Hydropem memini in ſuo collega SCHARFIO frictione ſanaſſe. Variolæ. Inoculationi tamen favebat. In calculo & in variolis ſpecifica ſperabat.

Soli aphoriſmi qui ad chirurgiam pertinent germanice excuſi ſunt cum commentario G. v. Swieten. Gedan. 1753. 8.

Soli qui ad febres intermittentes Gallice vertente PAUL Paris 1766. 12.

Prælectionum BOERHAAVII præterea lego, *Abhandlungen vom Krebs und Krankheiten der Kinder*, Frankf. 1765. 8. quam putarem eſſe SWIETENII operis partem. Puto & hæc *a full view of childerns diſcaſe from* HARRIS *and* BOERHAAVE. London 1742. 8.

Ad morbos prægnantium. Paris 1768.

Non poteſt ſeparari *libellus de materia medica & remediorum formulis quæ ſerviunt aphoriſmis.* Leid. 1719. 8. 1727. 8. (1740. 12. CARR. BR.) 1762. 8. Lovan. 1750. 8. Paris 1720. . . . 1772. 8. Francof. & Lipſ. 1720. 12.

Gallice Paris 1739. 8. 1756. 12. (vertente *la Mettrie* CARR. BR.)

Anglice ni fallor Lond. 1734.

Latine *cum aphoriſmis.* Nurnberg 1755. 8. Lipſ. 1758. 8.

Germanice Berlin 1763. 8.

Secundum ſeriem aphoriſmorum ad quodque malum ſua præſidia ſubjungit. Primum integras claſſes, quarum eadem eſt indicatio, tunc formulas ſimplices ſed bonas & efficaces.

In capite de ſcorbuto formulas fere ex WILLISIO eſſe & male hydrargyrum admiſceri LINDIUS, quod quidem metallum ego nuſquam reperio.

EJ. *Oratio de chemia ſuos errores expurgante.* Leid. 1718. 4. & in collectionibus.

Errores in medicinam per hypotheſes chemicas introducti & nimiæ laudes ſpecificorum HELMONTIANÆ. Hæc per ipſam demum Chemiam correcta fuiſſe.

EJ. *Oratio de vita & obitu* BERNHARDI ALBINI, *qui* BERNARDI SIEGFRIDI *pater fuit.* Leid. 1721. 4. *. Nobilitatem gente a MAXIMILIANO I. commiſſam per injuriam temporum deſertam fuiſſe. Cauſam cur demum reliquerit BOERHAAVIUS ſilet, & ego ſileo tute mihi revelatam.

Merito vero BOERHAAVIUS ALBINO parentavit, cujus in familiam inque filium

filium potiſſimum natu maximum, vere paternus ei animus fuit. Juvenem vix viginti annos natum in RAVII locum ad cathedram anatomicam commendabat, & promovebat.

EJ. *de fabrica glandularum in corpore humano.* Leid. 1722. 4. Haag. 1738. 4. Paris 1752. 8. Venet. 1757. 4.

Omnino huc pertinet. Sebum deſcribit coactum, quod pro vermiculis impugnant. Fæx in phymoſi moleſtiſſima, quæ inter præputium & glandem colligitur. Talpa ex tumente glandula ſimplici orta, alii tumores cyſtici. Tumor aquoſus ſupra ſcapulam craſſiſſimo involucro. Minor folliculus in naſo cathæreticis conſumtus.

EJ. *Atrocis nec deſcripti morbi hiſtoria, ſecundum medicæ artis regulas deſcripta.* Leid. 1724. 8. Haag. 1738. 4. Paris 1752. Venet. 1757. 4.

J. Baro de WASSENAER ſolebat Cardui benedicti infuſo ſibi vomitum ciere. Id negotium cum a ſe ipſo repeteret, ei funeſtum fuit. Subito moribundum invenit vocatus BOERHAAVIUS, abdomen contra pectus quantum poterat comprimentem omni in alio corporis ſitu intolerabiliter dolentem, poſtquam inter effectum emetici ſubito incredibilem dolorem perceperat. In aperto pectore repertus eſt Oeſophagus laceratus, aër de pectore aperto obviam ruit inſpicienti, deinde prandii prægreſſi reliquiæ in cavo pectoris repertæ. Nullo porro a priori morbo hunc infelicem caſum eſſe BOERHAAVIUS oſtendit, ut totus conatui vomendi tribuatur, omnemque ſanationem reſpuiſſe. Si ponitur clauſo ventriculo ne gula ſurſum cedere poſſet, ſimul diaphragma fortisſime ſurſum œſophagum abripuiſſe, rumpi poſſe intelligo.

EJ. *Atrocis rariſſimique morbi hiſtoria altera.* Leid. 1728. 4. Haag. 1738. 4. Paris 1752. 8. Venet. 1757. 4.

Hic Baro de S. ALBANI exquiſitum dolorem ſub dextra ſcapula percipiebat, cum moleſta tuſſi & ſumma præcordiorum anguſtia. Moles maxima (ſex librarum cum dodrante pondere) adipis, a ſummo thoracis faſtigio ad ſeptum tranſverſum uſque, partem ſiniſtrum cavi pene ſola replebat & pulmonem eliſerat etiam dextrum conpreſſerat.

Utramque hiſtoriam conjunctam edebat E. G. BALDINGER Francof. & Lipſ. 1771. cum C. BARBEIRAC *de morbis pectoris,* Amſterd. 1731.

Cum ALOYSII LUISINI collectionem Bœrhaavius anno 1728. Leidæ folio recudi curavit, præfationem præfixit, quæ ſola Londini 1728. 8 deinde variis locis recuſa fuit. Haag. 1738, 4 Pariſ. 1752. 4. Venet. 1757. 4. Lovan. 1752. 8. Germanice cum J. SIMMII præfatione Bremæ 1738. 8. Gallice *Syſtem de* BOERHAAVE *ſur la maladie venerienne.* Paris 1735. 12. 1755. 12. lego.

In ea luculenter ſane BOERHAAVIUS agit de natura & ſede morbi venerei. Contagium etiam veſtium ope communicari perſuaditur. Sedem habere in tela celluloſa. Inveteratum morbum hydrargyro porro non obedire. Gonorrhœæ curationem naturam poſcere mitiſſimam.

Gonorrhœæ variæ, quarum quarta ad proſtatam penetrat.

Hunc libellum diſtinguere jubet a duobus codicibus prælectionum de lue venerea, quorum prior Londin. 1751. 8. alter Franecker pariter 1751. 8. prodiit, & quos inter alias ſummi viri prælectiones dicemus.

EJ. *Oratio cum cathedræ Chemiæ & Botanices valediceret.* Leid. 1729. 4. ad hiſtoriam vitæ propriæ.

EJ. *Sermo academicus de honore medici ſervitute dictus* a. 1731. Leid. 1731 4. Cum nempe per naturam leges motus intelligat, vir ILL., ſecundum quas machina corporis humani ſua damna reparat, ſuis malis reſiſtat, omnia concoquit & repurgat, acria diluit &c. has leges ſequi, miniſtrari, adjuvari medici eſſe officium, ad ſenſum fere HIPPOCRATIS.

EJ. *Elementa Chemiæ.* Leid. 1732. 4. 2 vol. Venet. 1745. 4. 1759. 4. 2 vol. Paris 1732. 4. (Tubingæ 1732. 4. 2 vol. Paris 1733. 4. 2 vol. ib. 1753. 4. 2 vol. Baſil. 1747. 4. 2 vol. CARR. BR.)

Gallice Amſterd. 1752. vertente Lallemand, partem theoreticam tantum continet; alia verſio gallica cum notis quibuſdam Paris 1755. 12. 6 vol. etiam partem tantum continet theoreticam. CARR. BR.

Germanice Lipſ. 1753. 8. (Aliam verſionem germanicam citat CARR. Halberſtadt 1733. 1748. 8. BR.)

Anglice curante DALLOW Lond. 4. 2 vol.

BOERHAAVES *Elements of Chymiſtry abridged.* Lond. 1734 & 1735. EDUARDI STROTHER opere.

Abrégé de la Theorie chymique de Bœrhaave par de la METTRIE. Paris 1741. 12

Hoc opus inter BOERHAAVIANA perfectiſſimum, non ut quidem priora prælectionum ordini dirigendo deſtinatum, ſed integrum optimæ notæ compendium, in qua auctor plurimum ſibi placuit, in quo ſolamen vitæ ſenis tormentorumque quæ patiebatur finem quærebat. Primum potiſſimum elementorum theoria, deinde proceſſus, ad artis præciſas fines & revelandum verum inſtituti, non ut ſolebant quaſi temere in medium projecti Aliæ libri prærogativæ ſuis laudibus locum invenerunt, huc autem facit chemiæ hiſtoria, deque PARACELSO, HELMONTIO aliiſque ſincerum benignum tamen judicium. PARACELSI ſordes, tamen

tamen & nobiles morborum curationes. HELMONTII minorem in curando felicitatem non diſſimulavit, mortemque inepta pleuritidis curatione ſibi concitam.

Deinde utilitas Chemiæ in medendo, in ipſa etiam pathologia & ſemeiotica, dum naturam & degenerationem excrementorum revelat, maxime tamen in therapeuticis, dum efficaciſſima auxilia aperit.

In T. II. præter egregiam theoriam putrefactionis, quam a fermentatione ſeparat, huc faciunt analyſes humorum humanorum, ſeri, ſanguinis, lactis, urinæ.

Cum ſuffocatione, hydrope ſuperſtite oppreſſus vir optimus, poſt longas miſerias obiiſſet, edidit Leidæ 1738. 4.

ALBERTUS SCHULTENS *orationem academicam in memoriam* H. BOERHAAVE belgice recuſam. Leid. 1739. 4.

Placet, ſiquidem & bonos viros neceſſe eſt mori, invictum per maxima mala animum fidere in CHRISTUM, tot aliis qui ſe dicunt philoſophos contemtum.

Deinde prodiit *An account of the life of* H. BOERHAAVE. Lond. 1743. 8.

Præter vitam viri, hic deſcriptio ejus ſigillatim dicitur, ejus fama adverſus editorem anglum vindicatur, adjiciuntur BOERHAAVII commentariolus propria viri manu ſcriptus de ejus vita, & epiſtolæ aliquæ ad BASSANDUM & CROMWELLUM MORTIMER de ultimo morbo.

MATH. MATY *Eſſay ſur le caractere du grand medecin, ou éloge critique de* H. BOERHAAVE. Cologne (in Belgia) 1747. 8.

Germanice *Verſuch über den Character des groſſen Arztes, oder practiſche Lebensbeſchreibung* H. BOERHAAVENS. Leipz. u. Freyberg 1748. 8. Paulo accuratius judicium BOERHAAVII demonſtrat. Iniquum judicium ob admiſſas hypotheſes, ob præjudicatas opiniones hactenus mollit, tum calumniam infelicioris praxeos. Exſtat etiam ſummi viri elogium in *Hiſt. de l'Acad. des ſc.* 1738. & in *Encyclopædia* JONCOURTI opus.

Bibliothecæ Catalogus. Leid. 1739. 8. PL.

Collectiones operum ſubinde prodierunt. Venet. 1723. 4. 1738. 4. 1751. 4. 1757. 4. (in qua Inſtitutiones, Aphoriſmi, Materia medica, Tr. de lue aphrodiſiaca, mali atrocis duo, epiſtola de fabrica glandularum, orationes, diſputatio inauguralis.)

Haag 1738. 4. cujus ultimus libellus eſt *de mercurio* alias dicendus. Leid. 1730. 4 *Orationes.*

Deinde

Deinde aliqua a morte Viri edita, *praxis clinica*, *de calculo*, *alia non clinica*. Iterum Opera medica omnia. Venet. 1766. BAL. 1771. 4. SMITH.

Cum Chemiæ editione Pariſ. 1752. 4. prodiit. EJ. *de fabr. gland. morbi atrocis hiſtoria*, *præfat. ad aphrodiſiacum.*

Multa Cl. virorum opera edidit.
VESALIANA opera cum ALBINO. Leid. 1725. fol. 2 vol.

ARETÆUM. ib. 1731. fol.

VAILLANTIUM. Leid. 1727. fol.

MARSIGLI *hiſtoriam maris.* Amſterd. 1725. fol.

SWAMMERDAMMIUM adjuvante GAUBIO. Leid. 1737. fol. 2 vol. *.

Tum cum brevibus præfatiunculis EUSTACHII Opuſcula 1716. 8.

BELLINI 1717. 4.

P. ALPINUM *de præſagienda vita & morte.* 1719. 4.

NICOL. PISONIS *ſelectas obſervationes & conſilia.* 1715. 4.

EJUSD. *de cognoſcendis & curandis morbis.* 1736. 4. (*).

Edidit etiam urgente MORGAGNO *ejus epiſtolas anatomicas.* Leid. 1728. 4. & VAILLANTII *ſermonem de ſtructura florum*, *addita verſione.* Leid. 1718. 4. AETIUM & NICANDRUM ad *editionem paraſſe* BURTONUS.

Omiſſis nonnullis ſummi viri Poematibus, tranſimus ad ejus prælectiones varias quæ aut inconſulto viro ſummo ſuperſtite aut a morte viri prodierunt. Primo loco dicam.

EJ. *Inſtitutiones & elementa Chemiæ, latine,* in Belgio Paris 1724. 8. 2 vol. Venet. 1726. CARR. BR. Anglice Lond. 1725. 4.

Abſurdiſſimus & inutiliſſimus codex, de quo tantum dolorem BOERHAAVIUS concepit, ut ab ordinibus Hollandiæ obtinuerit, ne liceat opera ejus nomine inſcripta, ſed abſque ejus conſenſu publicata vendere. Sæpe vidi indignantem, dum chemica prælegebat & turpiſſimum opus in omnium manubus videret.

Sic *hiſtoria plantarum quæ in horto academico L. B. creſcunt cum characteribus*
&

(*) Prius opus ſelectæ obſervationes &c. a CAROLO NICOLAI fratre eſt, cujus nomen etiam in Mſcpto ſed deletum extat.

& medicinalibus virtutibus. Rom. 1727. 8. Sed manifeſte in Belgio excuſa. Prælectiones ſunt in horto habitæ. Cum arbores ſpatſæ inter plantas ſtabant humiliores, earum hiſtoria inter alieniſſimas ſtirpes tractatur. Etſi maculoſiſſimum opus & ſtylus vix ferri poteſt, habet tamen BOERHAAVII de viribus plantarum ſententiam. Bardanæ folia in febre Harlemenſi magnam celebritatem adepta eſſe. Salvia cum ferro perinde nigreſcit ut gallæ. Memineris tamen in laudibus plantarum noſtrum benigniorem eſſe.

Praxis medica ſ. commentarius in aphoriſmos, prælectiones ſunt in ejus aphoriſmos Patav. (in Belgio 1728. 8. 5 vol. Lond. 1732. 8. 5 vol. recuſæ 1745. 8. 5. vol. Utrecht 1743. 8. CARR. Etſi etiam inutilis eſt labor, in hic ſordidiſſima eſt dictio, & ab eloquentia ſummi viri remotiſſima, non tamen quo plurimas bonas adnotationes reperies.

Ex L. I. Utique acidum nocere, Operarios in fodinis ſulphureis vix tres per annos ſanos ſupereſſe. Qui ſcarlati colore tingunt & aqua forti ac ſpiritu ſalis utuntur, numquam non eſſe cachecticos. Aneuryſma cordis ſimile ut ſanguis coactus columnas carneas referret. Hæc perpauca ex multis.

Ex Tomo II. Gangræna ſubita, cum oleum cornu cervi ſtillatitium parti paralyticæ adhibuiſſent. Theoria febris a diminuto numero vaſorum liberam. Exempla tabis ex nimia ſuppuratione natæ. In variolis ſanguis miſſus pure plenus. Ex unica fere magni abſceſſus apertura phthiſin ſequi. Cum gangrænoſum pedem amputare vellent, Bœrhaavius percepto odore aliquo ſalis marini aromatica impoſuit. Ita panniculus adipoſus mortuus elapſus, tendines ad oſſa adcreverunt ſed æger ſanatus eſt. Ut gangræna ſenilis ſurſum per ſuram lethali eventu proſerpſerit. Sedes ejus morbi ſemper eſt in tela celluloſa. Qui crus ſphacelatum diu geſtavit, parte viva ſcarificata, admoto forti aromate. Totum brachium ſphaceloſum delapſum, æger ſervatus. Ne ſcirrhus in cancrum abeat amalgama ex hydrargyro cum plumbi triplo & emplaſtro diapompholygos.

Ex Tom. III. Frigoris tempore cutis inſenſilis ut puellæ ad perioſtium uſque ſe ambuſſerint, neque ignem ſenſerint. Qui in frigore febrium intermittentium pereunt, iis pulmo lividiſſimus eſt & ſanguine pleniſſimus. Tinctura cantharidum numquam poteſt admitti, neque deſinit venenum eſſe. Drachmis quatuor vel quinque ſalis marini febrem curare.

Ranunculo pratenſi acri ante frigus carpo impoſito calore excitato, paroxyſmus febris intermittentis averſus. Qui ſomno carent in febres incidunt. Ex artificio COEHOORNIUS, præſidia ad deditionem cœgit, ita neque die neque noctu deſinens, eorum ſomnum tormentorum fragore turbare. Bos luem paſſus, non patitur ſecundo. In febre ſanguis arteriolas pulmonum rupit & undatim funeſto effectu effluebat. Se ordine chronologico medicorum ſcripta legiſſe. In febribus acutis utique ægroti cibo indigent, quo humores reddant blandiores. Tenuem victum boreales populi non

non ferunt & medicus coactus febricanti vini uſum reddidit; ſola aqua copioſe pota ſanatus qui mercurium ſublimatum ſumſerat. Fervidiſſima cepa, deglutita infans ſubito exſtinctus. Laudes balnei tepidi cum ſapone in febribus. Artificium SYLVII erat, ſymptomata curare, ita ad famam pervenit. Laqueo adſtricto fulmina vidit, inde tenebras & ſummam anxietatem, porro nihil. Summa anxietas ab obſtructo hepate, hoc ſymptoma noſter numquam non metuit. In hepate ſola membrana extima ſentit. Quod mulieres vocant uteri adſcenſum eſt aëris rarefacti de ventriculo poſt ſphincteris relaxationem eruptio. In flatibus Ipecacuanha, antimonialia ad anxietatem, cremor tartari in ſero lactis in diarrhœam degenerat. In nauſea acidis non cedente fere hepar ſubeſt ulceroſum. In dyſenteria die ſeptimo cum nihil prodeſſet, ne narcotica quidem, vomitus excitatus profuit. In febre maxime inflammatoria ſervatus qui totam lagenam aceto plenam clam exhauſerat. Poſt magnam hæmorrhagiam ſomno ſuperveniente limatura chalybis cum vini pauxillo ſaluti fuit. Cum vaſis arctis minimo ex motus augmento calor naſcitur. Non dandum opium in phrenitide unquam, niſi febre ſopita. In pervigilio dat opii I. granum cum aceto. Morbo crudo opium cum calefacientibus funeſtum fuit.

Praxis medica Boerhaaviana, being a compleat boddy of præſcriptions adapted to each of the practical aphoriſmes. Lond. 1716. 12. opus ſubreptitium quod ex propriis auctoris manuſcriptis collegiſſe editor prædicat. CARR. BR.

Deinde a morte VIRI ILL. cum prælectiones ederem a. 1744. perveni ad partem practicam, quam abſque prælectionibus edidi Gœtting. Amſterd. Leid. 1758. 8. Venet. 1754. & 1757. 4. Turin 1774. 4. Neapoli anglice Londin. *Academical lectures on the theory of phyſic.* London 1766. 8. 6 vol. Prælectiones ipſæ ex meis codicibus & FELDMANNI & GESNERI & aliis collectæ ſunt, ſatis planæ, has neſcio quare ſolent mihi tribuere, cujus ne verbulum ſit. Continuaſſem aſt cum audivi, GERHARDUM a SWIETEN commentarios in *Aphoriſmos* promittere, meum ſtatui ei hanc ſpartam cedere, cujus vita in praxi occupatur. Ecce ſpecimina aliqua: Vita minima, cum pulmone juglande non majore, pectore pure pleno. Inania illa opera ARGENTERII aliorumque quæ fere in generalibus verſantur. Se peſtem veram (non inficientem nec cientem carbunculos) vidiſſe, ex nimia corporis exercitatione natam. Conſumtio vera ſanguine diſſoluto & ſudoribus nocturnis, quæ curatur frictione, cibis ſolidis, medicamentis quæ ſanguinem compingunt. Venti, ſubſolanum Belgis ſaluberrimum Anglis noxium eſſe. Ventriculus in vorace ſue medius crepuit. BONTEKOEUM multos ſuis aromatibus occidiſſe. Cacochymici, hydropici, empyici ad motum adacti ſubito pereunt. A nimia meditatione BOERHAAVIUS totis quadraginta diebus ſomnum non vidit. Atram bilem in aula Principis ſæviiſſe, in qua ſolebant paſtillos odoratos die nocteque manducare & ſalivam emittere. Contra nimias theæ laudes. Urina per iſchuriam retenta die ſexto fœtuit, non tamen alcalina fuit. Puellam cui omnes ſex ſinus pituitarii vermibus pleni erant, ſanavit fumo cinnabarino

nabarino leviori & tabaci decocto per nares attracto. Qui nullum cibum appetebat, cum demum halecum eum prehenderet cupido aliquoties centenos devoravit, & convaluit. Sanguine vermiculorum forma prodeunte, ut hamulo educere neceſſe fuerit, CAROLUS DRELINCOURT periit. Mirum exemplum Aneuriſma ſub axillis maximum, noctu inanibatur, expergefacto replebatur. BECKERO cor nudatum, cum abſceſſum aperire neceſſe fuiſſet. Qui calculos de pulmone expuunt, ii fere ex hæmoptoe intereunt. Aſpera verrucula, arenula illapſa in palpebra nata, cum maximo dolore. Cataractæ ſedes in lente vitrea. Cum vidua DRELINCOURTII, poſt depoſitam a RAVIO cataractam, viſum non recuperaret, eum ſenſum noſter bonæ feminæ vitri convexi uſu reddidit. A magno polypo vidit olfactum integre ſublatum. Beatus ab opio (in inadſueto) ſtatus. In epileptica tumores in cranii caveam protuberantes. Pro acidorum vi antiſeptica. Qui ob imaginariam luem hydrargyrum ſumſerat ad animum ſaniorem pervenit. Aſæ fœtidæ in deliquiis hyſtericis ſumma utilitas. Colica pictonum, quam noſter acidis adgreſſus eſt. Solo melle pertinaciſſimos abdominis morbos ſuperari. Vapore ſalis ammoniaci certiſſime menſes ſuppreſſos expediri.

GERARDUS a SWIETEN has ipſas prælectiones multa animi agilitate adnotavit, jam a. 1725. eo ſuo ſtudio inter germanos celebris Varia ut memini in ſuos commentarios inſeruit, quæ ſuo loco dicemus.

Prælectiones academicas in proprias inſtitutiones 1740. 8. 2 vol. editore HALES, qui notas adjecit, citat ſine loco CARR. BR.

Sequitur ut prælectiones publicas recenſeam, quæ ad particularem aliquam partem artis pertinent & quas plerumque diſcipuli exceperunt & ediderunt.

EJ. *Methodus ſtudendi medicinam prælectiones* a. 1710. anglice London 1719 8. latine ib. 1726. 8. 1734. 8. cum titulo Londini ſed in Belgio manifeſte prodiit. Venet. 1747. Amſterd. 1751. 4. Venet. 1753. 4. Prima capita ſunt phyſica, mathematica, & phyſiologica, ſed huc faciunt judicia de libris medicis, quæ præcipuis cuique titulo artiſque parti ſubjecit. Maculoſum & imperfectum opus amplis commentariis auctorum, ſed ob abſentiam meam peſſime vitiatum erroribus.

EJ. *De viribus medicamentorum prælectiones* a. 1711. 1712. anglice 1720. 8. latine 1723. 8. ſed longe melius Paris 1727. 8. curante D. BOUDON 1740 8. Venet. 1744. 12. 1761. 8. anglice ad editionem priorem autore S. MAXIM. FREINDIO & HARRIS lego Lond. 1739 & 1756. 12. gallice Paris 1730. vertente J. C. VAUX belgice Leid. 1750. 8.

Theoriam pathologicam BOERHAAVII hic potiſſimum reperies: de acrimonia & viſciditate, de errore loci, de vitiis partium ſolidarum & fluidarum &c.

Sequuntur claſſes medicamentorum cum interpretatione mechanica operationis. Theoretica omnia ſunt, ſed bono ordine & dictione minime mala.

Prælectionum a. 1717. de *auditu* codicem habeo, nimis ordine imperfectum neque famæ PRÆCEPTORIS reſponſurum.

De morbis oculorum quidem utique melius reſpondet. Codex fuerat J. RUDOLPHI ZWINGERI viri Cl. & mei præceptoris. Eum typographo deſiderante edere cum ſuſcepiſſem, reperi equidem, ſed ſero nimis, ita maculoſum eſſe in mathematicis potiſſimum, ut omnino correctione opus eſſet. Feliciter accidit ut LAURENTIUS HEISTER alium codicem poſſideret non paulo meliorem. Inde nata eſt editio altera quinta parte auctior & emendatior, eum laborem ſuſcipiente optimo olim juvene CHRISTIANO LUDOVICO WILLICH, ſed & ego totum opus relegi, emendavi, & in mathematicis errores reparavi. Prodiit Gœtt. 1750. 8. ſæpius recuſa.

BOERHAAVIUS multum uſus eſt PHILLIPPI de la HIRE opere, addidit tamen etiam morbos palpebrarum cum ſua curatione & fiſtulam lacrymalem. Inſtrumento BARTISCHII multos homines Amſtelodami ſanatos fuiſſe. Non debere os unguis perforari, irritum eum laborem eſſe. Paulo poſt fatetur tamen, utilem eſſe adminiſtrationem ſi impediveris ne nova via claudatur, equidem difficile eſſe, & demum uſu carere ſi ductum ANELLIANA acu feceris.

In aſellis nihil eſt ſpecifici. Ophthalmia reprobato & acri purgante medicamento ex hydrargyro ſanata. Vas pellucidum a tunica corneæ crepans. Ulcus inter lamellas corneæ ſanatum purgantibus medicamentis. Maculæ & umbræ ſedent in retina, hoc in proprio oculo ex fulgore ſolis etiam BOERHAAVIUS ſentiebat, curationem ab hydrargyro ſperat. Scintillæ hærent in aqueo humore. Qui amauroſin patitur quoties ſe vino nimium incitavit. Cataracta, ejus ſedes eſt in lente cryſtallina, inter primos enim BOERHAAVIUS verum adſeruit. Strabiſmus ab inæqualitate illius puncti videntis in duobus oculis. Hemeralopia, nyctalopia, presbyopia, viſus obtuſus curatur inſpiciendo per tubos atratos, Luſcitas quando punctum quod in retina videt non eſt e directo axis optici, aut corneæ tunica non e directo retinæ oppoſita aut lens obliqua. Multa nunc vulgo nota ſunt, quæ eo ævo nova erant. Cui ante mortem objecta contra parietem apparebant & adtuenti evaneſcebant.

Ad primam editionem verſio gallica Paris 1749. 8.

Nuperior recuſa eſt Paris 1748. 8. *. ſatis vitioſa cum l. *de calculo*, *introductione & conſiliis*.

Ad nuperiorem GABRIELIS FRIDERICI CLAUDER verſio germanica, Nurnb. 1751. 8.

EJ.

Ej. *prælectiones de calculo, dictæ* 1729. ſæpius prodierunt Paris 1744. Gœtt. 1752. 8. cum *conſiliis* Paris 1748. 12.

Ubique in corpore humano reperiri & in abſceſſibus fundoque fiſtularum, quæ non ſinant claudi, intra oſſa cranii nonnunquam. Experimentum ut in urina ſabulum ad parietes vitri adhærens collegerit, deinde ex nubecula craſſa, quam microſcopio ſecutus ſit. Non ideo continuo calculus naſcitur, utique vero metui debet ſi celeriter arenulæ adhæſerint. Morbi progreſſus, finis.

Ab a. 1730 ad 1735. prælegiſſe dicitur *in morbos nervorum*. Hoc inſigne opus ex codicibus auditorum conſcriptis collegit Jacobus Ems & edidit Leid. 1761. 8. 2 vol. Venet. 1762. Francof. 1762. 8. 2 vol. Cum ſuo conjunxit codices Hovii & G. Swieten neque vulgare ideo opus confecit, cujus magna pars quidem phyſiologica eſt, poſtea tamen etiam iſtis pathologica miſcet. Ita univerſum oculi globum intumuiſſe vidit cornea ut tunica ſola exciperetur. Morbos etiam arachnoideæ membranæ recenſet & piæ. Chloroſin ſalubri conſilio naturæ in debilibus puellis obveniri & male a medicis oppugnari. Ferrum chalybi ob medicas virtutes præfert. Spirituoſa medicamenta ſenex non amat. Venena, inter ea Scammonium. Morbos articulares curatos medulla oſſium. Cui feminæ cornua ex digitis exque metacarpo pendebant ſero lactis cum radice graminis ſubventum eſt. In Tomo II. plura practica. Morbi univerſi ſyſtematis nervoſi, ſed multa dubia & ſuperſtitioſa admiſcet & nævos incredibiles. Multa de ſympathia, etiam diverſorum hominum oculos rubere a viſis oculis inflammatis. Mania vitriolo cupreo ſanata, aſtheniam hic ſupponit. De vertigine fuſe. Ex inſectis per aures deſcendentibus mania. Viſus duplex. Siccitas cerebri porro ad inſenſilem ſtupiditatem ducit. Femina quæ in cranio ſuo ſtipem colligebat. Paralyſis, ad eam veſicatoria & gummi amara. Sic etiam cutem maniacis fricare utile. Veterinarios ſe obſervaſſe & eorum curationes adnotaſſe. Plurimum tamen ſperat de purgante, etiam colocynthidis. De epilepſia.

Fragmentum totum erogatum eſt in Hænii l. de colica pictonum.

Ej. *Prælectiones de lue venerea* quorum annum ignoro, editæ ſunt eodem anno Leidæ 1751. 8. & Franecker 1751. 8.

Prior editio recuſa eſt germanice a Godofredo Henrico Burghart Breſl. & Lipſ. 1753. 8. Gallice *à* la Metrie. Paris 1753. 12. Carr. Br.

Prior editio Leidenſis multo plenior eſt, ut alium putaveris eſſe libellum. Hiſtoria morbi, novus eſt neque veteribus notus, dari vero mala in forma adfinia venereis, ut etiam pene Cl. Boerhaavio impoſuerint, cum tamen abſque medicamentis aphrodiſiacis ſanatus eſt. In Africa malum oriri & per ſervos æthiopes in Americam devehi. Non naſci ex venere pura. Venenum

eſſe quod omnes humores in ſuam naturam convertere aptum ſit. Multum cum ſcabie ſimilitudinis habere. Halitu propagari & fœtore de naribus ſpirante & per ipſum aërem inficere, peſſimam etiam infectionem eſſe, quæ lingua fit, etiam nummos ab infecto contactos malum propagare. Homines frigidiores malum venereum diutius ferre. Mali ſedes & progreſſus, peſſimum omnium quod abſque ſigno externo celluloſam telam & perioſtium adgreditur, quod factum vidit. Præcipua ex melioribus ſcriptoribus ſymptomata ex ordine, fiſtulæ, ulcera. Diverſæ ſpecies, nempe magis minuſque profunda ſedes mali. Gonorrhæa ejuſque gradus, in principio in urethra ſedet. Et a lue venerea liberat, a ſolo concubitu cum impura muliere oritur. Gonorrhææ profundioris tunicæ etiam proſtatæ. Curatio gonorrhææ: repetitum balneum, ablutio urethræ, injectio detergens, aloetica, abſque adſtringente vi, purgatio valens & repetita præſtans eſt præſidium. Inde fomenta roborantia.

In profundiſſima gonorrhæa venerea adipem ſolvere oportet, ad luem autem ipſam fumus cinnabarinus. Nimia doſis cantharidum mitigata balneo & decocto glycyrrhizæ. Cavendum ſaturninis & vitriolicis, ſymptomata aliqua, phimoſis aliaque multa. Mala venerea feminarum perinde. Lues venerea ipſa, neque ſolo hydrargyro curari. neque ſolo ligni Guajaci decocto. Etiam hic adeps totus diſſolvendus, victu puro vegetabili, frictione, decocto lignorum, ſudore. Hæc curatio ſi minus reſponderit, confugiendum ad fortiſſimum per 40 dies decocto lignorum expreſſum ſudorem. Hac methodo ſe potiſſimum uti, quando malum in oleo oſſium reſidet, optima vero eſt & innocens. Porro hydrargyrum. Poſt frictionem, & corporis balneum & decoctum demulcens, demum hydrargyrus frictione admotus ad ciendum ſalivationem. Deinde de hydrargyro per ſales acidos ſoluto. Non juvare niſi ſaliva mota. Non ſuccedit ſalivatio ſi per decocta purgantia, repetitam ſalivationem humores jam tenues redditi fuerunt. Laudat mercurium dulcem aut præcipitatum album, narcoticis interpoſitis. Moderamen ſalivationis. Sed nimium hydrargyrum inutile eſt & ubi ejus vires deficiunt, Guajaco locus eſt.

Gallice. Paris 1753. 8.

Anglice puto ad hanc editionem cum notis JONATHANI WATHEN. Lond. 1765. 8.

Latine. Venet. 1753. 8. ut puto.

Editio. Franeck. 1751. 8. multo brevior eſt.

Alias prælectiones BOERHAAVII *de lue venerea* ſub titulo *tractatio medico practica de lue venerea.* Leid. 1755. 8. citat CARR. BR.

EJ. *Introductio in praxin clinicam.* Leid. 1740. 4. *. Gœtt. 1752. 8. cum conſiliis.

Generalia

Generalia aliqua conſilia, ad cognoſcendos morbos.

EJ. *Conſultationes medicæ ſ. Sylloge epiſtolarum cum reſponſis* H. BOERHAAVE. Leid. 1744. 8. Gœtt. 1752. 8. aucta & emendata. Venet. 1756. 8. Gœtt. 1744. 8. Francof. 1750. 8. *. Cum prælectionibus de calculo, & introductione. Haag 1744. 8.

Anglice. Lond. 1745. 8.

In Anglia prodierunt conſilia 54. His ego addidi duas alias ejuſdem generis curationes, tum conſilia 25. Morborum ſunt hiſtoriæ cum H. BOERHAAVII reſponſione epiſtolari. Huc aliqua ſpecimina: Vir nobilis incredibilia mala a calculo patiens Leidam me ſuadente adiit, ut auxilium BOERHAAVII experiretur, obiit, erat in veſica calculus, in rene ulcus. Conſilium pro exercitu Imperiali a dyſenteria adflicto. Puella epileptica ſanata emeticis & purgantibus cum opio conjunctis. Medico atrabilario ſucci herborum amararum, fructus horæi. Longum malum atrabilarium, inde curatio mala, aloen dedit cum decoctione amararum herbarum, ſaponem cum therebinthina, equitationem, juniperina. Alius morbus cum epileptica paſſione ex atra bile, frictione abdominis, pedum, ſapone, terebinthina, ſuccis herbarum, ipecacuanha ſolidiſſime ſanatus. Aſthma chronicum cum ſumma nervorum ſenſibilitate frictione, aſa fœtida, equitatione. Uxori MEADII frequenter fetus mortuos parenti ex defectu dolorum, crocum, boracem cum myrrha & terebinthina.

Una editi libelli ſunt de calculo & introductionum.

Epiſtolam ad R. LUSITANIÆ de codice BURTONUS vitæ adjecit.

Adfectum in libris & praxi rariſſimum ab H. BOERHAAVE in noſocomio L. B. ſanatum deſcripſit D. CHRISTIAN AND. KOCH. Leid. 1730. 4. Morbi & curationis hiſtoria. Poſt diram iſchuriam multaque tormenta deceſſit lamina interna membranæ veſicæ urinariæ, lapillis undique adſperſa Veſicam excorticatam BOERHAAVIUS mitibus, decocto glycyrrhizæ, laudano ſuo opiato &c. curavit.

Sub nomine BOERHAAVII adhuc editi ſunt libelli.

De actione partium corporis humani & in verſione gallica. CARR. BR.

La theorie chymique de la terre, avec le traité du vertige & une lettre à Aſtruck ſur les maladies veneriennes. 1741. CARR. BR.

EJ. *Circa cor animadverſiones pathologicæ* nuperrime promulgatæ ſunt in J. VOEGEN van ENGELEN *Genees Natuur en Huishoudkundig kabinet.* Leyd. 1779. Tom.

Tom. I. p. 55. verſione germanica in *Sammlungen auserleſner Abhandlungen zum Gebrauch practiſcher Aerzte.* Tom. IX. p. 483.

Pars altera eſt prælectionis circa naturam cordis, a diſcipulo BOERHAAVII medico Leydenſi in collegio calamo conceptæ & poſt quadraginta annos inter hujus ſcripta inventæ. Vita ſine corde, plurium cordium exempla. Motus cordis interceptus ex variis cauſis, concretione præſertim cum partibus adjacentibus. Morbi cordis ex ſitu cordis iniquo. Cordis ſubſtantiæ mutationes, oſſificationes &c. Vaſorum cordi proximorum morbi. Ex cerebro & nervo cardiaco cordis pathemata, deſtructo cerebello putat etiam vim cordis deſtrui ex ſua theoria de cerebri & cerebelli functionibus. De morbis cordis ex animi pathematibus cum multis exemplis, ex humorum vitiis & polypoſis ſanguinis concretionibus. Præternaturales cordis dilatationes & contractura. Tandem de lethalitate cordis vulnerum. BR.

Citat tandem CARRERE inter Opera BOERHAAVII genuina *Tractatum de peſte* ſine loco. 1728. Quem tamen nuſquam alias citatum reperio, ſaltem certe non BOERHAAVII ſcriptum eſt. BR.

§. DCCCCLXIII. Ad a. 1694.

ENGELBERTUS KÆMPFER Lippienſis Weſtphalus, in legatione ſuecica ad Regem Perſarum Solymannum medicus & chirurgus, (*) deinde ſocietati Indiæ orientali ſe addixit, Siamum etiam & Japoniam adiit. Leidæ 1694. Diſputationis pro gradu titulus eſt.

Decas obſervationum miſcellanearum.

Hæc diſſertatio retractata rediit in *Amœnitatum exoticarum politico medico phyſicarum* Faſciculis V. Lemg. 1714. 4. excuſis. Eximium opus, univerſam enim rem naturalem noſter maximo labore & indefeſſo ſtudio perſecutus eſt.

In Faſciculo I. vix quidquam huc facit, niſi voculæ aliquæ de pharmacopæa Regiæ aulæ & domo in qua pro ægrotis julepia parantur.

Faſciculus III. fere totus medici eſt argumenti. Omitto quæ ad materiam medicam pertinent, in botanicis & phyſicis repetienda, mumiam, aquas minerales, naphtham, Ibicem bezoardicum. Sed hic potiſſimum hiſtoria *Andrum* ſ. hydrocelæ, mali in Malabaria vulgaris, frigus accuſat his in regionibus valde noxium. Singulis menſibus ſcarificare ſolent, unguentum etiam illinere ex cinnabari & cortice Moringæ. *Perical*, pes elephantinus ſpinæ ventoſæ

(*) Hujus legationis a ſecretis fuit ut ex vita ejus ab Ill. DOHM. patet. ſed poſtea ſocietatis Indiæ chirurgus navalis. BR.

ventoſæ genus in Carnatica frequens. Venenum teterrimum Macaſſarienſe, lac certæ arboris quo ſagittæ imbuuntur. Lapis viperinus. Curatio colicæ Japonicæ per acupuncturam, Moxæ uſus & curandi modus, cum tabulis in quibus regiones corporis exprimuntur, quas certos ob morbos urere ſolent. Theæ integerrima hiſtoria Kheif ſ. inebriamina Perſis quidem ex Nicotiana, Papavere & Cannabi. Opii formatio in cylindros. Theriacæ tum liquor *Coconar* ex foliis aut capitibus coctus, demum electuarium opiatum, Cannabis noſtratæ ſimillima. In India *Dutr.* electuarium, quod Papaver recipit & Cannabin, tum ſuccus Lansjies. Lœtiſſima phantaſmata ipſe K. expertus eſt. Torpedo, Vena medinenſis. Omitto herbarium Japanenſe.

In *hiſtoria Japoniæ quam poſthumam* reliquit & J. CASPAR SCHEUCHZER edidit, quæ ipſa germanice recuſa eſt Roſtok 1750. 4. Gallice vertente DES MAIZAUX, & nunc germanice ex Manuſcriptis KÆMPFERI originalibus cura Ill. DOHMII. Lemgo 1777. Tom. II. 4. Aliqua repetiuntur ex amœnitatibus ut de acupunctura, moxa & thea. Hiſtoria naturalis Japoniæ breviter traditur, animalia, plantæ, mineræ. Nuper poſthuma ſub prelum data ſunt, quæ num ad rem noſtram faciant nondum reſcivi. Hæc poſthuma quorum catalogum ex Muſeo Britannico Ill. Viri PLANTA & LICHTENBERG editori Ill. DOHMIO tranſmiſerunt (v. EJ. proemium in Hiſtoriam Japoniæ) adhuc expectantur. Præter itineraria varia, Medicinalia Javanenſia excerpta ex horto Malabarico. Memoria inquirendorum in Perſia ſimplicium & variarum regionum floræ etiam medico adhuc varia nova promittunt. BR.

J. PECHEY *Promtuarium praxeos medicæ ſ. methodus medendi, præſcriptis medicorum Londinenſium concinnata & in ordinem alphabeticum redacta.* Amſterd. 1694. 12. Lipſ. 1695. 12. Amſterd. 1718. 8.

Anglice *ſtore houſe of phyſical practice.* Lond. 1695. 8.

EJ. *Introduction to the art of Phyſic.* Lond. 1697. 8.

EJ. *On the diſeaſes of infants and childern.* Lond. 1697. 8.

EJ. *Of the diſeaſes of women,* Lond. 1706. 8.

EJ. *Compleat herbal of phyſical plants.* Lond. 1707. 8. Aliquas minus notas ſtirpes habet, ut radicem Caſſumuniar, hinc vires ſtirpium non ubique obvias.

EJ. *Treatiſe on Apoplexy and Convulſions.* Lond. 1708. 8.

WILLIAM WOTTON *Reflexions upon ancient and modern learning.* Lond. 1694. *. Comparat etiam antiquam chemiam, anatomen, botanicam, medicinam cum nova. Ægyptiam medicinam ſuperſtitione fultam non magni facit. Contra BORRICHIUM. Sic per reliquas artis partes nuperos præfert antiquis, neque

neque Chinenſium medicinæ multum tribuit. Chemiam nuperorum multo perfectiorem eſſe, ſic materiam medicam, anatomen, hiſtoriam naturalem, plantarum cognitionem & animalium. HIPPOCRATEM tantum laudat, quia anemine doctus in arte inſignes progreſſus fecerit, non tamen totam artem perſpexiſſe ut nos perſpicimus & medicamentorum copia deſtitutum fuiſſe. Multa arti eſſe addita, male ab enthuſiaſticis veterum laudatoribus priſcis adſcripta.

J. FRANC. VALLADE *Idea generalis morborum & paſſionum hominis.* P. III.

In I. *principia ad conſtructionem hominis ſpectantia.* II. *De morbis.* III. *De paſſionibus.* Roterd. 1694. 4.

Pharmacopæa Lillenſis. Lisle 1694. fol.

Decani collegii medicorum Norinbergenſium programma ad Diſpenſationem theriacæ & mithridatis antidoti Mathioli, Elect. orvietani, Confect. Alkermes & theriacæ cæleſtis. Nurnb. 1694. fol. TR.

§. DCCCCLXIV. NUPERORUM LINGUARUM.

PHILIPPE PEU *Pratique des acouchements.* Paris 1694. 8. *.

Chirurgi & obſtetricis.

Aliqua tamen habet argumenti medici. Cum mater ictum pedis paſſa eſſet, gemelli inde ſanguine nigro tincti, quo uterus plenus erat, cum placenta rupta eſſet. Ex inſalubribus vaporibus feminæ in noſodochio Hotel dieu vulgo plurimæ peribant, quod in ſuperiori cubiculo eos vapores exciperent.

Cum nulla ad ſpeculum reſpiratio adpareret, neque in corde motus ullus, cum tamen eam, incidere vellent, femina ſe concuſſit. A cinctu nimium adſtricto magna ſymptomata & ſuppreſſa lochia. A clyſtere vinoſo lochia ſuppreſſa effectu ſubito lethali. Sic paſſim alia.

FROMENT *Hypotheſe raiſonnée dans la quelle on fait voir, que la cauſe interne de toutes les maladies vient des levains acides, acres ou ſalés, qui ſe rencontrent dans les premieres voyes, le tout expliqué ſur les principes* de DESCARTES *& confirmé de l'experience des meilleurs practiciens.* Paris 1694. 8. v. BEUGHEM. Cauſſam febrium eſſe in fermentis acidis & ſalſis primis in viis collectis & mala inde ſanguinis fermentatione.

Nouveau recueil des plus beaux ſecrets de medecine pour la gueriſon de toutes les maladies, bleſſures & autres accidents, de pluſieurs ſecrets de la nature & de l'art, des plus excellens preſervatifs contre la peſte, fievres peſtilentielles, pourpre, petite verole & autres maladies contagieuſes. Paris 1694. 12. 2 vol. BUR.

L'ECUYER *françois qui enſeigne à monter à cheval à voltiger & bien treſſer un cheval — la ſcience de connoitre leurs maladies & des remedes ſalutaires pour les guerir.* Paris 1694. 8.

PIERRE POMET *Hiſtoire generale des drogues, des plantes, des animaux & des mineraux. — La maniere de connoitre les veritables d'avec les falſifiés, leur propriétés, ou l'on decouvre l'erreur des anciens & des modernes.* Paris 1694. fol. 1735. 4. a filio aucta. Germanice Lipſ. 1717. fol. Anglice 1712. 4. Aromatarius cum ſit, quæ de viribus medicatis habet, ea non poteſt niſi exſcripſiſſe. Obſervata quidem adſperſa, ſed neque ſpecierum in viro accurata fuit cognitio, ita myrtillos quos deſcribebat, pro myrti baccis habet, ſimul ſunt Vaccinii, ut ex colore colligas. Bonas notas magis probes.

EJ. *Catalogue des drogues ſimples & compoſées* Paris 1695. 8. & compendium ejus *Traité des drogues qui ont raport à la medecine.* Paris 1697. 12. & *Drogues curieux Catalogue des drogues ſimples par alphabet.* Paris 1709. 8. SEGUIER.

DU FOUR *Le medecin des riches & des pauvres.* Paris 1694. HOTTON.

Cum his temporibus rex nummis conficiendis intentus collegium erexiſſet, cui *Chambre royale de medecine* titulum fecit & cui poteſtatem tribuit, cæteris medicis praxeos in urbe Pariſiorum veniam largiendi, lites ſubortæ ſunt & denique rex eam *chambre royale* aboluit. Huc faciunt.

Requête très importante pour les medecins de la chambre royale des univerſités provinciales à Paris contre les medecins de la Faculté de Paris ſur la declaration de S. M. du 3 May 1694 ſurpriſe au prejudice de l'Ordonance de Blois & des ſtatuts même de la Faculté de Paris. Paris 1694. fol.

Et Requête preſentee au Parlement le 15 Juillet 1695. pour PIERRE L'ANGLOIS & FRANÇOIS.

PRIEUR *D. D. en medecine de Montpellier & de Rheims contre le D. D. & Docteurs de l'Academie de la famille de Paris avec quelques remarques importantes pour l'examination de la declaration du Roi de Jun.* 1694. Paris 1695. 4. FONSETTE.

Contra iſta *ſimple Factum pour les Docteurs royals de la Faculté de medecine de Paris, defendues contre les D. D. des Facultés provinciales apellans & demandans.* Paris 1694. 4. FONS.

Et *Reponſe importante pour la Faculté de medecine de Paris à la Faculté des medecins ſoi diſant de la chambre royale de Paris.* Paris 1694. fol. FONS.

CHRISTOVAL FRANC. de LUDUC Profeſſ. Hiſpalienſis *Apollineo enduceo have concordia entre los dos opueſtos opiniones una que apruoba los conſultas de los medicos para la curacione de los graves infermedados otra que la reprouba.* Sevilla 1694 4 SEG.

LODOVICO TESTI *Diſinganni overo ragione fiſiche fondate ſu l'autorita ed eſperienza, che provano l'aria di Venezia interamente ſalubre.* Colonia (puto Venetiis) 1694. 4. *. Inde a viginti annis Venetiis medicinam fecerat. Salubrem aërem reddere acidos maris vapores (non valde accurata demonſtratio), neque tamen qui tenues ſunt nec meraci, ſanguinem coagulare. Capitis fracturas facile ſanari, non perinde pedum ulcera. Humiditatem utique a magnis fluviis nimiam naſci, neque ſalſas aquas putreſcere, neque aquas dulces dum moveantur, miſcelam autem utriuſque aquæ pernicioſam eſſe; ad pagum Mazerbo ſalubrem factam eſſe poſtquam hæc miſcela ſublata fuit. Venetiis nullum haberi morbum endemicum, morbum hypochondriacum in continenti frequentiorem eſſe & exteros eo laborantes Venetiis ſanantur. Siccos annos ſalubres eſſe, humidos ſævos. Continentem & villas morboſiores eſſe urbe, neque autumnales febres intermittentes in urbem irrepere, continente plures mori in dato numero. Longævos homines multos Venetiis numerari, in noſodochio mendicorum ex 800 ægris quatuor ſeculum adtigiſſe aut ſuperaſſe. Paludes ſalubres eſſe, in earum vapore carnes non putreſcere. Hic experimenta ANTONII VALISNERI. Ranas in vapore aquæ ſalſæ extingui, non in aquæ dulcis vapore.

PROSPERI MAGITI BAPTISTÆ filii *Laudes aëris veneti in epiſtola.*

EJ. *Inventoris de novo ſacharo lactis præſtantiſſimorum medicorum judicia & veriſſimæ obſervationes: Auctoris de eodem ſacharo relatio, novi ſyſtematis compendium, nec non pro abſolvenda arthritidis curatione virorum præſtantiſſimorum medicorum notitia.* Venet. 1700. 12.

ALOYSIUS della FABBRA, CAJETANUS de ANGELIS, PAULUS QUINTILIUS & medicus Parmenſis anonymus, vires efficaces hujus ſachari adverſus arthritidem laudant, experimentis in ipſis ægrotis factis ſubnixi. Auctor arcanum nondum revelat, diſtinguit tamen a ſale ſeri dulci, quod in frigida ſolvatur, ſacharum ob viſciſitatem non ſolvatur, quare & ſebaceum ſaporem contrahat, ſi ab aëre excludatur. Nunc vulgo notum eſt & in Helvetia abunde præparatur. Triplex facit, ut in primo multum adipoſi ſuperſit, parum in altero in tertio nihil. Encheireſin non dat.

Recuſus eſt libellus in E. N. C. *Centur.* III. *Obſ.* 33.

Relation veritable de la gueriſon miraculeuſe de MARIE MEILLARD *avec la depoſition & certificats de pluſieurs perſonnes dignes de foi qui l'ont connue avant & après la gueriſon. On a ajouté une lettre du* D. WILWOOD *ſur ce ſujet, traduit de l'anglois.* Amſterd. 1694. 8.

Ab infantia clauda ſubito ſanata cum crus extendere cogeretur quod eo ipſo conatu reſtitutum fuit.

FEDERICO GUNEDO *Critica della morte overo l'apologia della vita trad. dell Ingleſe.* Colon. 1694. an ad nos faciat ignoro. TR.

H. CHAM-

H. Chamberlin *A few queries relating to the practice of phyſick with remark upon ſome of them modeſtly propoſed to the ſerious conſideration of mankind.* Lond. 1694. 12. Gunz. Niſi jam dictum eſt.

Forrest *Brief defence of cunning continual feevers.* Lond. 1694. 8. Osb.

J. E. Thiemen *Haus, Feld, Arzney, Koch- und Wunderbuch.* Nurnberg 1694. 4.

Neu eröfnete Schatzkammer verſchiedener Natur- und Kunſtwunder. Nurnberg 1694. 8.

Vademecum curioſum medicum zur Medicin, nebſt bewährten Arzneyen zu allen Krankheiten des menſchlichen Leibes vom Kopf bis auf die Fuſsſohlen. Dreſd. 1694. 8. Huth.

Officina pharmaceutica Steiniana. Kiel 1694. 4.

Churf. Brandenburgiſche Medicinalordnung. Cœlln an der Spree 1694. 4.

Göttingiſche Apothekertaxe. Gœtting. 1694. 4. Præparata omnia chemica & plurima pharmaceutica cariora ſunt ac nunc venduntur. Br.

Eberh. Melchior *Kurzes doch gründliches Waſſergeſpräch.* Frankf. 1694. 8.

Ej. *Kurzer Schwalbacherunterricht.* ib. 1702. 12.

Bern. de Bout *Nieuw Examen der Chirurgie.* Amſterd. 1694. 8. 1700. 8. *. Intercedunt practica, de morbis cutis, Vena medinenſe, luſcitate, ſtrabiſmo, inflammatione, œdemate; lepra, ſtruma, gangræna aquoſa, ſpina ventoſa. Pars diætetica caput habet proprium ſub finem materiæ medicæ ſimplicium medicamentorum & compoſitorum.

§. DCCCCLXV. Disputationes.

Faner *de ſympathia.* Leid. 1694. 4.

Nic. Maxim. Wilhelmi *de ſalivatione mercuriali.* ib. 1694. 4.

Dan. Labat *de hæmoptœ.* ib. 1694. 4. Pl.

Rob. Carmichael *de apoplexia.* ib. 1694. 4. Pl.

Ulrich Felsius *de palpitatione cordis.* ib. 1694. 4. Pl.

Car. de Mæts *de pleuritide vera.* ib. 1694. 4. Pl.

Wilhelm Günther Brügge *de apoplexia.* Leid. 1694. 4. Pl.

J. Schroeder *de paralyſi apoplectica.* ib. 1694. 4. Pl.

Joh. Jezurun Pinto *de phrenitide.* ib. 1694. 4. Pl.

Wilh. Emmerson *de elephantiaſi vera. ſ. legitima, præcipue illa ulterioris Aſiæ.* ib. 1694. 4. Pl.

J. P. Gaillard *de nephritide.* ib. 1694. 4. Hæn.

P. Verhooft *de vomitu.* ib. 1694. 4. Hæn.

Oswald Tullerin *de catarrho ſuffocativo.* ib. 1694. 4. Hæn.

J. Dan. Arnold *de acido peccante & corrigente humores.* ib. 1694. 4. Hæn.

Th. Cate *de diarrhœa.* ib. 1694. 4. Hæn.

Aug. Chr. Paul. Dessali *de eryſipelate.* ib. 1694. 4.

Hab. Deckers *de ſyncope.* ib. 1694. 4. Pl.

J. Zander *de palpitatione cordis.* ib. 1694. 4.

J. G. Lucius *de lumbricis alvum occupantibus.* ib. 1694. 4. Hæn.

J. Dieter. Jæger *de dyſenteria.* ib. 1694. 4. Pl.

J. Grunden *Poſitiones theoretico-practicæ.* ib. 1694. 4. Hæn.

J. A. Pla *de pleuritide.* ib. 1694. 4. Hæn.

J. Harrison *de morborum natura generalia.* ib. 1694. 4. Pl.

C. S. Quelmalz *de inſtrumentorum delectu.* ib. 1694. 4.

G. Groller *de valetudine puerperarum.* ib. 1694. 4.

Nic. de Blankendeel *de chylificatione læſa.* Utrecht 1694. 4.

J. Wesling *de paſſione hyſterica.* Leid. 1694. 4.

J. Oostwoud *de fame canina.* 1694. 4.

Lud. Leusden *de morbo nigro.* Utrecht 1694. 4. *. Pl.

Guil. Pieck *de hydrope.* ib. 1694. 4. *.

J. de

J. de JONGH *de uteri ſuffocatione.* Utrecht 1694. 4. *.

HENR. RUYSCH FRIDERICI f. *de conſultatione medicorum præſide* BERNAGE. Amſterd. 1694. 4. *.

EJ. *de peripneumonia.* Franeck. 1696. 4. *.

J. PHILIP *de malo ſinenſi aureo.* Leid. 1694. 4. *.

JAC. IGNAT. FOCKY *de mania.* Wien 1694. 4.

J. GOTTSCHED *de renutritione eorum qui per diuturnam famem bello, obſidionibus emaciati ſunt.* Regiomont. 1694. 4.

EJ. & DEODATI BLUMENTROST *Medicus caſtrenſis exercitui moſcovitarum præfectus.* ib. 1703. 4. *.

EJ. *de hæmorrhoidibus.* ib. 1703. HÆN.

EJ. *de æthere & aëre eorumque in corpus humanum ejuſque humores vi atque actione.* ib. 1698. 4.

J. E. STEINHART *de atherapeuſia morborum.* Francof. 1694. 4. *.

PETRI le CERF medici Francofurtani *de febre gallica.* Francof. ad V. 1694. 4. HÆN. Germanicum acorem cum alcali gallico fervere.

EJ. *der Frauenzimmer Verhalten vor in und nach der Schwangerſchaft.* Francf. 1716. 8.

CHRISTOPH le CERF. Chriſtophori fil. *Probſtucke in Augenkrankheiten des Herrn* v. WOOLHOUSE. Jena 1715. 8.

EJ. *de pleuritide.* ib. 1714. 4. CARR.

EJ. *Am Licht beſekener Staar oder paſquillantiſcher criticus ſincerus fidelis.* Lipſ. 1710. 4. CURR.

Edidit idem diſſertationes ophthalmicas WOOLHOUSII de cataracta de glaucomate, contra ſyſtema HEISTERI. Francof. 1719. 8. Diximus in chirurgicis.

P. RITTER *de remediis vulnerariis.* Lipſ. 1694. 4.

CHR. GOTTF. FINGER *de quotidiano corporis humani decremento.* ib. 1694. 4.

FRID. SIM. LOESLER *de iis qui inter gentes in vitam rediiſſe perhibentur.* Lipſ. 1694. 4. BOEHMER.

GOTTF. ANDR. MEYER *de poculo ſoterio.* ib. 1694. 4.

J. JAC.

J. Jac. Hering *ὑπνολογια.* Lipſ. 1694. 4.

J. Henr. Knoblauch *de Apide bove atque idolo Ægyptiorum.* Wittenberg 1694. 4.

Andr. Eyssel *de chylo ſecundum & præter naturam.* Erf. 1694. 4.

Ej. *de paſſione colica.* ib. 1716. 4. He. Br.

Henr. la Roche *de auditus gravitate* præſide Frid. Schrader. Helmſt. 1694. 4. *.

Georg Ludwig Schleyermacher *de catalepſi, rariſſimo adfectuum.* Gieſſ. 1694. 4. *. Pl.

J. And. Bonze *de propagatione morborum.* Gieſſ. 1694. 4. Hæn.

Gerh. Dan. Langhans *de cardialgia.* Altd. 1694. 4.

Car. Otto Moller.

Ej. *de divino in medicina.* Altd. 1696. 4. Riv.

Ej. *Conſilia medicorum de curanda peſte cum præſervatione Glaz* 1710. 1739. Presb. 1748. 4.

Ej. *Obſerv. ſonderbarer durch die Eſſentiam dulcem verrichteter Curen.* Hall. 1706. 4. (8. Riv.)

Ej. *Thermarum St. Kilianenſium & Vibacenſium deſcriptio hiſt. medica ex* Belinfedo *Hiſt. Ungar.* Wesspreni.

Lud. Casp. Mayer *Prodromus de medicamentorum viperinorum uſu.* Altd. 1694. 4. Riv.

Casp. Franc. Xaver. Koefferlin *de vitiis ſpirituum & humorum.* Baſil. 1694. 4.

Phil. Wilh. Mogen *de colica.* Altd. 1694. 4. Hæn.

J. Frid. Gambi *de phrenitide.* Baſil. 1694. 4. Pl.

Mich. Sauvalle & Joh. Gab. Fressant *Malignis febribus venæſectio.* Paris 1694.

Lud. Poirier & Joan Gelly *febre maligna laborantibus juſcula viperarum carne medicata.* Paris 1694.

Jos.

Jos. Bapt. Doge & Joan Gelly *an iſchuriæ emeticum.* Paris 1694.

Pet. Bourdelot jun. & Laissant *Orizæ uſus ſaluberrimus.* Paris 1694.

Mich. Pichonat & B. Chomel *Medico evidentior Dei exiſtentia.* ib. 1694.

F. Picate de Bellestre & Puylon *Medicina non tam librorum lectione neque tam uſu ipſo quam vera traditione addiſcitur.* Paris 1694.

§. DCCCCLXVI. Diaria ad a. 1694.

In Philoſ. Tranſact. n. 201.

Jac. Wassu Hydrops peritonæi aqua effuſa cutem inter & peritonæum. Abdomen aqua liberum & viſcera ſana ipſumque hepar.

J. Lichfield Hydrops uteri in ejus viſceris tunica externa.

Anonymi venenum canis rabidi poſt aliquas demum hebdomades in convulſiones abiit cum latratu.

Wittie Hepar peritonæo undique adhærens, inde dolor in corporis converſione.

N. 208. Guil. Cowper celebris inciſor de ſtyptico J. Colebatch. Acre eſſe & amburere, tamen ægre ſanguinem compeſcere.

In additionibus ad Bidloi anatomen paſſim aliqua occurrunt practica. Calculi veſicæ felleæ curatio.

In anatomy of human body. Oxon. 1697. fol. Leid. 1731. fol. *.

Morbi paſſim interſperguntur etiam interni. Ante la Fosse ſedem morbi ſtaggers in ſinubus frontalibus poſuit, eos juſſit malleo & cuneo aperire. Glandularum inguinalium magni tumores.

In Phil. Tranſact. n. 222. De femina cui nigrum lotium cum doloribus ſecedebat, dolore pubis & alterius femoris, hujus lateris os vaſtæ molis, arteriæ membranæ craſſæ, lumen anguſtum, in rene cellulæ vacuæ plurimæ. Idem cum polypo conjunctum vidit hydropem pectoris.

Ibl. Ph. Tr. n. 270. polypo repleta auris dextra & ejuſdem lateris ventriculus. Alio polypo repleta vena pulmonalis qui omnes ramos ejus venæ replebat ut ſebum ſolet inciſoris manu injectum.

Porro Phil. Tranſact. n. 202. ex glandula lacrumali hæmorrhagia.

Robertus

ROBERTUS PITT de ſæva lumbagine rheumatica demum alvo ducta datoque opio ſanata.

N. 209. MOLINEUX Epidemia catarrhalis, cum tepidæ hiemi frigus acre ſucceſſiſſet latiſſime graſſans, non tamen funeſta.

I. T. Lien putrido & fætente ſanguine plenus, calculus micis cryſtallinis adſperſus totam veſiculam occupans.

N. 210. D. G. WITHER ſermo de phyſiognomia.

E. LAYFOK de hiſtoria naturali Virginiæ Multa ad rem medicam faciunt, de morſu viperæ caudiſonæ ejuſque remediis. Experimenta infuſoria, alumine in aqua ſoluto animalia ſubito enecata, ſic nitrum, tantum ut ſanguis fluidus ſit. Ab hydrargyro phthiſis. Quem canis rabidus momorderat, ſale volatili ſuccini ſanatus eſt & vomitu. Eventu funeſto a vipera caudiſona demorſa animalia.

N. 213. THOMAS DENT de proprio morbo. Tumoribus in lingua eminentibus in quibus vermes quas manu ipſius femina extrahebat. De eodem MARCUS LEWIS.

Memoires avant 1699. GUILELMUS HOMBERG de animalibus in ſpatio aëre vacuo enecatis. Vaſa nulla crepuiſſe, pulmones rubicundiores apparuiſſe.

Anonymi chirurgi de vaſis univerſi corporis cruſta oblinitis indurata, ut exiguum lumen liberum pro ſanguinis tranſitu ſupereſſet.

In E. N. C. decennii III. *Ann.* I.

MARTINUS MAXIMILIAN PRUGGMAYER phyſicus in Stiria.

Obſ. I. Artus contracti Mercurio vitæ & Ellebori nigri extracto & eſſentia ſanati.

Ann. V. VI. *Obſ.* 226. Abſceſſus umbilici in uterum patens, tamen felix partus, manente febre hectica cum tumore matris flatulento inde poſt perceptum fragorem, maxima tympani ſimilis intumeſcentia, lacte de mammis fluente ſeroſo, menſibuſque fœtidis maſſa ejecta in qua aliquid fetui ſimile, inde 16 libræ urinæ & puris una vice eruperunt, inde porro lympha de utero manante, denique a morte uterus, ejus molis qua in gravida eſt, in quo innumerabiles hydatides, ſteatomata & ulcera.

AMBROSIUS STEGMANN Medicus Islebienſis.

Obſ. 7. Limaturam martis crudam certum adverſus vermes præſidium expertus eſt.

Obſ. 8. Fonticulo excitato obſtructæ nares ſolutæ.

Obſ. 10. Hydrocephalus internus, aquæ libræ 23. cerebrum minimum ſeſcunciale.

Obſ. 12. Venere largita epilepſia ſuppreſſa, redeuns cum ea negaretur.

Obſ. 13. In puella nondum duodecenni, pruritus & furor uterinus cum morbo convulſivo. Venæ ſectione, refrigerantibus etiam plumbeis, deinde emetico aliiſque præſidiis excitatis menſibus ſanata.

Obſ. 14. Pia fraude reſtitutus juvenis melancholicus, fraude detecta periit.

Obſ. 19. Emeticum medicamentum ſalutare in febre quam vocat tertianam epidemica petechiis comitata, in qua venæſectio funeſtum exitum ſortiebatur.

Obſ. 178. Apoſtema pulmonem comprimens, perinde parti cordis adnatum.

Ann. IV. *Obſ.* 102. Qui inſtante ſtadio hæmorrhoidum emeticum ſumſerat, ſiccatæ hæmorrhoides, ſanguis per os ejectus.

Obſ. 103. Mutitas ab ira, emetico ſublata.

Obſ. 104. Ridicula hiſtoriola, mere ut puto fabella. Juvenis qui puellam impugnaverat, teſtibus & pene carere videbatur ſed percuſſo podice prodibat.

Obſ. 107. Papillæ matris a pueri contactu & ſaliva exulceratæ.

Obſ. 108. In nephritica femina arenulæ per alvum deceſſerunt.

Obſ. 109. Et per tuſſim lapilli in phthiſico.

Obſ. 110. In nephritico ren maximus totus intus deformis & ſpongioſus, veſicæ quaſi duæ curvitates, in altera calculi.

Obſ. 111. Equus qui undecim calculos in colo gerebat.

Ann. V. VI. *Obſ.* 167. In hydropico glandulæ ad inteſtina nigræ, meſenterium cartilagineum, ejus glandulæ nigræ, hepar ſanum.

Obſ. 169. Angina canum epidemica inflammatis faucibus. Alias febris ardens in his animalibus vulgata, & 170 Anſeres, columbæ & galli indici (meleagrides), perierunt ex epidemicis puſtulis exulceratis ſub alis.

Et 171. Piſces in lacu dulci, maculoſi, fœtidi uſu noxii, ut etiam putridæ inde fierent malignæque febres.

Ann. VII. VIII. *Obſ.* 31. Fetus putridus abſque matris inde nato incommodo.

Obſ. 32. Mira hiſtoria vermium, qui fetum conſumſiſſent.

Obſ. 34. A terrore menſes ſuppreſſi, inde dyſenteria funeſta.

Obſ. 36. Plica Judæorum ex ſpiritu vini.

EJ. *Genaue Beſchreibung des Euterlings.* Lipſ. 1694. 12. Cereviſiæ cui hoc nomen impoſuerunt.

DAVID SPLEISS medicus Scaphuſinus.

Obſ. 56. In febre maligna epidemica cum canis crura ſudantia lambſiſſet, vomuit miſera beſtia perque aliquos dies abſque cibo jacuit.

Obſ. 57. Spicula aurichalcea minutim conſciſſa pro acuto veneno.

Ann. II. *Obſ.* 147. In febre maligna hæmorrhagia narium malo conſilio ſympathetice ſuppreſſa.

Obſ. 148. Hydrargyrus a deauratore procul dubio in halitu reſorbtus, per tartarum emeticum de alvo feliciter exturbatus, ut mox febris mali moris curaretur.

Dec. III. *Ann.* II. qui pariter ad annum 1694. pertinet.

PYRRHUS MARIA GABRIELIS Medicus Senenſis.

Obſ. 1. Enormis tumor brachii in gangrænam tranſeuns, aquoſus, libris pene 200 aquæ fetus.

Obſ. 2. Ex brachii abſceſſu diarrhæa ſanioſa.

Obſ. 3. Femina cui paulatim oſſa varia intumuerunt, magno cum dolore. A morte ea oſſa mollia fuerunt & cornea.

Ann. IV. *Obſ.* 40. Motus pulſatorius in hepatis ſede frequens & moleſtus. Quare ad quemcunque ſonum proſterneretur humi.

In appendice de cauſis magni tumoris brachii.

Ann. V. VI. *Obſ.* 285. Aſcites ſponte ſanatus aqua per vomitum, per urinam, per uterum, per umbilici ulcus erumpente.

Obſ. 289. Hydrops enormis 300 omnino librarum, aqua inter peritonæum & muſculos effuſa. In liene ſolo ulceroſo ſinus.

Ann.

Ann. VII. VIII. *Obſ.* 52. Boreæ frigus in quaternario ſalubris.

Obſ. 185. Ex vermibus orthopnœa & a morte adparuit ut ipſa aſpera arteria funeſtis inſectis adroſa eſſet.

Obſ. 189. In cephalea forti vermes excisi, & ex dorſo cum prurigine.

Obſ. 200. Lapillus circa globulum plumbeum.

Idem a. 1697. Academiam Senenſem phyſico-criticam inſtituit, etiam nunc florentem.

J. Aegidius Euth Clinicus qui Hagæ comitis artem exercuit.

Obſ. 5. Stupor brachii hemiplecticus, multa frictione ſanatus.

Obſ. 6. Poſt longos dolores colicos epilepſia euporiſto Zathlano ſanata.

Obſ. 8. Sic inflammatio laryngis repetita venæſectione.

Obſ. 8. Mandibula lucii per anum denique educta.

Obſ. 9. Tabe exeſo quaſi a vermibus pulmone & etiam putrida pro corde caro.

Ann. III. *Obſ.* 84. Ad ſpinam ventoſam decoctum lignorum, tinctura antimonii, abſorbentia, lotiones ſpirituoſæ.

Ann. V. VI. *Obſ.* 215. Crus ſideratum nigerrimum ad ſimilitudinem mumiæ ſuperſtite vita circumgeſtum.

Obſ. 216. Vermis, ut putat noſter, majalis utilitas, ſed efficacibus medicamentis admiſtis facile adſcripſeris, quæ noſter vermibus tribuit.

Ann. VII. VIII. *Obſ.* 3. Poſt multa deliquia polypi in dura, oſſiculum in pia matre.

Ann. IX. X. *Obſ.* 50. Phlegmone & ad eam curandam fotus aromatici, quod arcanum Nepenthes eſſe putat.

Ej. Agoniſma de hydrope curioſum in quo oſtenditur vera veri medici cognitio, & quinam medici in curandis morbis & ad officia archiatrica admittendi quinam vero rejiciendi. Leid. 1700. 8. Vater Pl.

Fridericus Khern jun in Stiria medicus.

Obſ. 53. In phrenitide cerebro vermiculi caſeariorum ſimiles innumerabiles.

Obſ. 55. Acus de brachio extracta per magiam infixa.

Obſ. 58. Magnus tumor ſanie plenus in meſenterio.

Ann. V. VI. *Obſ.* 45. Convulſio, delirium varium periodice occurrens, alexipharmacis, ut putat, ſanatum.

Obſ. 46. A calculo impacto capitis dolor, eo educto ſublatus.

Obſ. 47. Sanguis ex eadem vena, exigua per intervalla ſecta, valde diverſus.

Obſ. 48. Surditas ſanata magna copia puris de ano reddita abſque praecedente dolore.

Obſ 49. Phthiſico ulcus inter primam & ſecundam coſtam ſpuriam ſubortum; eventu ſalutari.

Obſ. 50. Materies, ut intelligo, tophi podagrici adeo acris ut vitrum adroderet.

J. MICHAEL PAULI Medicus Vratislavienſis.

Obſ. 71. Pilorum glomeres vomitu ejecti.

Ann. VII. VIII. *Obſ* 82. Nævus ex atheromatis genere in œſophago, ovato folliculo, integre ſanatus.

Obſ. 84. Ulcus thermis ſiccatum, inde urinæ purulentæ, tabes ſanata ſponte ſuperveniente & rupto abſceſſu.

J. GEORG JOSEPH SCHWALLER Solodorenſis helvetus.

Obſ. 98. Hydrops cum aſthmate ſuperatus diureticis & abſorbentibus,

Obſ. 174. Mania maxima curata helleboro nigro & purgantibus.

Ann. V. VI. *Obſ.* 57. Lapſæ in ventrem aqua magna vi de utero effuſa.

Obſ. 58. Colica epidemica (lithargirizati vini proles), ſingulari dolore umbilici & ut æger putat renum. Data oleoſa mitia.

J. ADAM LIMPRECHT Vratislavienſis.

Obſ. 128. Chorea St. Viti, ſaltationis nempe adfectatio in puella decenni cum cachinnis.

Ann. III. *Obſ.* 160. Ad febres pulvis præcipitans Pariſinus declinante febre datus.

§. DCCCCLXVII.

Bartholomæus de Moor Profeſſor Harderovicenſis & Groninganus, ex ſecta mechanica.

Ej. *Cogitationum de inſtauratione medicinæ ad ſanitatis tutelam morbos perſtringendos nec non vitam prorogandam libri tres.* Amſterd. 1695. 8. *. Magna pars operis phyſiologici eſt argumenti, totuſque liber I. In ſecundo morbos deducit a vitiata preſſione ſanguinis, nimia, nimis parva vel etiam ſublata, tum a nimia viſciditate humorum. Intermiſcet morborum peculiarium hiſtorias, ut ægrotum potulentia & cibo reſtricto fere exſtinctum reſtituerit humectantibus & diluentibus. Hydropem ſuperaſſe ex ſpiritus vini abuſu natum. Utilitas inciſionis cadaverum morboſorum. In epileptico glandula ſcirrhoſa in cerebro. Cephalæa a vermibus (Scolopendris & Julis), in ſinubus pituitariis habitantibus, his expulſis ſanata. Contra eos qui omnes morbos volatilibus ſudoriferis ſanare ſatagebant, quæ eo ævo ſecta in Belgia dominabatur. Quam male inflammatis partibus incidentia imponantur. Signa morborum vulgo negligi conqueritur. Febris autumnalis tertianæ typo epidemicæ deſcriptio, criſes potiſſimum per ſudores, ſalutaria hic emetica, vena etiam ſecanda.

L. III. Methodus medendi. Veteres laudat, chemicos refutat. Spirituum morbi. Per venæſectionem ſanata apoplectica mulier. Sic femina morti proxima. Prodeſt in plethora etiam boni ſanguinis miſſio. Ut amorem detexerit qui morbi occulta cauſa eſſet, nuptiis conciliatis reſtitutum. Sex res non naturales fuſe potius & aſiatice. Pro autarkeia cujuſque regionis in nimias Theæ laudes. G. Agricolam fictitia medicamenta chimica deſcripſiſſe, inter ea oleum ſtanni aurei coloris, quod ex capite mortuo expectari nequeat. Medicus debere ſua manu medicamenta parare. De compoſitione medicamentorum aliqua. Non debere cum aquis deſtillatis lapides cancrorum & ſyrupos glutinoſos miſceri, glutinoſam enim inde fieri miſturam. In nimiam antidotorum compoſitorum farraginem, ab Arabibus ortam, iis deberi ſimplicium medicamentorum in compoſita ſtipatorum corruptio. Dictio fuſior eſt.

Ej. *Pathologiæ cerebri delineatio practica in qua morborum ſoporoſorum diſtinctio, nec non ſpaſmorum accuratior diſtributio traditur.* Amſterd. 1704. 4. Morbi interni capitis. Species epilepſiæ diverſæ. Ut ab affini epilepſia hiſterica diſtinguatur in iſta ſenſus non conſtanter aboleri. Theoria phyſiologica. Non aliud eſſe ſenſorium commune præter animam. Epilepſiam fere a repletione fieri. Eſſe tamen ubi paroxyſmus ſit ab inanitione. Indicatio & curatio a cauſa perſpicitur. Specifica medicamenta Non multum ſe ſperare a Pæonia a Viſco &c. Laudat Rutam, Caſtoreum, cranium humanum, Alcis ungulam, ſanguinem reddere fluidiorem & prodeſſe Sal volatile ſuccini. Curatio ſecundum cauſas. Symptomata epileptica febrilia, quæ nempe fiunt a febre & a repletione. Hic utiliſſima venæſectio & purgatio, clyſteres, acida, opium vetat ob repletionem. Epilepſia ſuperveniens doloribus, vulneribus, ulceribus, hæmorrhagiæ, repletioni,

tioni. Ad iſtam venæſectio, emeticum. Hyſterica epilepſia, hypochondriaca, eadem priori, cui chalybs & calidæ ſcriptiones. Sic in aliis morbis.

Ej. *De hypotheſibus medicis.* Amſterd. 1706. 4. *. cum Grœningæ Cathedram adiret.

Contra hypotheſes, contra chemicos. Errores practici veterum ex mala hypotheſi nati: hinc denegatur potus febrientibus, adſtringentium uſum in dyſenteria peſſime adhiberi. Contra acidorum oſores, utilia eſſe in inflammationibus.

Ej. *Oratio de methodo docendi medicinam.* Franeck. 1707. Artis quoddam compendium.

Ej. *De amœnitatibus medicis.* Harderov. 1713. fol.

Ej. *De fluxu alvi in genere.* ib. 1723. 4. Pl.

Lego apud Pl. Cl. viri Diſp. inauguralem *de ſuffocatione hypochondriaca & hyſterica.* Leid. 1669. 4. Verum fere nimium inde ſenium colligeretur annorum 54. poſtquam honores medicos nactus eſſet.

Georgii Pasch *de novis inventis quorum accuratiori cultui facem prætulit antiquitas.* Kiel 1695. 8. Quarta parte auctior Lipſ. 1700. 4. *. Non medici quidem opus, capita tamen duo habet de inventis medicis & phyſicomathematicis, Antiquitas morborum, medicorum veterum, operationum manualium, librorum medicorum, inſtrumentorum. Inventa chirurgica, urinæ analyſis chemica. De chemicis fuſius, de ipſis roſeæ crucis fratribus, ad Paracelſi hiſtoriam. Alchemia. Acidum & alcali Hippocrati nota fuiſſe. Morbi epidemici, endemici, novi, qui negaverint luem veneream novum eſſe morbum, ſudor anglicus, rachitis. Nova medicamenta, Caſcarilla. Medicina ſuperſtitioſa. Curatio regia ſtrumarum. Sanctorii experimenta, Thea, Caffea, Cereviſia, Tabacum. Venena larvata.

David de Græbner S. R. C. M. Med. aul.

Ej. *Medicina vetus reſtituta.* Lipſ. 1695. 4.

Ej. *Tractatus philologico-phyſico-medici ſeptem.* Vratisl. 1707. 4. *. Videtur humili de gente fuiſſe, neque medicinæ legitimas honores adſecutum. Libelli hic conjuncti ſunt.

I. *Ephemerides meteorologici Vratislavienſes* ab a. 1692. ad 1702. Venti, tempeſtas, ſigna calendarii. Nondum aut barometri aut thermometri. Spiſſum volumen.

II. Animad-

II. Animadverſiones in morborum hiſtoriam qui a. 1699. Vratislaviæ graſſati ſunt. Litem noſter cum D D. OEHMB & JÆNISCH aluerat. Hic potiſſimum adverſarii undique congruunt ad opus Vratislavienſium medicorum, quod eo tempore maxima de parte prodibat, neque alias refutationes & carptiones reperio.

Verum III. *De plagio medico* aſperius ſcriptum eſt, Catalogus plagiariorum. HALY ABBAS ex ISAAC AVICENNA. BARBETTE ex RIVERIO, MARCELLUS ex INGRASSIA, DOLAEUS ex J KRAANEN, SCHNEIDERO, WEDELIO, J. FERNELIUS ex U. de HUTTEN, J. B. de LAMZWEERDE ex D. de MARCHETTIS, LAURENTIUS ex CÆLIO RHODIGINO aliis, LUDOV. MERCATUS ex PALMARIO, ACTUARIO aliis, LAZ. RIVERIUS, ex P. SALIO, denique VRATISLAVIENSES ex DOLÆI chirurgia & ex variis diſputationibus.

IV. *Theatrum medicum antagoniſticum ſ. catalogus librorum eriſticorum*, qui tractatus ad hiſtoriam medicinæ pertinet.

V. *Additamenta* ad THEODORI CRAANEN Tr. *de homine*. Bonæ notulæ & fere collectanea ad ordinem THEODORI diſpoſitæ. Intercurrunt aliqua propria ut relatio de abſurdorum vorace homine & polyphago. Viginti quartas vini & tantundem cereviſiæ unico in prandio conſumſiſſe.

VI. *Specimen medicinæ practicæ veterum reſtitutæ.* GALENUS de curandi ratione per venæſectionem græce & latine longis cum ſcholiis. Multa collectanea etiam ex Judæis.

VII. Non ſunt argumenti medici.

EJ. *Mantiſſa operum hucuſque editorum tripartita.* Vratisl. 1708. 4.

Ejus videtur eſſe *apologetica epiſtola contra* auctorem *obſervationis* 238. E. N. C. vol. V. Vitam viri dedit J. ERNESTUS STIEFF in epiſtola latina. Bresl. 1734. 4. BURM.

J. ABRAHAM MERCLIN GEORGII ABRAH. filius.

EJ. *De hydrope ſaccato.* Altd. 1695. 4. *.

EJ. *De dignitate medicorum.* Patav. 1696. 4.

EJ. *De feliciori nunc quam olim medicina Diaſcepſis.* Patav. 1696. 4. *. Laudes inventorum nuperioris aevi, pathologia emendata, ars mantica caſtigata, meliora medica auxilia inventa, opium in uſum revocatum, corticis chinæ chinæ inventio præſtans, febrium intermittentium antidotum. Chemica inventa, Theæ, Caffeæ, Chocolatæ. Chirurgia infuſoria emendata, botanica multa.

IDEM *Syllogen caſuum incantationi vulgo tribui ſolitorum maxime memorabilium decurias* VI. *complectentium* edidit Nurnb. 1698. 4. Dari utique morbos qui pro magicis

magicis habiti, nihil habeant ſuper naturæ vires poſitum. Dari tamen & vere magicos morbos. Signa eorum, naturæ vires nempe ſuperantes. Signa veræ obſeſſionis. Tunc collectio caſuum vere magicorum partim ex ſcriptoris autopſia partim, collectorum. Plerique caſus ſunt exempla animalium vivorum vel eorum partium, fruſtorum ligneorum, oſſium & pedum per vomitum vel per alvum egeſtorum aut de cute exciſorum, tunc convulſionum mirificarum. Caſus omnino 60. Verum pueri hiſtoria cui totum crus ſuperſtruitur, manifeſte fabuloſa eſt.

In mantiſſa libelli continentur FISCHERI *de morbis magice per ſagas inductis naturaliter curandis*; CARRICHTERI *ratio medendi morbis ab incantatione dependentibus*; HELMONTII *Fragmenta de receptis injectis materialibus* & MYLII *collectanea & ſecreta ad morbos magicos.*

EJ. *Abbildung der groſſen Steine welche ſich im Körper gefunden.* 4.

EJ. *Eriſtiſche mediciniſche Theebude.* Nurnb. 1714.

EJ. *Oratio de ortu, progreſſu & hodierno ſtatu collegii medici.* Nurnb. 4.

PHILIP FRANC. FRAUENDOERFER phyſicus Brünnenſis.

EJ. *Opuſculum de morbis mulierum.* Nurnb. 1696.

EJ. *Spolia hippocratica ſ. textus & ſententiæ ex Libris aphoriſmorum prænotionum, prædictionum, de judicationibus, Coacis prænotionibus & capitis vulneribus* HIPPOCRATIS *collectæ.* Brünn 1699. 12. *. Tituli alphabeti ordine digeſti morborum, & loca hippocratica ſub eos titulos diſpoſita, neque viri ſtudium inutile videtur.

EJ. *Tabula ſmaragdina.* Nurnb. 1699. 8. & aucta a J. ABRAH. MERCLIN. ib. 1726. 8. Chemici ut puto argumenti.

EJ. *Oniſcographia ſ. de aſellis.* Brünn 1700. De formulis quas aſelli ingrediuntur, de morbis quibus opponuntur.

P. R. CATZII *Specimen medicum de podagra.* Roterdam. 1695.

GUILELMI COWARD medici *de fermento vitali nutritio.* London 1695. 8. In præfatione poſſet huc facere: nauſeam ſæpe ventriculi languori tribuit qui alcalibus magis adhuc peſſumdatur. Inappetentia oritur a viſcoſa putrilagine tunicis ventriculi inhærente. Oleoſa & viſcida appetitum deſtruere. Cauſæ lienteriæ, icteri. Contra acidorum uſum acriter. Paralyſis Oeſophagi & difficilis deglutitio a Coffeæ frequenti potu. In ſucco pancreatico & bile SYLVIUM ſequitur. Hypochondriam ortam eſſe a nimio vini potu. Medicamenta ſtomachica. Teſtaceis

inſipidis

inſipidis nullam ineſſe vim medicamenti. Incidenter Elixir vitrioli in tuſſi humorali. Volatilium laudes. Tinctura ex cortice peruviano optima. Emetica. Non utiliſſimus ſcriptor.

Ej. *On acid and alcali.* Lond. 1698. 8.

Ej. *Ophthalmiatria.* Lond. 1705. 8. vide Bibl. anatomicam.

Ej. *Remediorum medicinalium tabula generalis tam compoſitorum quam ſimplicium.* Lond. 1710.

Andreas Buxbaum *Catecheſis medica.* Martisburgi 1695. 12.

J. Christoph Strauss *Thermæ Carolinæ.* Lipſ. 1695. 8.

Stephano Piccoli *La medicina ventilata nel ſalaſſo e nella purgatione.* Colon. 1695. 4. Contra Helmontium pro venæſectione.

Ej. & Alessandri Pegolotti *La confuſione di chi ha preteſo il Galeniſta confuſo.* In Galer. di Minerva III. p. 260.

Joseph Nocera *Opus medico phyſicum contemplativum in quo variæ medicantium ſectæ circa phlebotomiam & pharmaciam diſcutiuntur, ſyſtema de febribus nondum alias divulgatum juxta* Democriti & Epicuri *dogmata novis rationibus & experimentis propugnatur.* Meſſan. 1695. 8.

Pharmacopœa Toloſana. Toloſ. 1695. fol.

Balth. Carminæi vita Jac. Bergmanni 1695. 4. Boehm.

Nicolai Rainssant *Actiones medicæ.* Paris 1695. 12. Quinque ſermones. Cur medica ars muta dicta ſit. Quatuor reliquæ ſunt eruditiones juvenibus medicis impertitæ.

§. DCCCCXLIX. Nuperi ad a. 1695.

Guil. Cokburne, J. Collbatsch.

Guilelmi Cokburni medici regis *Oeconomia corporis animalis.* Lond. 1695. 8. & in Mangeti bibliotheca. Pitcarnius queritur ſua a Cokburnio eſſe furto deſumta, tamen Cokburnius non videtur jatromathematicus eſſe. Pulſus fallere ut indicium. Temperamentum. Urina fallax, raro critica, de ejus contentis, coloribus &c. Perſpiratio.

Ejusdem *Sea diſeaſes or a treatiſe of their nature cauſes and cure and an Eſſay on bleeding in fevers.* Lond. 1696. 8. & continuatio 1697. 8. *the 2 edition* 1706.

1706. 8. cujus titulum deſcripſi, belgice vertente Bidloo Leid. 1701. 8. germanice Roſtock 1726. 8. Victum cætera bonum ſanis, non eſſe accommodatum nautis. Inde ſcorbutus princeps morbus nautarum. Multum ratiocinationis. Scorbutum eſſe a cibo male concoctili, & ex defectu tranſpirationis. Plethoram inde naſci ſanguinis, qui ſua vaſa diſrumpat. Panem biſcoctum nocere, quia alvum ſiccat, malum alioquin nautis familiare: malo avenæ uſum opponit. Quare pulſus in plethora depreſſus ſit? Symptomata ſcorbuti ſua ex hypotheſi interpretatur. Febris intermittens, aqueo a lentore admixta cacochymia. In II. hiſtoria morborum febres eſſe a ſuppreſſa perſpiratione, ſanari evacuantibus, minus bene per ſudorem, qui æſtum auget, melius per alvum. Willisius ſpiritu cornu cervi nullum ſudorem extorquere potuit, qui ſucceſſit poſt balneum frigidum. Veſicatoria laudat, inde auxilium deliriis. Multum noſter emeticis utitur, opiata in febre nocere quam augent. Mali eventus pluſculi curationis diaphoreticæ.

Morientium ex febre cum delirio numerum ſe minuiſſe, vomitu in principio morbi moto, datis tunc papaverinis acidulis, aceto cum oculis cancri, mitibus diaphoreticis, munditie navis. Corticem chinæ chinæ contra oſores tuetur, ejus vim ſedere in qualitatibus inconſpicuis. Scorbutum in mari & in navibus ſpernere medicamenta, etiam in navibus regiis non ſuperari. Uſu horæorum fructuum brevi cedere. Dat iterum emetica, ſalem vitrioli cum oxymelle ſquillitico, victum naturæ acidæ, limoniorum ſuccum. Anginæ diſcrimina pro varietate ſedis ſuæ. Pulſus pauciſſimos numeravit etiam 37 in febricitante.

In *Eſſay of bloadletting* refutat vulgares leges quales ſanguinem jubent ad animi deliquium uſque emittere aut ſanguis dum pulchrior & rubicundior fluat, aut vaſa depleta ſint. Promittit leges ſe daturum pro copia ſanguinis determinanda & receptas refutat.

Ej. *Profluvia ventri.* Lond. 1702. 8.

Cure of looſeneſſes. Lond. 1721. 8.

Ej. *The ſymptomes, nature, cauſes and cure of gonorrhæa.* Lond. 1713. 8. 1719. 8. ed. IV. 1728. 8. *.

Gallice Paris 1730. 12. vertente de Vaux. latine Leid. 1717. 8. *.

Editio mea quarta eſt & aucta dicitur. Sedem morbi non eſſe in proſtata, quæ vulgo recepta eſt opinio, ſed in urethræ ſinubus recte. Cauſſam eſſe peculiarem acrimoniam injecti per Venerem liquoris. Morborum hiſtoriæ ex quibus apparet acres humores in feminis poſſe generari, abſque ſuſpicione Veneris, inque viro ex hernia quædam oriri poſſe gonorrhææ ſymptomata. Gonorrhææ a fluore

fluore albo diſcrimen. Purgantium certa vis, eſſe tamen aſtringentibus ſuam utilitatem, tum therebintinæ. In priori libro ſibi ad diarrhæam & gonorrhæam ſecurum arcanum eſſe ſcripſerat.

J. COLLBATCH Pharmacopola inde medicus caſtrenſis demum ut puto *Licentiatus Med.*

Ej. *Novum lumen chirurgicum & in Collectione* v. B. Chirurg. T. I. de arcano potiſſimum ſuo ad ſiſtendum ſanguinem agit.

Ej. *Phyſico medical Eſſays concerning alcali and acid in the cure of diſtempers.* Lond. 1696. 8. & in *collect.* Alcalina nocere, mortem eſſe alcalinam, in febre acorem non peccare. Pulveres abſorbentes & ſimilia rejicit, curat ſucco limoniorum & aurantiorum, ipſo oleo vitrioli. Sed etiam in ſcorbuto alcali cauſam eſſe morbi & in Podagra ſanguinem alcali abundare. Eundem ſuccum ad gonorrhæam valere. Vapore ſalſæ leproſos ſanatos fuiſſe.

Et Ej. *Farther conſiderations concerning alcali and acid.* Lond. 1704. Acetum in febribus ſummarum eſſe virium, hinc ad pleuritidem valere, ſic limoniorum ſuccum ad arſenici malos effectus, denique acida fere ad omnes morbos, vitrioli etiam ad phthiſin quæ non alia methodo curari poſſit.

Ej. *Treatiſe of the gout.* Lond. 1697. 8. & in *collectione.* Tribuit malum humori alcalino extra ſua vaſa effuſo articulationes pungente atque adeo a ſanguine alcalina materia infeſtato cujus copia ſit ad copiam in ſano homine ut 6. 4. Serum ſanguinis vireſcere hoc in morbo. Cura ſucco acido, opiatis &c. peragitur. Venæſectio triginta unciarum.

Ej. *Cure of the bite of a viper.* Lond. 1698. 8. & in *collectionibus.* Sanatus elixirio vitrioli; pro ſalubritate acidorum.

Ej. *Doctrine of acids in the cure of diſeaſes farther aſſerted.* Lond. 1698. Præcedit epiſtola D. TUTHILL contra JOHANNEM, ſequitur hujus reſponſio. Utique in febre, podagra & ſcorbuto plus alcali ſanguini ineſſe, alcali vitæ hoſtem eſſe & deſtructorem. Curationes aliquæ & infelicium excuſationes.

Remarks upon TUTHILLS *induation* & in *collectione.* Phthiſin & ipſam eſſe ab abundante alcali in debile viſcus depoſito. Utique febrem eſſe ab alcali vitiato quod pori excretorii obſtructi ſint. Innocentia olei vitrioli diluti. Pulverem e chelis in variolis nocere. Multos ſe phthiſicos acido & fructibus horæis curaſſe.

Ej. *Collection of tracts chirurgical and medical.* Lond. 1704. 8. quæ ſecunda eſt editio, primæ omnia continet.

Ad a. 1695. recenſui quod eo anno contra pulverem ſanguinem compeſcentem a Halleo (ut noſter putat), libellus ſcriptus ſit.

Ej. *Of the art of nurſing.* Lond. 1733. 8.

Ej. *Generous phyſicien or medicine made eaſy*, ib. 1733. Diæta & medicamentis ſimplicibus omnes morbos curat.

Ej. *Diſſertation concerning miſsletoe, in the* VI *edition is added a ſecond part containing farther remarks and obſervations.* Lond. 8.

Gallice *Diſſ. ſur le gui de chene, remede ſpecifique pour les maladies convulſives.* Paris 1719. 12.

Germanice *non nullis obſervationibus aucta.* Altenb. 1778. Viſci grana triginta ſingulis ſex horis dat, in pulverem triti, quernum præcipuum eſſe. In convulſivis morbis puerorum, in chorea ſancta numquam non ſalubre eſſe medicamentum. Sanatos eſſe plurimos ubi omnia reliqua medicamenta abſque effectu fuerant, tincturam facilius ferri quam pulverem. Hæ laudes mihi nimiæ videntur.

Tuthill *Vindication and ſame objections ageanſt* D. Colbatch's *hypotheſies.* Leid. 1698. 8.

Family dictionary for health. Lond. 1695. 8.

Apollo mathematicus or the art of curing diſeaſes by D. Pilcairns *principles.* Lond. 1692. 8.

Chartes granted to the apothecaries at London. ib. 1695. 8.

§. DCCCCL. Varii Nuperi.

Francois Raynaud *Traité des fievres malignes & pourpurées où l'on propoſe un nouveau Syſteme ſur leur nature & ſur leur curation non par la ſaignée, les acides, & la glace, mais par les diaphoretiques.* Carpentras 1695. Montpelier 1737. 12. Febres malignas eſſe a ſanguine per ignem ſolis & aſtrorum exuſto. De morſu canis rabidi, iſtius animalis ſanguinem viſcidum eſſe & ſulphureum, inde metus aquæ, quare concepto igne nocente vulnus ferro candente curandum. Utique per exempla etiam febribus intermittentibus exanthemata ſupervenire. Pro uſu theriacæ, carnis viperini & mithridatis in malignis febribus. Acida ſupprimere ſanguinis effervefcentiam, quæ neceſſaria ſit pro demiſſione particularum ignearum. Ægrum meraco jure carnium & viperarum alendum ex capri, vervecis & viperæ carnibus cocto.

Novæ

Novæ editionis ſolus titulus mutatus brevior. *Traité des fievres malignes, dans le quel on prouve qu'il n'eſt aucun remede plus propre a les guerir que les diaphoretiques.* Nihil præterea mutatum.

Le medecin deſintereſſé ou l'on publie pluſieurs remedes infaillibles, trez experimentés & a peu de frais. Paris 1695. 12. HOUSS.

PINTEVILL *Treſor de ſanté avec un remede ſingulier contre la peſte.* Rouen 1695. CAR.

FRANCISCI POUPART *Chirurgie complete.* Paris 1695. 12. PORTAL.

In *hiſt. de l'Acad.* 1700. abſceſſus cerebri & cerebelli, inde periodicæ convulſiones die 51 funeſtæ.

Abſceſſus cerebri dextri, convulſio lateris ſiniſtri.

Les œuvres medicinales de l'herboriſte D'ATTIGNA *contenant les remedes choiſis les petits ſecrets & la Medecine aiſée.* Lion 1695. 12. 3 Vol. Pauca eſſe viliſque prætii.

LOUIS PENICHER *Collectio pharmaceutica, ſ. apparatus ad novam pharmacopœam.* Paris 1695. fol.

EJ. *Diſſ. ſur le l. de medecine.* 1704. 12. Noſtram artem medicam a Galenica differre. Iterum in lite medicorum de novo collegio *Chambre Royale* conquerentium. *Factum pour le Doyen & D. D. regens de la faculté de medecine contre Monſ. Pierre l'Anglois, François Prieur, Pierre Viret & conſorts ſoi diſans D. D. en medecine des facultés de Montpelier, de Rheims & d'autres facultés provinciales.* Paris 1695. fol. FONSETTE.

Reponſe pour la faculté de medecine. Paris 1695. 4. ad leges provocant Regias, quæ medicos exteros excludunt.

Denique Rex querelis ceſſit. EJ. eſt *Declaration du Roi portant ſuppreſſion de la Chambre royale avec la reponſe à la requete importante.* Paris 1695. 4. FONSETTE.

BARTHOLOMEI D'HERBELOT interpretis Regis & linguæ arabicæ & perſicæ peritiſſimi *Bibliotheque orientale.* Paris 1697. fol. B. B.

L. poſthumus cum auctor 1696 obierit. Ad hiſtoriam Turcarum, Perſarum, Arabum & Tartarorum, non ſolum hiſtoriam ſed etiam ſcientias & ſcriptores, quorum plurimos recenſet, etiam medicos eorumque opera. Libris imprimis indulget locum, qui ex Arabum operibus, maximum recenſet numerum, in

in medicis aliquanto minus. Duos MESUEN, recenſet medicum HAROUNIS & alterum medicum Califæ WATHIK BILLET. Utiliſſimus auctoris labor & quo plurimum ſum uſus, neque quidquam ex Europæis ſumſit.

Memoires ſur ſa vie par ANCILLON in hujus viri MEMOIRES. Amſterd. 1709. 12.

J. G. D. T. *Chiromantiſches und phyſiologiſches Kleebladt*, ROMPHYLE *Handwahrſagerey*, SPADON *Schauplatz der Curioſitäten*, ELSHOLZ *Anthropometria*, ROMINIEI DE RUBES *phyſiognomiſche Tafeln*, CARDANI *Metopoſcopia*, MELAMPUS *von den Mitlern.* Nurnberg 1695. 8. TR.

JACOB HERVELT *geneeskondige aanmerkingen.* Amſterd. 1695. a. 1693. lego in ABKOUDE BR.

J. CHRISTOPH SUTERII *Kurzer Unterricht, wie ein Menſch ſein Leben auf das höchſte Alter bringen könne.* Jen. 1695. 8.

J. HENR. BOLMANN *De febribus intermittentibus earumque explicatione & curatione.* Marburg 1695.

EJ. *Species facti über eine verwundete Hand.* 1716. 4.

EJ. *Kurzer und gründlicher Bericht von einer wahren aufrichtigen Goldtinctur.* Quedlinb. 1711. RIV. BR.

EJ. *Nachricht von zweyerley wahren Goldælen.* Werningerode. 1716.

J. GEORG GUTTORFS *Gründliche Anweiſung der Peſt.* Dreſd. 1695.

BARTHOLD BELLI *Beſchreibung des Thee, Caffee, Chocolate und des chineſiſchen Aniſum ſtellatum.* Leipz. 1695. 4.

Groot misbruge van de Thee en Caffy. Haag 1695. 12. CART.

J. BRUNSMANNI *Energumeni coagienſis ſ. admiranda hiſtoria de horrenda cacodæmonis tentatione, quacum in Selandia Daniæ ejuſque urbe Coagio familia Civis integerrimi per annorum aliquot ſpatium eſt conflictata, e ſermone Danico lat. interpretata & cum duplici Auctario edita.* Lipſ. 1695. 12.

§. DCCCCLI. DISPUTATIONES.

J. FUMOUZE *De Dyſenteria.* Leid. 1695. 4. HÆN.

E. ROELANDE *De peripneumonia.* Leid. 1695. 4.

C. STEI-

C. STEIGERTHAL *De plethora ſ. nociva corporis partium abundantia.* Leid. 1695. 4.

C. SISMUS *De ſuffocatione ſpaſmodica.* Leid. 1695. 4.

J. SCHROEDER *De paralyſi & apoplexia.* Leid. 1695. 4.

J. WOLFGANG LIEBENTANZ *De valetudinario lactantium.* Leid. 1695. 4.

SIMON WEISE *De auxiliari morbo.* Leid. 1695. 4.

J. C. WEMAN *De medico clinico publico.* Leid. 1695. 4.

P. FROMANS *De balneis.* Leid. 1695. 4.

ADRIAN ZIEGLER *De odotanlgia.* Utrecht 1695. 4.

STEMAN *Hydrophobia.* Utrecht 1695. 4.

SAMUEL SOLINUS *De pleuritide vera.* Utrecht 1695. 4. *.

NICOLAUS von der WIPPEL *De convulſione.* Utrecht 1695. 4. *.

L. von ECK *Delineatio medici genuina.* Utrecht 1695. 4.

PHIL. JACOB RUMPEL *De tabe ſcorbutica.* Utrecht 1695. 4. *.

GALENUS TRETZEL *De arthritide.* Utrecht 1695. 4. *.

CASPAR STEIGERTHAL *De plethora.* Utrecht 1695. 4. *.

CHRISTOPH TRYON *De cordis palpitatione.* Utrecht 1695. 4. *.

LAURENT. van der BOSCH *De partu cæſareo.* Traject. 1695. 4. *.

JANI CASSINI de BUGELLA *De apoplexia.* Prag 1695. 8.

MATTHIÆ SPIEWACZER *Ægroti conſideratio generice omnes totius corporis humani partes & morbos perpendens, in ſpecie αιμοφθισεος naturam.* Prag 1695. 8.

PETRUS DEICHMANN præſide BARTHOLINO *De febre lipyica.* Hafn. 1695.

CHRISTOPH HAMER *De ſpina ventoſa* præſ. C. BARTHOLINO. Hafn. 1695.

MICHAEL ERNESTUS ETTMULLER præter *numeroſas* diſſertationes nihil edidit, niſi quod paterna opera recudi fecit. *Vitam* ejus ſeorſim edidit. Lipſ. 1703. 4. & contra CYRILLUM editorem aliqua monuit.

Indicavit eam editionem in *pertexta operum paternorum hiſtoria eorum ſ. editionem ſignificat.* 1703. 4.

Ej. *Tactus ſenſuum externorum moderator.* Lipſ. 1695. 4.

Ej. *De variolis.* ib. 1700. 4.

Ej. *Corpus humanum ſympatheticum.* ib. 1701. 4. *.

Ej. *De ira.* ib. 1701. 4.

Ej. *De lectione auctorum in medicina progr.* ib. 1702. 4.

Ej. *Vigiliæ involuntariæ.* ib. 1705. 4. *.

Ej. *De medico mendace progr.* ib. 1709. 4.

Ej. *De aſthmate.* ib. 1710. 4.

Ej. *De tormentis & pœnis ſuſtinendis.* ib. 1711.

Ej. *De effectubus muſicæ in homine.* ib. 1714. 4. Pl.

Ej. *De criſi & tumoribus criticis.* 1717. 4.

Ej. *De vitiis circa ſomnum vigiliaſque* 1720. 4. Reſp. & auctore Lischwiz.

Ej. *De diligentia* Hippocratis *continuanda.* ib. 1720. 4.

Ej. *De natura medica.* ib. 1721. 4. Pl.

Ej. *De divinationibus medicis.* ib. 1723. 4. Hæn.

Ej. *De curando hydrope medicamentis ſpecificis* 1725. 4. *.

Ej. *De ſecundinarum excluſione.* ib. 1726. 4.

Ej. *De venenati propinati dubiis indiciis.* ib. 1727. 4. *.

Ej. *Æger prægrandi pedis inflammatione laborans.* 1735. 4. *. Conſilium medicum & æger reſtitutus.

Ej. Prgma. *de veſiculis vegentibus de recto erumpentibus.* 1731. 4.

Ej. *De ſpaſmo veſicæ & aliis veſicæ morbis.* 1723. 4. *.

Gottlob Frid. Jenichen *in ejus funere programma.* 1732. fol. Burm.

Steph. Andreas Mizler *De veterum Celtarum œlia & zytho ad illuſtrandum*

illuſtrandum Flori *locum* Diſp. Wittenberg 1695. 4 Præſ. G. C Kirchmayer, plures de eo extant diſſert. phyſicæ. Br.

Ern. Henr. Wedel Georgii fil.

Ej. *De tinctura martis helleborata.* Jen. 1695. 4. Burkh.

Ej. *De ephemera.* ib. 1698. 4. Burkh.

Ej. *De catarrhis.* ib. 1701. 4.

Ej. *De hydrope.* ib. 1701. 4. Burkh.

Ej. *Phyſiologia urinæ.* ib. 1703. 4.

Ej. *Phyſiologia ſalivæ.* ib. 1704. 4.

Ej. *De aquis deſtillatis.* ib. 1704. 4.

Ej. *De vermibus.* 1707. 4.

Ej. *De tranſpiratione inſenſibili.* ib. 1708. 4.

Ej. *De morbis concionatorum.* 1707. 4. recuſa 1742. 4.

J. Phil. Treuner *De morbis.* Jen. 1695. 4.

Daniel Nebel Profeſſor Marburgenſis & Heidelbergenſis.

Ej. multæ ſunt Diſputationes.

Quid de methodo hominum morbos expectatione curandi ſit ſentiendum. Marp. 1695. 4. Burkh.

Ej. *De paſſione iliaca.* 1696. 4. Heft. Br.

Ej. *De medicamentis chalybeatis.* Heidelb. 1711. 4. Hænel.

Ej. *De methodo medendi proportionibus mechanicis.* ib. 1712. 4. Hæn.

Ej. *De extractione fœtus humani ex utero.* ib. 1713. Heft.

Ej *De gutta ſerena.* ib. 1715. Burkh.

Ej. *De morborum geneſi & therapia.* ib. 1715. 4.

Christoph Helwich *De apoplexia.* Altdorf. 1695. 4. Burkh.

MATTH. EUCHAR. STURM *oratio de linguæ græcæ in ſtudio medico utilitate & neceſſitate.* Altdorf 1695. 4.

J. B. SCHWARZMANN *De ſiti morboſa.* ib. 1695. 4. HÆN.

CHRISTOPH ERASMUS GOKEL *De herpete.* ib. 1695. 4. HÆN.

J. M. FUNK *De bile vitioſa corrigenda.* ib. 1695. 4. HÆN.

J. SAMUEL SCHODER *Dirus hydrops medicorum ſcandalum.* ib. 1695. 4. HÆN. *.

J VIERZIGMANN *De phimaſi.* ib. 1695. 4. HÆN. laudat mercurium cinnabarinum J. G. VOLCAMERI.

WOLFGANG WILHELM BACHMEYER *De ſingultu.* ib. 1695. 4. *.

JOACH. KUHN *De lotionibus & balneis græcorum.* Argent. 1695. 4. PL.

DAN. WENCKER *De paralyſi.* Argent. 1695. 4. PL.

J. FRID. SCHAADEL *De gonorrhæa virulenta.* Argent. 1695. 4.

NICOL. RAINSSANT & RUYLON *Actiones medicæ.* Paris 1695. 12. GUNZ. Prima oratione nr. I. jam 1667. habita *artem medicam contra ſarcaſmos* MICHAELIS de MONTAGNE tuetur. *Voces medicas* interpretatur, ad hiſtoriam medicinæ imprimis etiam DURETI.

PETR. YON E. *fructuum eſus ſalubrius* panis condimentum *ſarcophagia.* Paris 1695.

U. QUIQUEBOEUF & BOMPART *An concipiunt quæ frigido ſunt utero.* Paris 1695.

J. BOUDIN & DAN. TAUVRY E. *uteri cum ſupernis partibus conſenſus nervorum interventu.* Paris 1695.

J. B. MOREAU & BOMPART E. *quadrageſimali tempore piſcium eſus carnium eſui anteponendus.* Paris. 1695.

REN le CONTE & THUILLIER E. *cereviſiæ potus ſaluberrimus.* Paris 1695.

FR. AFFORTY & JOS. de TOURNEFORT celeberrimus botanicus. E. *potus e ſalvia ſalubris.* Paris 1695.

NIC. de JOUVANCI & MICHELE. E. *pane & aqua contenti ſalubriores.* Paris 1695.

GEAN

Gean Priaux & Cressé E. *ſtatim a cibo labor omnis vitandus.* Paris. 1695.

Petr. Drouin & Henr. Tauvry E. *vere piſcium eſus ſalubris.* Paris 1695.

Mich. de Hodenie & du Fresne E. *Chemiæ & medicinæ eadem elementa.* Paris 1695.

J. Cardesle & Collat *Non* E. *a potione e theriaca a quacunque febre maligna præcavetur.* Paris 1695.

Ant. de S. Yon & le Clerc E. *ab immoderato potu decocti coffé ſterilitas.* Paris 1695.

J. Robert & J. B. Chomel E. *ruris incolæ vivaciores.* Paris 1695.

Franc. Vezou & du Fresne *An recens natis coloſtrum.* Paris 1695. Pl.

C. Ruylon & Phil. Huques E. *chronicorum morborum medicina in alimentis.* Paris 1695.

U. Berger & Jacquemiere E. *arthritidi obnoxiis γαλακτοποσία.* Paris 1695.

Fr. le Rat & Puylon *Non E. humorum morbi ſive diſſolutio & concretio ſemper ab acido.* Paris 1695.

Laur. Labbé & Cressé E. *febris eſſentia calor.* Paris 1695.

And. Enguehord & Tournefort E. *ab exlege ſanguinis circuitu morbi.*

Jac. Thomasseau & Michelet E. *ab exlege inſpirati aëris motu febris.* Paris 1695.

Lud. Porier & Tauvry E. *dyſenteriæ mochlica purgatio.*

Petr. Bourdelot & J. B. Chomel E. *peracutis ſtatim, ut plurimum purgatio per ſuperiora.*

J. B. Ren. Moreau & Gaillard E. *tepidæ potus febrium rigorem ſolvit.*

§. DCCCCLII. Diaria ad a. 1695.

In E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* 3. ad a. 1695. & 1696.

Christianus Helwich Vratislavienſis medicus.

Obſ. 42. Puer cui paulo poſt variolarum eruptionem cutis Cardo inuncta fuerat; repulſis variolis ſucceſſit univerſi corporis tumor, cui demum tamen ſalibus ſubvenitur.

Ann. 4. *Obſ.* 35. menſes quarto a morte die manantes.

Obſ. 34. Gonorrhœa catarrhalis adfinis fluori albo.

Ann. V. VI. *Obſ.* 67. Juvenis hydragogi dupla doſi, alvo ſurſum & deorſum mota hydrops ſanatus.

Obſ. 68. Ex ulcere labii humor manans omnia exedens.

Obſ. 69. Hæmorrhagia in variolis innocua præter ſpem auctoris.

Obſ. 179. Ab opii granis quinque longus ſomnus tamen innocuus & ſalibus volatilibus ſuperatus.

Obſ. 189. Meretrici etiam gravidæ bis venam ſecaſſe, neque inde quidquam mali paſſam eſſe.

Obſ. 191. A dyſenteria poſt mortem ſudor.

Obſ. 193. Poſt hæmorrhoides & diarrhœam tumores aqua turgidi per femur, etiam in ulcera abeuntes.

Obſ. 194. In febre intermittente major hæmorrhagia narium utilis, conſequens dyſpnoea, tuſſis viſcida, appetitus defectus, cortice peruviano contra opinionem noſtram ſanata.

Obſ. 194. Tincturam (ſpiritum puto) ſulphuris Williſianam in tuſſi utiliter ſumtam eſſe, nonnumquam tamen inde ſanguinis aliquantum rejectum eſſe.

Ann. IX. X. *Obſ.* 118. Hirudinem Hippocraticam ſanguinem de ore trahentem eſſe venam varicoſam ſ hæmorrhoidem.

Obſ. 109. Idem de veſicæ hæmorrhoidibus.

Obſ. 120. Ex doloribus arthriticis per metaſtaſin ſcirrhos ſanguineos natos.

J. Georg Hayer Medicus Mulhuſanus.

E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* 3. *Obſ.* 44 Fetus ex matre febre extincta die tertio cum fragore expulſus.

Obſ. 46. Oleo baccarum juniperi qui febrem propulſare volebat enectus.

Obſ. 47. Juvenis, cui in febre ſitulam frigida plenam ſuper corpus effuderant, continuo interiit. *Obſ.*

Obſ. 48. Plures nautas, qui in febribus malignis delirantes ſe mari præcipites dediſſent, extractos convaluiſſe.

Obſ. 49. Qui ob arthritidem indies abſque noxa opii ſcrupulum deglutiit.

Obſ. 51. In dyſenteria datum bono eventu vitrum antimonii, nulla cera larvatum.

Ann. VII. VIII. *Obſ.* 176. a Belladonna delirium ferox, ut tamen poſt aliquot dies ſomnus malum auferret.

Obſ. 177. Caſu deglutita aqua ſtygia, inde cardialgia, tormina, data aqua, oleo, lacte ſublata.

Obſ. 178. Mors a colocynthidis infuſo, in alio per reliquam totam vitam alvus ad omnia purgantia ſurda.

Obſ. 179. Puer epilepticus febre maligna infectus, eo abſque malo defunctus, utens abſorbentibus opiatis.

Obſ. 180. Cholera defunctus ventriculo vix leviter inflammato, nulla cauſa mortis.

Obſ. 152. Nimia ubertas lochiorum.

Ann. IX. X. *Obſ.* 93. A rore melleo putat corrupta mala choleram morboſque natos epidemicos.

Obſ. 94. Fœtida nebula plures ſani homines primum cephalalgia deinde febre maligna correpti perierunt.

PETRUS CHRISTIAN FRIDRICH HANNEMANN.

Obſ. 63. Qui ſubito totus obriguerat cum reconvaluiſſet, omnium pilorum in univerſo corpore defluvium paſſus eſt.

Obſ. 66. In fluxu oculorum, veſicis excitatis cœcitas.

CAROLUS SCHROETER Medicus Zittavienſis.

Obſ. 94. Tumor abdominis cum dolore tenſivo, adſumto laxante ſolutus, calculo excreto qui plus ſemuncia pendebat.

Ann. II. *Obſ.* 46. Immanes aurium dolores a vermibus in auditorium meatum dormientis irrepentibus, teredines vocat.

Obſ. 47. Aphonia non tamen diuturna, a vermibus mota.

Ann.

Ann. V. VI. *Obſ.* 234. Melancholica quam anxietas a templis repulit.

Obſ. 235. Aphonus & ſurdus a verberibus, ſugillato capite, dolore & tinnitu aurium ſuborto, vocem recuperavit.

Obſ. 236. Epilepſia cum moribus caninis & latratu.

GODOFREDUS THOMASIUS Medicus Norimbergenſis, eruditus, cujus ampla fuit librorum collectio.

Eph. III. *Obſ.* 190. A draſtico purgante hypercatharſis, ut poſt aliquot hebdomades membranæ multæ cum tenaci muco per alvum egeſtæ fuerint, etiam quinque uncias longæ. Sanata eſt mulier ſpermate ceti ex lacte ſumto.

Obſ. 191. Epilepſia in virgine, deinde primo extaſes alterne in cachinnos degeneres. Vermibus a mercurii dulcis uſu ejectis ſanitas reddita ſumto poſtea mercurio cinnabarino.

Obſ. 192. De cauſis epilepſiæ. Morbi metallici eorum qui in cupro laborant, quorum feles vix ſupra triduum durant, canes intra octiduum ex ſpaſmo etiam intereunt. Infantum dulciaria ad epilepſiam faciunt.

GODOFREDUS GUILELMUS LEIBNIZ poſtea v. LEIBNIZ qui ab matheſeos & metaphyſices intima cognitione demum fere ex omnium artium & ſcientiarum peritia maximum nomen nactus eſt, *decus Germaniæ ſempiternum.*

In *Appendice* ad *Ann.* III. *Dec.* III. E. N. C. Diſſ. dedit *de novo ſpecifico antidyſenterico* Radicem putat a mercatore GRENIER in Galliam advectam a medico HELVETIO in noſodochio in uſus tractam medicos, meruiſſe medendo ut arcanum utique magna pecunia redimeretur, valde querente mercatore qui inanis abiit. Radicem Ipecacuanham eſſe Caa-apium PISONIS, a viro Cl. ad dyſenteriam & adfines morbos commendatur. Formulæ Helvetianæ.

Seorſim prodiit *Relatio de novo antidyſenterico.* Hannov. 1696.

J. D. A. D. ad EUTHIUM dedit *periphraſin jatricam morbi & obitus Ducis Megapolitani.* Febre laboraverat catarrhali, quam noſter rheumatico ſcorbuticam vocat. Omiſſa venæſectione, datis carnium ſucculentis juſculis cum medicamentis bezoardicis calidis. Poſt errorem diætæ ſanguinem abunde vomuit, abſurdis cibis uſus hydropicus viſus eſt, hepate globulis induratis repleto, renibus grandinoſis, ureteribus peramplis, altero pulmone ſanioſo gangrænoſo.

In Philoſ. Tranſact. nr. 215. EDUARDUS BAYNORD Arthritidem ait fieri a copia alcalinorum in ſanguine ſalium. In urina arthriticorum ne trigeſimam quidem partem eſſe ſalis quod reperiatur in ſani hominis lotio. Urina retenta uſu acidi liquoris reſtituta, aliquot in exemplis.

Of

Of the genuine uſe of hot and cold baths with the wunderfull uſe of the both. Hic titulus quintæ eſt editionis London 1722 8. *. in qua BAYNARDI opus cum FLOYERI ψυχρολουσια conjungitur. Epiſtolæ ſunt numeroſiſſimæ, quibus abſque ullo ordine obvia ſibi quæque de utilitate frigoris, diætæ acidæ tenuis, de noxis ſcriptionum calefacientium conceſſique vini & negati in acutis morbis aquoſi potus, ægroti in maniam incidebant. Sed potiſſimum magnam in narrationem evaſit, quæ balneo frigido debentur, quo ſanatæ ſunt convulſiones, febres intermittentes etiam frigida in principio paroxyſmi de antlia cadente recepta. Porro hydrops aſcites (cum uſu aquæ marinæ) rheumatiſmus, conſumtiones, loquela difficilis. Fatetur tamen aliis funeſtum a frigido eventum ſuperveniſſe. Intercedit non inutilis ſermo de longævis, tamen & fabellis vix carens. HENRICUS JENKINSON qui oſtiatim ſtipem colligebat ad a. 171. pervenit, RICHARDUS LOYD & ipſe pauper diæta acida vegetabili ad a. 133. periit, cum victus ei paulo liberior præberetur. Multa in eum ſenſum exempla.

In appendice agit de balneo frigido, de uſu frigidæ potus & diætæ tenuis adverſus ſcorbutum, de vi agitatæ machinæ ad rheumatiſmum, aquæ torrentis rapidi inmiſſi in fungum articuli, Maniæ curatæ mitra nive refrigerata & frigida emulſione & illapſu frigidi fluminis, ſic paraplegia, aſcites, ſuperati copioſiſſimæ frigidæ potu, & debilitas paralytica a balneo frigido ſanata. Sic infantes nuper nati cum articulationes ſubluxatæ erant. Poſt diuturnos dolores repens ſalus a demerſione in frigidum flumen. Indæ ſi in calidiſſimo balneo vaporis ſudore diffluunt, bis ſe in frigido flumine demergunt, denique ad ignem vadunt & ſe ſiccant, ſanitatemque recuperant ſummam.

Denique de ſalubri aëre Bathnienſi, in quo tres ſæculares & cives quadraginta qui annos 88. adtigerunt. Cum thermis nunc conciliatus, eorum protracto uſu maximos morbos potiſſimum abdominales ſuperatos, & eoſdem fere effectus quæ a frigidi balneis obtineri. Editio germanica multa pauciores habet epiſtolas ad BAYNARDUM datos.

§ DCCCCLIII. JOSEPHUS & ANTONIUS VALISNERI.

Primum patruum ad 1693. ASTRUCIUS refert, perinde vero fuerit ſi cum nepote recenſuerim eum codicem tantum M. S. reliquerit & ante a. 1700 de vita deceſſerit. Patruus, Scandianenſis medicus, archiater principis ſui nepoti reliquit *Veram methodum* celticam luem ſanandi. (*) Inunctiones permittebat etiam non præparato corpore. Poſſe ad 14 uſque inunctiones permitti. Et in lue ſummam hydrargyri utilitatem eſſe & in paralyſi, dolore iſchiadico, arthritide fixa, ulcere cancroſo linguæ, ſuis votis reſpondiſſe. Vita viri eſt in Galeria di Minerva II. p. 35.

ANTONIUS

(*) Opera Vol. III. p. 166.

Antonius nepos medicus, ſed rei naturali & inſectarum cognitioni & univerſæ phyſicæ addictior, incredulus fabellis. Profeſſor Patavinus, multa tamen in ſuis operibus ad nos faciunt, Potuiſſem dudum eum laudaſſe, cum de *morborum tranſmutationibus* pro doctorali laurea 1654 diſputaverit, verum primum opuſculum in diario *Galeria* di *Minerva* a 1696. denuo imprimendum dedit & primum de arte inſectorum dialogum, vir nobilis, in natura ipſa laborioſus, aptus etiam per repetita experimenta de latente vero inquirere, dictione pura & ingenioſa ſua placita adornabat.

Anno 1700 cathedram adiit cum oratione in qua demonſtrat: *Studia recentiorum non eruere veterum medicinam ſed confirmare.*

Inde Patavii 1700. 4. prodierunt *Conſiderazione ed eſperienze intorno al creduto cervello di bove impetrito*, contra Duvernoyum juniorem oſtendit, non ipſum fuiſſe encephalum quod in duritiem lapideam tranſierit, ſed exoſtoſin; Plures & alibi & Patavii ſimiles exiſtere caſus boum, quorum cranium tumore oſſeo ſimile cerebro fuerit, qua occaſione de Scarabellii bove dicit, quem & ipſum dum conſtaret exoſtoſi laboraviſſe & ejus inde exoſtoſin deſcriptam dat & delineatam.

Cum eo libello prodiit alter *Conſiderazioni ed eſperienze intorno alla generazione de vermi ordinari del corpo umano.* Patav. 1710. Pleraque equidem pertinent ad vermes eorumque originem, quam negat ſpontaneam eſſe aut ex putredine ſequi. Ea occaſione de multis vermibus dicit in corpore animali repertis, de ſerpentibus qui polypi ſunt aliiſque fabellis. Omnia animalia vermes ſuos habere, qui in eorum corpore habitant, eoſque internos vermes intra noſtra viſcera naſci, neque ex putredine neque extrinſecus advenire. Tunc de Tænia deque catena vermium cucurbitinarum quam noſter vidit, de eorum vaſis lacteis & ovis. Experimenta pharmacorum quæ vermes occidunt, ut frigida, dulcia, amara.

Ut ii vermes in canali mucilaginoſo contineantur. Vermis latus Tæniæ caput eſt & canalis alimentarius & os & oculi & dentes. Caput tamen & oculi mihi minus certi videntur. Contra Andryum. Ejus Solium non verum eſſe animal, ſed faſciam eſſe ex multis cucurbitinis.

Ej. *Nuove eſperienze ed oſſervazioni intorno all' origine ſviluppi e coſtumi di vari inſetti.* Agit de vermibus qui in ſinubus pituitariis variorum animalium habitant.

Ej. *Nuova ſcoperta dell ovajo e dell nova de vermi tondi degli uomini e de' vitelli* Padova 1713. 4. *. Polypus ſanguineus per lotium redditus, pro vipera ſuperſtitioſe celebratus. Lumbricus teres per vomitum rejectus, referente Pacchiono & vermes fructuum horæorum & nucum cibis adveniſſe. Id rejicit Valisnerius & mavult vermes terreſtres fuiſſe aut veros lumbricos. Vermes generi

generi humano connatos fuiſſe. Vermes veſicæ ſæpe ab inteſtino recto eo veniſſe, alios etiam dari, quales neque conſpicui cum arenulis expulſi fuerint. Vermes urinarii a vermibus recti differunt & ſunt minimæ muſcæ auctori notæ larvæ, RUYSCHIUS etiam habet.

Ej. *Diſamina d'un articolo dell opere della generazione dei vermi del corpo umano, del* S. ANDRY *e* 2. *lettere in cui ſi eſpoſano gli motivi per quali il* S. A. *ha ne ſuoi giornali maltrattato il noſtro autore.*

Ej. *Lettera in cui ſi fa veder quanto profito ha fatto il* S. A *per la lettura del opere del* S. VALISNIERI. Acres epiſtolæ.

Harum epiſtola aliqua videtur eſſe quæ gallice prodiit, inſcripta *Lettre a l'auteur de la generation des vers.* Paris 1727. 12. BUR. Vertente M. NOGUEZ.

In *ſtoria del Chameleonte africano.* Venez. 1715. 4. *. refutat venenatam naturam liquoris, quem bufones rejiciunt & quem urinam vocat.

Ej. *Nuove oſſervazioni fiſiche e mediche fatte ſulla conſtituzione verminoſa ed epidemia inſeguente nelle cavalle cavalli e puledri del Mantovano.* ib. 1715. Morbus natus ab inſectis ova intra ventriculum non adeo in inteſtina equorum deponentibus. Ea nunc deſcribit, remedia addit quibus hæc peſtis depellatur, inter ea inunctiones partium in quas muſca ova deponit, nempe anum.

Ej. *Nuova idea del mal contagioſo de Bovi.* A minimis animalculis eam luem naſci, eos vermiculos ex Ungaria adveniſſe. Huic hypotheſi curationem ſuperſtruit, quam molitur hydrargyro, mota ſalivatione. Et in univerſum peſtilentiam hominum & pecoris ab inviſibilibus eſſe vermiculis. Deſcribit etiam placentam, quæ in veſiculas abiit, jam a. 1690 ad MALPIGHIUM data & in E. N. C. Dec. II. A. 9. excuſa. De hydatidibus hepatis aliiſque. Recte liquorem modo cogi modo neutiquam. Utero corrupto tamen ſuo tempore catella catuliit. Foramen etiam in cauda deſcribit, per quod ſcorpius venenum ejicit.

Ej. *Nuova giunta de oſſervazioni ed eſperienze intorno alla ſtoria medica e naturale.*

De pediculis cum FULVIO GHERLI epiſtolæ mutuæ, de eorum ſede quam ponit ſub cutem. Phthiriaſis. Pediculos quos ſub cute aliqui viderunt cutem perforaſſe ut eo venirent. Etiam muſculis deſtructis duos homines periiſſe. In Italia venenum in viperæ morſu debile eſſe, venatores canes ſuos demorſos abſque medicamento videre convaleſcere. Vermis teres per lotium egeſtus. Acus crinalis deglutita de regione hepatis exiit & plures acus deglutitæ de collo.

Hic videtur decerptum eſſe *lettere fiſico mediche intorno all origine del morbo detto pedecolore e ſuoi rimedi.* 4.

FJ. *Storia della generazione del uomo e degli animali.* Venez. 1721. 4. *.

Germanice vertente BERGERO Lemgov. 1739. 8. *. Partem anatomicam diximus. Ad rem clinicam facit magna pars, interſperſa clinica aut pathologica. Ovum ſeptimeſtre cum hydatidibus editum. In hepate hydatis cui duæ membranæ, interna duplo major, liquor non cogebatur. Iterum in bovis macilenti hepate hydatis enormis, intus ſebum. In alio hepate hydatis cujus liquor exhalabat. In parte tertia agitur de ſterilitate mulierum. Frequentius feminas ſteriles eſſe quam mares. Cauſæ variæ ſecundum HIPPOCRATEM. Remedia ex HIPPOCRATE aliiſque ſcriptoribus. Curationes aliquæ per lac caprinum aut excitans per Calamum, zedoariam, per migrationem in aërem calidiorem.

Cum hiſtoriis monſtrorum alias laudatis plures molæ deſcriptæ. Ovarii hydrops. Porro varias collectiones edidit.

Eſperienze ed Oſſervazioni ſpettanti alla ſtoria medica e naturale. Patav. 1718. 4. & Venet. 1720. 4. Ovaria lumbricorum teretium humanorum. THOMAS ALGHISI de vermibus cum lotio prodeuntibus. SCHEUCHZER hydrocephalum vidit inter cranium duramque meningem.

Racolta di varie oſſervazioni ſpettanti all iſtoria medica e naturale. Venez. 1710. & alias itinera repetuntur.

In *viaggi per gli monti di Modena* quæ DANIELLIUS edidit.

Res equidem naturales potiſſimum proſequitur, huc tamen pertinent quæ de thermis aliiſque fontibus medicatis habet. Urinam bufonis innocuam eſſe etiam cuti adſperſam. (Id ſæpe expertus confirmo).

Dell uſo ed abuſo delle bevande bagnature calde e fredde. Epiſtolæ ad D. DIEGO D'ARACILE in quibus VALISNERIUS morem medicorum Neapolitanorum & Melitenſium impugnat, qui & in ſanis & in febribus aquas nive temperatas propinant. Contra balnea frigida, ſacerdotem Patavinum in lavando periiſſe. Perinde multis epiſtolis *calidi vini* uſus laudatur, eum in adjecta epiſtola J. B. DAVINI noſtri avunculus commendat. Senſim prodiit Neapoli 1727. 4.

De eodem vino calido variorum epiſtolæ.

Raccolta di varie oſſervazioni ſpettanti all iſtoria medica e naturale, aliud opus a priori diverſum. Recuduntur obſervationes ſparſim editæ in *Galeria di Minerva*,

Minerva, *Giornale dei letterati d'Italia* & E. N. C. adduntur inedita. Huc VALISNERI epiſtola de ſacharo lactis ejuſque efficaci uſu in podagra per experimenta confirmata. Herpetis ſpecies in Africa occidentali, quam ſerpenti tribuunt. Orobi ſ. Ervi noxia vis, inde paralyſes ſequi. Contra varia ex animalibus deſumta medicamenta & lapidem alectorium. Ex tumore tarſi vermiculus, quem noſter Veſpæ Ichneumoni tribuit, quales in animalibus frequenter vermes generant ſubcutaneos. Olei Amygdalarum adverſus concretiones lapideas utilitas. Uterus & lien male rei facti. Bufones impune comedi, urinam tamen ciere, his anates abſque malo veſci. Morbus calculoſus bombycis. Ex ano prodeuntes hydatides. Cornu ex felis capite. Hæmorrhagia narium & vermis e naribus proſerpens in febre acuta. Vermis bicornis vomitu a puero bimeſtri redditus. Alii vermes per urinam per vomitum rejecti. Calculi pulmonales, ſalivales.

Diſſ. *academica de utilitate corticis peruviani*, quem contra obtrectatores & febris patronos tuetur. Poſſe etiam in malignis febribus prodeſſe. Poſſe in febribus vini ſpiritus utiliter exhiberi ut coctio juvetur, putredo arceatur, ventriculus confirmetur. Alius ejusmodi ſermo *num in pleuritide ſecanda vena*, contra eam ſectionem. Eandem in febribus tertianis admittit. Cur terrea in febribus malignis dentur? ut odorem odoratorum conſervent. Caſſiæ cum Manna miſtæ majorem ad purgandum vim eſſe. In febre bilis culpanda, eam Opiata prohibent erumpere. Pro cortice peruviano, ejus partes amaras & alias ſtypticas ſanguinem condenſare. *Petram* hyſtricis artificialem utiliter dedit, æque priapum marinum. In hydrope naturali dormientem reſpirare non poſſe, neque ſedentem niſi incurvatum. Cui induratus lien dolebat, ſpiritum impediebat, poſt vomitum, icterum, tumidus obiit, lien erat ima parte ſcirrhoſus, in ſcirrho fibræ & cavea ſebo plena, veſica enormis, viginti librarum capax. Cor maximum, in ventriculo dextro polypus, ſurculi ex ſimplici ſibi relicto polypo excreſcunt. Pro vini in febribus uſu. In pleuritide ſputum verminoſum. Deglutitio impedita ab œſophagi natura cartilaginea. Felix infuſio in venas hominis a vipera demorſi. Mala ut putat carnea in dorſo pueri. Terra melitenſis adverſus viperæ morſum inutilis comperta. In viperæ dentibus foramina lateralia, utique mortuæ funeſtus morſus. Femina 95 ann. quieto animo vomuit bilem cum phlegmate. Contra HIPPOCRATEM urina cum alvo libera uberior & contra. Decocto ligni Saſſafras urinam auxit, hydropem ſuſtulit. In peſſima febre tertiana ſalutaris Cortex peruvianus. Poſſe plus quam bis vena ſecari. Aqua calida fermentum optimum. HIPPOCRATEM in Aeniadis nimium ſanguinem empirice miſiſſe. Aſphyxia ſeptidua. Memorabile exemplum feminæ ſeptiduo pulſu carente & calore, tamen convaleſcentis. Veſtales quibus menſes ſuppreſſi levatæ ſanguine de brachio miſſo piceo, læſæ a ſanguine de crure fluente magis ſeroſo. Enormis ſanguinis ſingulo menſe ad quatuor libras una vice emiſſio neceſſaria. A ſanguine miſſo menſes præcipi-

tatæ.

tatæ. In eryſipelate feliciſſima & in cephalæa venæſectio. Ut potuerit vipera per os parere, ob cloacam in qua oviductus & rectum inteſtinum conveniunt.

In *appendice* quædam & aliorum adnotationes & VALISNERII. Acus crinalis in veſicam inmiſſa calculo obducta. Calculi coli equorum. Diarrhæa critica & ſalutaris cum uterus inflammatus eſſet, lochia ſuppreſſa. In principe femina veſicula fellea pice quaſi plena cum lapillis nigris. Iterum placenta veſicularis reddita. Vomitus lotii curatus uſu hydrargyri & empyema per lotium purulentum a terebinthina expulſum.

Saggi d'Iſtoria medica e naturale colla ſpiegazione de nomi alla medeſima ſpettanti poſti per Alfabeto. Dictionarii ſpecimen ad hiſtoriam naturalem etiam ad medicinam pertinentis. Propriis potiſſimum operibus utitur & Academiam della Cruſca corrigit cujus pars phyſica parum utilis erat. Medicamenta ſimplicia cum eorum efficacia. Morbi. Fabuloſas opiniones curat refutare, ut baſiliſci miracula. Magnetem contritum ferrum non attrahere. Pedra de Cobra eſſe ſtercus bubali exuſtum. Dracunculum perſicum eſſe animal negat. Artifices qui gypſum urunt, non eſſe calculis pulmonalibus obnoxios.

Conſulti medici quadraginta. Fuſior ut etiam hiſtoriam mutatæ curandi rationis inſerat, ſimplicium amator.

Icterus cum dolore in hepatis ſede a calculis veſiculæ felleæ a noſtro ſanatus. In epilepſia video illa popularia ſuadere, quercinum viſcum, ſtercus pavoninum. Paracentheſin hactenus commendat in hydrope, deinde diuretica exhibet. Ad tubercula pulmonis cortex peruvianus. In venere nullum ſemen per coitum exibat, per nocturnam viam pollutione. Ad theoriam acidam & alcalinam inclinat.

Lettere ſcientifiche ſcritte a ſuoi amici. Alchemica dabat & aurum Poterianum in paralyſi. Latrones qui in peſte maſſilienſi domos expilabant, muniebant ſe aceto quo faciem & os eluebant cum aromaticis herbis infuſo (le vinaigre des quatre voleurs). De ægagropila. Deſcriptio molæ. Icterus cum dolore renum. Ren alter prægrandis totus pure plenus, cui miſta materies gypſea qua obſtructus ureter. Fetus ſemeſtris ex matre hydropica natus num poſſit vitalis eſſe? noſter ſperat. Qui numquam ſemen ejecit. Colica a calculis veſicæ felleæ vehemens, ægra convulſa periit. Iterum de lumbricis humanis a primis parentibus ad nos uſque deſcendiſſe, quare etiam in fetu reperiantur ad quem extrinſecus non poſſunt advenitſſe. Amara ſequi non mirum qui media in bile nati ſunt. Petroleum optimum adverſus lumbricos eſſe remedium. Quæ animalcula in bile vivunt numquam aliis locis reperiuntur.

DOMINICI MASTAGNI *Epiſtola contra* ANDRYUM, moderata, ipſius noſtri eſt.

LEO

Leo Bernardus Pagliai, Compendium placitorum Valisneri in *concluſionibus phyſico medicis* propoſuit, quas Senis a. 1725. defendit.

Vita viri reperitur in *Giorn. de letterat.* 1739. & a filio concinnata cum plena editione Operum quam idem procuravit Venet. 1733. fol. 3 Vol. *. cum titulo *Opere fiſico mediche ſtampate, e MS. del Kavalier* Antonio Valisneri *raccolte da* Antonio *ſuo figliuolo*.

§. DCCCCLIV. Georgius Baglivus.

Baglivus Raguſinus ex ſchola Neapolitana ſub initio hujus ſeculi magnam celebritatem conſecutus eſt, ut etiam novæ vel renovatæ ſectæ auctorem fore ſperaretur. Conjungebat nudam Hippocraticam morborum, criſium, ſignorum, & præſagiorum obſervationem cum hypotheſi methodica, quæ abrogatis humorum vitiis in ſolidorum aucto vel diminuto tono malorum cauſam ponebat. Eam hypotheſin inventis Pacchionianis ornavit ut cor inter & meningem duram, alterni motus vices poneret, a quibus tota machina humana in motum cieretur. Sed ea in phyſiologicis dicta ſunt. Ipſe auctor cum Romæ aliquamdiu ſplenduiſſet præmatura morte interventus eſt a. 1707. annos natus non plures 34. Pacchionianam hypotheſin Fantonus & alii everterunt, ipſa fama Baglivii paſſa eſt detrimentum, cum plagii poſtularetur atque ei objiceretur Casalecchi de morborum tranſmutationibus (*) ab eo eſſe compilatum & Pacchioni atque Valsalvæ inventa. Et certum eſt experimenta in vivis animalibus facta ad ſanguinis ſubtiliorem motum pertinentia totidem fere verbis apud Malpighium in poſthumis reperiri. Demum Baglivum & credulum fuiſſe in tarantulæ miraculis & nimium utique adverſari experimentis in veſicatoriis; ſic quæ vehementia in notis eſt! Ordinem omnino nullum ſequitur & properato ſcribens aliter & aliter de eadem re ſentit.

Ejus Opera ſæpe recuſa ſunt.

Ej. *de praxi medica ad priſcam obſervandi rationem revocanda* L. II. Romæ 1696. 8. *. Alio ut puto cum titulo *praxis medica*. Leid. 1709.

Germanice cum I. *de tarantula & uſu & abuſu veſicantium.* Lipſ. 1718. 8. Koen. Lubeck 1705. 8. Accedunt experimenta infuſoria & alia varia. Præcipuum viri opus. Conſenſus partium & morborum. Omnes ſe ſanatos vidiſſe quibus pleuriticis parotidum ſuppuratio ſupervenerat. Pro veterum ſtudio eorumque praxi contra Helmontium. Studia ſupervacanea nuperiorum improbat etiam mathematica & ſubtiliorem anatomen, ad curatiorem eventuum adnotationem urget. Exemplum melioris morborum hiſtoriæ pleuritidis. Pulſum

(*) V. B. anat. I. p. 781.

ſum huc ſæpe fallere. Non poſſe decumbere & ſitu egere erecto ut ſpiritus duci poſſit lethale. Putat malum in pulmone per plures annos poſſe latere, manifeſtum poſt febrem aliquam ſanatam, ejus ſigna dolor obtuſus, ſpiritus non niſi erecto facilis. In pleuritide diarrhœa pernicioſa & peſſima purgatio. Dolor ceſſans febre ſuperſtite gangrægnæ ſignum mortiſque. Sedem dignoſces ex ſede doloris quem percipiet ſi decumbens profundam inſpirationem molitur facere. Cum ſputo plus rubeſcente, numquam vena ſecanda eſt, ſputum ſupprimeretur. Peſſima pleuritis ſicca eryſipelacea. Vera pleuritis inflammatoria cum rigore incipit. Ad curationem oleum ſeminum lini, ſperma ceti abſque calidis & acribus. Conferre etiam (in ſpuria) tincturam florum hyperici, ſpiritum fuliginis, ſpiritum ſalis ammoniaci ſine calce parati, calidus ni fallor. Laxitas pulmonum procuranda venæ ſectione, purgandum tamen ſi dolor fuerit circa coſtas mendoſas aut in præcordiis. Alius in pleuritide lateris dolor de auſtro puro. Eo credit cum ASCLEPIADE Romæ venæſectiones nocere. Pleuritis ſicca a pulmonum adhæſione (innocua), inflammatoria ab acrimonia orta, ubi iterum venæſectio lædit. Non poſſum hic numeroſos reliquos morbos perſequi, febres meſentericas tamen omittere non licet, quod novum nomen ſit & a multis poſt BAGLIVUM receptum. Inutiles in iis eſſe dies criticos, purgationem requirere ubi quo minimum remiſerint, clyſteres quotidianos. Adeſſe in hypochondriacis correptis febribus linguæ ariditatem, pulſum exiguum, frigus extremorum, anxietates, effectus non malignitatis ſed adfecti ſtomachi. De iis ſe ſcripturum. Porro de fontibus theoriæ & praxeos, de legibus per quas de malignis morbis judices, de aëre romano & ejus urbis praxi.

In L. II. Impedimenta veræ hiſtoriæ morborum, auxilia, Academiæ clinicæ delineatio. Specimen aphoriſticum in podagra. Deſiderata praxeos. Signa diagnoſtica. Cauſæ morborum remotæ, proximæ, indicationes. Contra ſpecifica medicamenta. Ut aliis idem medicamentum nocere poſſit quod aliis proſit, lactis exemplo a quo morbum ſpaſmodicum cum gravi oris tortura ſuperveniſſe vidit. A chalybis uſu in ſcirrhoſo ventriculo hydrops poſt deglutitionem impeditam. Specifica, ſi unquam, poſſunt in chronicis prodeſſe. Alii medicamentorum effectus ſecundum epidemias. Pro criſibus contra recentiores qui motus naturæ ipſi turbarunt.

Una prodiit a. 1696. *diſſertatio de anatome morſu & effectibus tarantulæ* poſtea Lond. 1699. excuſa. Hujus araneæ morſum morbum ciere qui ſaltatione ſanatur, noſter cum vulgo recipit. Sæpe tamen morbum ſimulatum ſubeſſe in mulieribus. Ipſe uſtionem ſuadet, qua etiam principio gangrænæ ſuperantur. Hiſtoriolas refert confirmaturas & modulorum poteſtatem & cum colore tarantularum neceſſarium conſenſum, eas hiſtorias ipſe a. 1689. Lycii adnotavit. Admiſcet pariter curationem morſus ſcorpionis per lapidem de Cobra.

Tum

Tum de uſu & abuſu veſicantium & Lond. 1699. 8. Primum experimenta infuſoria. Sitis inde in cane intenſiſſima, convulſiones ortæ, ſanguis aut non coactus aut diſſolutus, urina in veſica nulla, (ingeſſerat aquæ 12 liberas). Sanguinem etiam & ſerum admiſta diſſolvit. In pleuritide veſicatoria admota, peſſima curatio, ut etiam convulſiones ſequerentur, nocuit etiam in ſpaſmo inferioris maxillæ, ſic in tenſione ventris a partu. In univerſum nocent in anni tempore aut temperamento ſicco, frigido cœlo, ut in ſpacelum ulcus inde abierit, in vulneribus capitis, in colicis doloribus, in iis qui lue Gallica ſemel laborarunt, in febribus acutis & malignis cum magno ſanguinis impetu, in morbis pectoris inflammatoriis, etiam in ſoporibus (quibus alibi dixerat convenire), eos in febribus acutis (ardentiſſimis, a nimio ſanguinis orgaſmo pendentibus), ſopores ſponte ſolere remittere. Convenire tempeſtate humida, in obeſis, cum humorum craſſitie nimia, mulieribus, deliriis. Et tincturam reprobat, nocere in plethoricis, ſucci plenis. Inde efficaciam eorum medicam interpretatur a vi ſtimuli.

EJ. *Obſervationes varii argumenti anatomicæ & practicæ.* Iterum experimenta infuſoria. Mortes ab acidis ſanguinem cogentibus, a ſpirituoſis. A reſectis nervis recurrentibus mutitas. A pare vago ligato mors ſed lenta. Inciſio cadaveris optimi MALPIGHII ab apoplexia abrepti. Calculoſus erat ſed ob pelvis renalis latitudinem facile calculos reddebat. In ventriculo duæ effuſi ſanguinis libræ. Cur a. 1695. in urbe apoplexia quaſi epidemica fuerit, forte a terræ motu qui prægreſſus eſt.

EJ. *de fibra motrice & morboſa.* Peruſiæ 1700. 4. Rom. 1702. 4. Lond. 1703. 8.

Fibræ nimis contractæ & nimis laxatæ. Ictericus uſu olei ad hydropem pene deductus, rheo, marrubio, adſtringentibus reſtitutus. Uno rene obſtructo tumor pedum, iſchuria. Salivæ morbi biliſque. Icterus frequentes, in utraque veſica calculi. Icterus poſt febres intermittentes. Icterici ſæpe calculoſi. Bile obſtructa vermes in pueris invaleſcunt. Saburra primarum viarum continuo expurganda.

Specimen quatuor librorum de fibra motrice & morboſa. Rom. 1701.

Cogitata practica varia. Ante mortem dum pulſum tangimus ſolemus in morituris odorem percipere cadaveroſum. Ex nimio uſu antimonii diaphoretici ſingultus. HIPPOCRATEM ejuſmodi fere conſilia præſcripſiſſe quibus partes ſolidæ emendantur. Poſt longos cruciatus meſenterium aridum durum. Qui cephalæa laborabat eum noſter curavit cerebri purulenti parte detracta. Cephalæa cum convulſione male calidis tractata balneis & nucerinæ uberiori potu curata. In affectibus acutis nimiam eſſe duræ matris oſcillationem, hinc graciles homines convulſionibus magis obnoxios eſſe. Morbus niger pluribus libris cruoris

cruoris per alvum emiſſis ſanatus. Morientur autem ſi eorum venter durus fuerit turgiduſque. In morbis capitis urinas nigras ſanguineas vidit criticas fuiſſe. In febre peracuta fibræ ſiccæ tenſæ, adeps inteſtinis circumfuſus. Oſcillationum ſecundum nervorum ductum propagatio. In flaccidis etiam ſtrictum & laxum locum habere. Iterum conſenſus partium cauſæ variæ, ſtimulus, ab eo inflammatio. Laxitas ſolidorum.

Ej. *de medicina ſolidorum ad rectum ſtatices uſum canones*. Romæ 1704. 12. HOTTON.

Cum SANCTORIANA medicina ſtatica. Non ob horæos fructus æſtivos ſed ob tranſpirationem impeditam æſtivos menſes Romæ morboſos eſſe. Non curari morbos chronicos niſi ratione habita partium firmarum. Contra ſtimulantia & calida in morbis acutis. Coctionem eſſe in laxitate debita ſolidarum & fluidarum partium.

Ad PETRUM HOTTON Diſſertationes, editæ a. 1705 — 1710.

Varii argumenti. *De morborum & naturæ Analogiſmo*. Varia. Morbus niger funeſtus a duro hepate. Qui ſanguine per urinam decedente ſervatus ſit. In eodem poſt recidivam qui periit, ſanguine fœtido inter lumborum muſculos effuſo, qui prius liberatus fuerat, ſanguine per alvum decedente. Rheumatiſmi inflammatorii Romæ frequentes cum cruſta pleuritica, curandi venæſectione, antiphlogiſticis.

De progreſſione terræmotus ab a. 1702 ad 1705. Morbi poſt terræmotum anno 1705 graſſantes. Cutanei plurimi ab acribus exhalationibus. Variolæ: optime adnotat, reſpirationis in hoc morbo ſummam eſſe dignitatem ut nullus metui locus ſit, dum ea libera ſupereſt. Regnantes febres meſentericæ BAGLIVI. Inciſiones cadaverum, NORRISII docti cardinalis tormina circa umbilicum, abdomen inflatum, vero non tympanites, ut noſter vocat, ſed verus ſiccus hydrops, in veſicula fellea calculus, vitium fuiſſe indignantis & criſpati meſenterii. Cardinalis SFONDRATI inciſio, in meatu cyſtico callus, in colo inteſtino cancroſum ulcus. Oſcillatio nimia ſolidorum. Poſt convulſiones puerorum tumidus venter funeſtus. Colica convulſiva, ad eam balneum, oleum, clyſteres, ſuperata ſolidorum convulſione ſalus. Pleuritis ſanata cucurbitulo loco dolente impoſito cum flamma.

Poſt a. 1702. ſcriptum.

Specimen trium reliquorum librorum de fibra motrice & morboſa. De ſucceſſionibus morborum, eorum invicem commutationes, metaſtaſes, decubitus critici varii. De venereis morbis. Gonorrhœam etiam oriri a concubitu cum ſana femina, ſi humores acres fuerint, æſtus in voluptate nimius. Salutates mutati

mutati aëres, in marinum. Febres meſentericæ opus novum. Male medebatur cortice, teſtaceis, requirunt aperientia, ſubamara, repetitas purgationes & clyſteres. Cortex peruvianus non dandus in principio morbi neque in cruditate; admiſcet ſalem ammoniacum. De curandis morbis abſque medicamentis.

Epiſtolæ clarorum virorum quibus BAGLIVI *opera confirmantur.* NIC. ANDRY & reſponſum BAGLIVI, de lumbrico lato. Ex ovo gigni intra uterum maternum. Ab odore cepæ concuſſus juvenis ejecit lumbricum triginta pedes longum & convaluit. Ingens dolor in hepatis regione numeroſiſſimis vermibus per vomitum & ſeceſſum expulſis ſanatur. Mors a verme nigro intra pericardium reperto. In febre epidemica Umbriæ frequentes vermes. In dyſenteria ejecti tercentum fere vivi vermes cucurbitinis ſimiles, vivebant in hydrargyro & muria tetucciana, languebant in oleo. In alia Ep. ad eundem emetica Romanis non convenire. Saburræ primarum viarum ſigna & expurgatio. In febribus ad ſeptimum uſque diem multum indulget clyſteribus tunc deſinit, criſeos nunc ſignis apparentibus.

GOD. CASP. OSTERKAMP, de ſiti, continua inappetentia, ſedimento lotii rubro ſquamoſo, deinde crebriori vomitu & tabe. In rene calculus.

GUALTHER HARRIS, Iſchuria dato demum rheo in viro ſexagenario ſoluta, ut lotium uberrime flueret (*).

BAGLIVUS artem ſe in noſodochiis didiciſſe. In morbis viarum urinæ adſtringentia purgantibus interponere.

S. DOMINICUS PUTIGNANUS, GUIL. COLE, le CLERC, NICOLAUS ANGELINUS, J. FANTONUS, ISRAEL CONIGLIANI BYZANTINUS, TH. QUARTA MATTHÆUS PALLILIUS, iſte fuſius contra SINAPIUM JACOBUM, le MORT. Quæ recenſui continentur in volumine cui titulus

Opera omnia Lyon 1704. 4. TR. 1710. 4. VAT. 1744. 4. Antverp. 1715. 4. Baſſani 1737. 4. Venet 1754. 4. Nurnberg 1751. 4.

Annexa eſt in mea editione præfatio laudibus BAGLIVI plena.

G. d'AIGNAN D. M. *Maladies traduites de* BAGLIVI. Paris 1757. 12. *. Loci BAGLIVI de ſcriptis decerpti, reſectis alienis ad ſuos titulos diſtributi.

(*) Non iſchuria ſed diabetes hanc ſecutus, qui nullo alio remedio ſiſti poterat, hic rheo ſanatus eſt. BR.

§. DCCCCLV. Alii.

J. Hartmann Profeſſor Venetus diverſus a Marpurgenſi dicto Tom. II. p. 388. Sylvianus amicus ſucci pancreatici & effervefcentiæ ejus cum bile vitiorumque inde natorum, ſi ejus acor nimius fuerit.

Ej *Anthropologia phyſico medica anatomica.* Venet. 1696. 4. Ad anatomen paſſim adſperſa ſunt practica aliqua. Cataracta & incurabilis cœcitas a cingulo mercuriali quod imperfectam ſalivationem movit. Tumores alios dolere alios indolentes eſſe, prouti ſpiritus vel exploſionem aliquam civerint aut ſopiti quieſcant. Quare lienis mole aucta corpus contabeſcat & in malum habitum degeneret. Compreſſis ab adipe renalibus tubulis calculos gigni, ſed etiam hæreditaria vitia in liberos deſcendere. Urinæ varia conditio & ſigna inde ſumta.

Dominicus Scala, Meſſanenſis.

Ej. *Phlebotomia damnata* ſ. Avidii (quis?) Chrysippi, Asclepiadis, Erasistrati & Aristogenis *contra ſanguinis miſſionem doctrina e vetuſtis tenebris revocata & luculentius enucleata juxta leges motus humorum in orbem.* Patav. 1696. 4. *.

Triginta annos in noſodochio medicinam fecerat, magnus Helmontii admirator. Effervefcentiam ſanguinis vitalem & animæ in ſanguine ſedem admittit. Verboſus & longus in repetitionibus. Per ſingula capita Galeni, Willisii, Borelli ſententiam expendit & cauſas refutat, ob quas hi viri ſanguinem mittere voluerint.

P. Fellon, *febris criticæ examen.* Paris 1696. 8. Negat plethoram dari, eryſipelati prodeſſe per ſua experimenta negat. Inciſiones cadaverum ex morbis de mortuorum pluſculas citat. In phreniticis nullum in cerebro vitium ſed utique in abdomine & pulmone ſphacelus.

Jac. de Sandris in Acad. Bonon. Chirurg. & Anatom. Prof. *de naturali & præternaturali ſanguinis ſtatu ſpecimen medicum cum tractatu de ventriculo & emeticis.* Bonon. 1696. 4.

Editioni poſteriori præfatus eſt J. Michael Jungken Francof. 1712. 8. *. Verboſus auctor. Morbi cerebri & ſenſuum. Morbi pectoris angina, inflammatio pulmonis, pleuritidem non eundem cum peripneumonia malum eſſe. In palpitatione cordis arteriam dilatatam eſſe. Morbi abdominales. Emetica. Nihil proprii neque experimenta ulla reperio.

Pauli Hieronymi Biumi, Mediolanenſis, *Prognoſticorum & aphoriſmorum* Hippocratis *felix recordatio.* Mediolan. 1696. 4.

Ej.

Ej. *Saggi d'Anatomia e di chirurgia.* Milan. 1712. 8. 2 vol. *. Cujuſque partis corporis humani deſcriptioni addidit morbos, ut morbos cutaneos, tumores aliquos, clavos. De veſicam trahentibus medicamentis & fonticulis, quæ laudat. Inde de venæſectione, de narium hæmorrhagia. Hydrocephalus. Empyema. Ulcera uteri. Angina. Gangræna. Scirrhus. Morbi oſſium. Concuſſio cerebri. Spina ventoſa.

Ex Philippi Argelati, qui Bimium noſtrum vocat *Bibliotheca Mediolanenſium* varia ejus ſcripta adhuc ſubjungo.

Ej. *Encomiaſticon lucis ſ. profuſa lucis encomia in phyſiologicis medicinæ novæ fundamentis, e veterum tenebris erutis, atque cultro anatomico autopſiæque caractere confirmatis.* Mediol. 1701. 4. Br.

Ej. *Naturalezza del contagio bovino.* Milan. 1712. 12. Br.

Ej. *Manuale d'avertimenti cautele e rimedi preſervativi e curativi della corrente epidemia bovina, diſpoſte a commune beneficio.* Milan. 1712. 12. Br.

Ej. *Diſcorſo ſopra il lucimento della carne leſſata.* Milan. 1716. 8. Br.

Ej. *Eſame d'alcuni canaletti chyliferi, che del fondo del ventriculo per la toniche del omento ſembrano penetrare nel fegato.* Milan. 1728. 8. Br.

Varia præterea reliquit MS. nondum excuſa, ut 1. *Novum ſyſtema de febribus.* 2. *Inſtitutio medica ſtricta & ſoluta oratione.* 3. *Compendioſa medendi methodus.* 4. *De diebus criticis.* 5. *De urinæ ſeparatione.* 6. *De alvina evacuatione.* 7. *De medica anatome cum prælectionibus.* 8. *Hippocratis felix recordatio. Varia præterea anatomica & phyſiologica de circulo ſanguinis &c.* Br.

Matth. Georgii Genuenſis, peripatetici ingenii non carentis viri *Phlebotomia liberata.* Genua 1696. 4. ita lego ſed nova editio habet MDCXCVII. 1724. 4. Contra Scalam potiſſimum. Hæmorrhagia naturalis certam docet utilitatem venæſectionis. Sic ſanguine in femina gravida tertio menſe ſputo erumpente abortus averſus. Cum hæmorrhoidibus ſanos vivere. Utilitates venæſectionis, plethoram ſuperare, refrigerare, fuligines ventilare, hæmorrhagias ſiſtere, revellere & derivare, menſes & lochia reſtituere, dolores compeſcere. Pro plethora.

In adjecto *prodromo diſſertationis* in febribus, phyſiologica aliqua. Venæſectionem inflammationes tollere, neque nocere eryſipelati. Ex neglecta longas fieri curationes & inflammationes in malos abſceſſus abire. Iterum D. Scala refutatur.

Ej. *Summa inſtitutionum rationalis medicinæ aliaque curioſa medica.* 1. *Medicinæ*

 definitio,

definitio, ſanitatis idea & hygieines ſummarium. 2. *Pathologia generalis.* 3. *Recenſio ſemejotices.* 4. *Epiſtola de febribus.* 5. *Summa pyretologiæ aliorumque morborum* 6. *Methodus tuta curandarum febrium aliorumque morborum curabilium certitudine ſcientiæ innixa.* 7. *Apologia pro ſanguinis miſſione.* Genuæ 1697. 4.

Ej. *Parere intorno a veſicatori.* Genua 1697. 1716. 8.

Ej *l'arte piccola di medicare.* Genua 1707. 4. 1709. 4. 1734. 4.

Ej. *Difeſa dell arte piccola.* ib. 1712. 8.

Ej. L. *de homine.* ib. 1703. 4. fere phyſiologici eſt argumenti.

Salomonis Cellarii Christophori fil. *Origines & antiquitates Medicinæ.* Hall. 1696. 4 1704. 8. Medicorum fabulas juvenis bonæ ſpei potiſſimum perveſtigaverat.

Pater dolet obitum ejus in progr. funebri. Jen. 1701. 8.

J. Zahn, *Speculum phyſico mathematicum hiſtoricum.* Nurnberg 1696. fol.

Mulleri, *Praxis medica imperfecta.* Parmæ 1696. 8 ex catal. Tr.

Statuta facultatis medicæ Pariſienſis. Pariſ. 1696. 12. Riv.

§. DCCCCLVI. Nuperiorum Linguarum.

Ad hunc annum recenſui Thomam Woolhouse, Anglum, Jacobi II. medicum ocularium, cujus diſſertationes ophthalmicæ de Cataracta & glaucomate contra novum ſyſtema Brissæi, Antonii & Heisteri latine verſas Christophorus le Cerf, edidit Francof. 1719. 8. *. Cataractam quidem cum chirurgicis morbis recenſui, ſunt tamen admiſta, quæ poſſis morbis internis accenſere.

Augustin Belloste, Chirurgus in exercitu Gallico, deinde in Aula Sabaudiæ, vir acuti ingenii Magatinorum conſiliorum defenſor.

In Ejus *Chirurgien de l'hôpital* Paris 1696. 8. (Astruc 1695.) 1705. 8. 1708. 8. 1766. 8. Amſterdam 1707. 12. Anglice London 1732. 12. 2 vol. Germanice vertente M. Schurig Dreſd. 1706. 8. 1710. 8. 1724. 8. Belgice Haag 1700. 8. Haarlem 1725. 8. 1729 8. Italice Venet. 1729. 8.

Ad medicinam huc refero medicamentorum ſcriptiones quarum multæ interni ſunt uſus, ut ptiſanæ variæ, ſyrupi aliæque formulæ, etiam cum adminiſtratione pharmaceutica. Deinde medicamenta aliqua ſimplicia, inter ea ſcammonium, gelatina viperæ, alia vulgatiora. A laudani viginti guttis non multum

multum ſperes. Deinde de morſu canis rabidi; rabiem diſtinguit auſtralem & borealem. Laudat antiquum pulverem cancrorum exuſtorum cum feræ rutæ ſucco, addit ſudorem aquæ cardui benedicti cum ſale volatili viperino & antimonio diaphoretico miſtum. Hominem curavit cujus os ſerpens ſubiverat, lacte invitatum ut ſponte prodiret, quæ certe hiſtoriola multum in lectore fidem requirit ut admittatur.

Sed imprimis in *ſuite du chirurgien de l'hopital du mercure &c.* Paris 1725. 12. Fuſiſſime commendat pilulas diſſolventes ſuas mercuriales antivenereas & ſcrofularum antidotas, ad dolores iſchiadicos efficaces, etiam ad vermes & polypos cordis diſſolvendos, quas vendebat non ſine ſuo lucro. Integrum de his pilulis tractatum ſcripſit, multas ſuas curationes narrat, ſalivationem & inunctionem improbat. Mercurium agere abſorbendo vitioſum acidum. Mercurium crudum deglutire jubet ad volvulum expediendum. Variolarum eſſe antidotum etiam amuleti ſpecie. Scriptionem habet ASTRUCIUS, Purgantia admiſta ſunt.

MICHAEL ANTONIUS BELLOSTE Auguſtini ut puto filius, in *Traité du mercure.* Paris 1757. 12. curationes narrat pilularum ope perfectas.

PIERRE HUNAULD medici Andegavenſis *Diſcours hiſtorique ſur les fievres qui ont regné les années dernieres.* Paris 169?. 12.

EJ. *Diſcours phyſique ſur les proprietés de la ſauge.* Paris 1698. 12. Primum de thea & coffea, quos potus ſtudioſis hominibus commendat, tantum ut ſalviam quæ indigena ſit extraneæ herbæ præferat. Morbos omnes ab aëre derivat. Plantam ſuam, ut moris eſt, nimiis extollit laudibus, ejuſque præparata balſamum oleum & ſales. Infuſo ſeipſum cephalæa liberavit.

EJ. *Diſcours ſur la rage & ſes remedes.* Chateau Gontier 1714. 12. In chirurgicis dictus eſt. Scriptus libellus cum ab uno lupo 140 homines in Andegaviis demorſi fuiſſent. Hiſtoria morbi ſatis plena, anxietates, triſtitia, cephalæa, ſcintillæ ante oculos, vertigo, demum furor, ululatus, ſpuma inficiens, intolerantia tactus cujuſque, etiam luminis, ut tamen etiam dentur quos ſopor opprimit. Theoria, hydrophobia ab averſatione aquæ in bilem inflammatam labente. Septem ſpecies rabiei caninæ, quarum duæ ſanari nequeunt. Submerſio facit ut tunc quiete moriantur.

EJ. Diſſ. *ſur les vapeurs & les pertes du ſang.* Paris 1716. 12. Ejuſdem eſſe puto auctoris. Forma dialogi inter nobiles feminas. Plurium theoriæ. Ex cibis naſci ſpiritus ſeminales, eos, ſi abundarent, hæmorrhagias facere, ſi defuerint, flatus & motus inordinatos, huic theoriæ praxin ſuperſtruit. Signa morbi hyſterici, *vapeurs*, variæ hiſtoriæ ſæpe mirificæ, quæ chartis luſerit & tamen adſtantium neminem viderit, tamquam futura prædixerit ab eventu confirmata.

Aliquæ

Aliquæ feminæ utiliter balneo frigido uſæ. Hypotheſes amat chemicas. Æſtuoſum caput, frigidos pedes interpretatur per acorem qui aquam ſanguinis addenſat, oleum adtenuat, ita illa quidem fundum & ima petit, iſtud ſuperiora. Veſtales virgines magis vitales eſſe. In hæmorrhagia ſchiſtum lapidem cum ovi albumine cannabinæ ſtupæ illitum dorſo imponit, acetum varie medicatum jubet bibere.

Ej. *Diſſertation ſur les fievres malignes qui regnent dans les ſaiſons de l'été & de l'automne & en particulier ſur celles de l'année* 1710. Angers. 1710. 12. Eloy. Br.

Ej. *Projet d'un nouveau Cours de Medecine.* Chateau Gontier 1714. 1719. 12. Eloy Br.

De la Vauguyon D. M. *Traité complet des operations de Chirurgie.* Paris 1696. 8. Morbos etiam internos paſſim deſcribit, ut hydropem occaſione paracenteſeos, cum interna medicatione, collectas etiam inciſionum cadaverum deſcriptiones ſubjicit. Sic calculi hiſtoria & ſymptomata & exempla varia etiam calculorum veſicæ felleæ, calculorum ſanguinis, ſudoris arenoſi. Sic pleuritidis hiſtoriæ & ſuppurati pulmonis, anginæ. Venæſectionis utilitas, æque & contraindicationes, nimia lethalis, ſanguinis emiſſi phænomena. Dyſenteria, hydrops matricis, lues venerea, feminæ gravidæ, hyſterici paroxyſmi poſt partum. Morbi infantiles etiam venerei. Hirudines, cucurbitulæ, veſicatoria, cantharidum uſus internus non lethalis. Hydrocephali exempla. Transfuſio in exemplis, alia.

Le Conte *Nouvelles memoires ſur l'état preſent de la Chine.* Paris 1696. 12. 2 vol. Amſterdam 1697. 12. 2 vol. Ad hiſtoriam ejus imperii naturalem, ad morbos, ad medicinam. Prædictiones ex pulſu. Podagram & calculum ignorari.

Scipion Abeille chirurgus militaris.

Ej. *Chirurgien de l'armée.* Paris 1696. 12. etiam ad internos morbos per caſtra militum frequentes ſpectat.

In *chapitre ſingulier du* Guidon *pour inſtruction des étudians en Chirurgie.* Paris 1695. 12. etiam aliqua ſunt medica ſed breviſſima.

Gabriel le Clerc Medicus Ludovici XIV. ordinarius *La medecine aiſée contenant pluſieurs remedes faciles & experiments pour toutes ſortes de maladies.* Paris 1696. 12. edit. 1719. 2 vol. 12. habet Eloy. Br.

Ej. *Catalogue des drogues.* Paris 1701. 12. Eloy. Br.

Le medecin des riches & des pauvres. Paris 1696. 12.

Perrault *Hommes illuſtres de la France.* Paris 1696. fol. etiam nonnullos medicos.

Daniel

Daniel Chardon Avour *Deux actes factoires pour les medecins des facultés provinciales contre ceux de la faculté de Paris.* Paris 1696. 4.

Factum de la faculté de Med. contre François Prieur de la Remule. Paris 1696. 4.

Declaration du Roi en faveur des medecins de Paris contre ceux des univerſités provinciales. Paris. 1696. 4.

Sim. Barbe *Le parfumeur royal.* Paris 1696. 12. 1698. 12. Pl.

Tr. *de l'uſage des fruits des arbres pour ſe conſerver en ſanté.* Paris 1696. 12.

Mag. Morasch medici Barcinonenſis *Manifeſtacion de la verdad y relacion* &c. Barcinæ 1696.

Nicolaus pater E. Luigi Santa Paulina Tr. *del Cavallo.* Padava 1696. 4. Amiraux.

J. Jacob Woyt.

Theſaurus pharmaceutico chirurgicus oder gründliche Erklärung der üblichen Kunſtwörter, welche in Leſung deutſcher mediciniſcher Bücher vorkommen, ſonderlich den Apothekern und Wundärzten, die der lateiniſchen Sprache nicht kundig. Leipz. 1696. 8. Riv. 1709. 4. 1737. 4. *. & editio decima tertia Lipſ. 1751. aucta & correcta a J. E. Hebenstreit. Lexicon vocum medicarum ad materiam medicam, anatomiam, morbos, auxilia pertinentium cum brevibus definitionibus.

Ejus certe cum eodem nomine *de dyſenteria* Diſp. Regiom. 1704. 4. Hæn.

Ej. iterum certe cognominis. *Phyſikaliſch-mediciniſche Abhandlung von ſein ſelbſt Erkenntniß.* Dreſd. 1723. 8.

Ej. *Abhandlung allr innerlichen und äuſſerlichen Krankheiten.* Leipz. 1731. 1740. 1753. 4.

Ej. *Unterſuchung der graſſierenden Viehſeuche.* Cell. 1745. 8.

Joh. Ovington theologi *Voyage to ſurat.* Lond. 1696. 8. gallice Paris 1725. 12. 2 vol. Ad theam & coffeam, medicamenta ejus regionis, hiſtoriam naturalem, alimenta. Refocillatus a chirurgis anglis quem rogo nunc imponebant.

Ej. *Eſſay upon the nature and qualities of tea.* London 1699. 12. Utilitatem medicam Theæ magnis laudibus extollit.

W.

W. WALL *A new ſyſteme of the french diſeaſe with an eaſy method of curing it unknown to the antients and moderns.* Lond. 1696. ut videtur ASTRUCIO 8. Arcanum venditat peculiare.

WILLIAM WELWIN *Phyſik for families.* Lond. 1696. 8.

HINDRYK DEVENTER cujus opera obſtetricia hoc anno prodierunt. Id dictum eſt in Bibl. Chir. Magis ad rem medicam ſpectat *Beſchryving van de ziekten der beenderen inzonderheit van de rachitis.* Leid. 1739. 4.*. Poſthumum opus. Huc pertinent quæ habet de rachitide & de ſpina ventoſa. Rachitidem fieri ab aqua & ſale oleum ſuperantibus. Ex hac hypotheſi ſymptomata interpretatur. Theæ & Coffeæ potum multum hic nocuiſſe, primas vias debilitaſſe. Sanari oleo eſſentiali alcali fixo. Multum infeſtare Gallos ob religionem profugos. Debere ea olea accurate præparari. Spinam ventoſam eſſe deteriorem gradum rachitidis.

JOH. BAGGAART *De waarheid on ontrœnd von vorordeelen door en gezonde redekaveling over de ſes niet naturlige dinge.* Middelburg 1696. 4.*.

EJ. *Over de Kinderpocken en maſſelen.* Amſterd. 1710. 8. ib. 1730. 8. ABKOUDE Meth. St. m. p. 1093. BR.

EJ. *Over de ſcheurbuyk.* Middelb. 1696. 8. ABKOUDE BR.

J. DAN. SCHNEIDER *Eröfnung derer vortreflichſten Geheimniſſe in der Arzneykunſt, aus dem franz.* Dreſden 1696. 8.

Taxatio omnium medicamentorum in officinis pharmaceuticis erfortinis. Erford 1696. 4. RIVIN.

CHRISTIANI MÜLLER archiatri Brandenburgici *Parentalia oratore* MEYBRINGK. Berlin 1696. fol. HARSEN.

HENR. ANHALT *Von der natürlichen und Kunſtmemorie.* Francf. 1696. 8.

Vermehrtes Garten, Koch und Deſtillirbuch. Munſter 1696.

§. DCCCCLVII. DISPUTATIONES.

POLYCARPUS GOTTLIEB SCHACHER.

Vir eruditus, præter diſputationes numeroſas doctas pleraſque nihil edidit.

Diſputavit *de hominis loquela.* Lipſ. 1696. 4.

EJ. *De Cataracta.* ib. 1701. 4. HEFT. BR.

EJ.

Ej. *De deglutitione.* ib. 1705. 4. Heft Br.

Ej. *De fiſtulæ ſpiritalis fabrica ejuſque ſectione quæ bronchotomia vocatur.* 1707. 4.

Ej. *De thermarum Carolinenſium in arthritide uſu* 1709. 4.

Ej. *De placentæ uterinæ morbis.* 1709. 4.

Ej. *De thermarum Carolinenſium uſu in renum & veſicæ calculo.* ib. 1711. 4. Heft Br.

Ej. *De anima rationali an ſit corporis vitale principium.* ib. 1715. 4.

Ej. *De vitæ & ſanitatis principio.* ib. 1716. 4. Heft Br.

Ej. *De thermarum Carolinarum uſu in præcipuis ventriculi inteſtinorumque morbis.* ib. 1717.

Ej. *De hæmorrhagiis feminarum gravidarum* prgr. 1717. 4.

Ej. *De tænia.* 1717. 4. R. Hahnio, erudita diſp. Tæniæ unius vermis canalis alimentarii corporis longitudine. Solium catena cucurbitinorum.

Ej. *De ſanitate.* ib. 1718. 4.

Ej. *De eruditorum morbis.* ib. 1719. 4.

Ej. *De lumbricis vires conſumentibus.* 1719. 4.

Ej. *Conſideratio animæ rationalis medica.* ib. 1720. 4. in Stahlium.

Ej. *De morbis ex ſitu inteſtinorum præternaturali.* 1721. 4.

Ej. *De polypis.* 1721. 4. Veri polypi lamellati; ſuffocationes a polypo auriculam dextram replente & in arteriam pulmonalem protenſo.

Ej. *De fonticulo.* 1722. 4.

Ej. *De febre exanthematica ægram quinquies ſerie non interrupta invadente* 1723. 4.

Ej. *De certo rationis & comparationis uſu in praxi clinico forenſi.* 1723. 4. *.

Ej. *De virgine aſcitica poſt paracenteſin purpura maligna exſtincta.* Lipſ. 1725. 4. *.

Ej. *Inciſio cadaveris phthiſici hominis.* 1730. 4.

Ej. *De ægro ex lue venerea in cephalalgiam chronicam delapſo.* 1732. 4. *. morbi exemplum.

Ej. *De melancholia hyſterica.* 1732. 4.

Ej. *De epilepſia ſimulata.* ib. 1732. 4. Heft Br.

Ej. Prgrm. 1734. *De homine a variolis & ſcroti ſphacelo exſtincto.*

Ej. Prgrm. *De epiplocele.* ib. 1734. 4. Heft. Br.

Ej. *De cranio ſiniſtro in atheroma piloſum mutato.* 1735. 4. prgr. *.

Ej. *De oſſificatione præter naturam.* ib. 1726. 4. *. Plurima pars oſſea in difficili ſpiratione inter pleuram & coſtas. Labium. Os. Arteriæ oſſeæ. Alia exempla.

Prgr. in *Cl. viri funere auctore* J. Conr. Ruppio. Lipſ. 1731. fol.

§. DCCCCLVIII. Disputationes Variorum.

J. Gabrielis *de ileo.* Leid. 1696. 4.

J. Chanoine *de imaginatione utero geſtantium.* Leid. 1696. 4.

J. C. Urbich *de ſanitatis & morborum fonte ex ventriculo.* ib. 1696. 4.

J. H. Pauliti *de morbis animatis.* ib. 1696. 4.

J. Reus *de apoplexia.* ib. 1696. 4. Hæn.

H. L. Meier *de animi ejuſque adfectuum quoad valetudinem impreſſionibus in corpus.* ib. 1696. 4.

C. de With *de angina.* ib. 1696. 4.

J. G. Burgeel *de ſterilitate.* ib. 1696. 4. Fiſtula vaginæ in veſicam patens.

D. Morell *de rheumatiſmo.* ib. 1696.

Georg Langeman *de fraudibus & erroribus circa lapidem bezoar.* ib. 1696. 4.

J. Lindelius *de vera medicinæ cognitione.* ib. 1696. 4.

Steph. Ludw. Packbusch *de progreſſu morborum ſpirituum.* ib. 1696. 4. *.

J. Vogetius *de morbis hæreditariis.* ib. 1696. 4. Hæn.

Petrus Maton *de chloroſi ſ. morbo virgineo.* ib. 1696. 4.

P. G. Croizé *de aſthmate.* ib. 1696.

J. Gottf.

J. GOTTF. BORGEEL *de ſterilitate.* Utrecht 1696. 4. *.

DAVID v. DORESLÆR *de chloroſi.* ib. 1696. 4.

CORNELIUS de KRYT *de paſſione hyſterica.* ib. 1696. 4. *.

SAMUEL ROHLE *de morbis hæreditariis.* ib. 1696. 4.

GOTTLOB SCHOBER *de cholera.* ib. 1696. 4. PL.

CHRISTIAN DÆTRI *de recidiva.* ib. 1696. 4. RIVIN.

FRID. JÆGWITZ *de rachitide.* ib. 1696. 4.

THEODOR WORMER *de dolore colico.* ib. 1696. 4.

CONRAD SCHMIDT *de lepra unguibus monſtroſis prædita.* ib. 1696. 4. Morbi exemplum ungues triunciales. Lepram ab HELVETIO curatam radice lapathi, corpore ægri pluries liquore illito, aliquas ſuas laudat ſcriptiones.

NIC. LOENIUS *de aſthmate.* ib. 1696. 4. *.

HENR. CONR. HÆCIUS *de cauſis morborum.* Harderov. 1696. 4. MOELLER.

HENRIC. v. SANDEN.

EJ. Diſp. *de pthyaliſmo.* Regiomont. 1696. 4.

EJ. *de peregrinatione medici.* ib. 1721. 4.

EJ. *de molis.* ib. 1697. 4. PL. BR.

EJ. *de ſuccino electricorum principe.* ib. 1714. 4. PL. BR.

EJ. *de medicamentis cauſticis.* Regiom. 1697. 4. PL.

EJ. *de medicina cum phyſica combinanda.* ib. 1714. 4. HEFT. Plures præterea ſcripſit Diſſ. phyſicas BR.

MARCART von DAM *Aſcenſus per medicinam ad Deum.* Vindobon. 1696. 4.

RUDOLPH BENASSE *de fœtore præternaturali.* Jen. 1696. 4. BUR.

SAM. HOENISCH *de recens natorum regimine.* Erford 1696. 4. LEHM.

FRID. WILHELM CLOK *de uſu phyſicæ in medicina.* Lipſ. 1696. 4. BUR.

JAC. BERN. ZIEHLER *de phthiſi.* Leid. 1696. 4. LEHM.

J. Leonh. Martini *de ægra phthiſi pulmonali ex intermiſſa venæſectione laborante.* Gieſſ. 1696. 4. Riv.

Petr. Wohlfert *de febre hæmoptoica.* ib. 1696. 4. *. cum morbi exemplis.

J. Conr. Becker.

Ej. *de abortu.* ib. 1696. 4.

Ej. *de morte ſubmerſorum ſine potis aquis.* ib. 1704. 8. Jen. 1740. 4. Ad medicinam legalem. Etſi ejus effatum minus generale eſt, multa tamen habet utilia. Ipſi ſibi viſa narrat, in eo nimius quod non aliter aliis in exemplis videri potuiſſe putat. Signa vivi demerſi & mortui. Ut ad vitam ſubmerſi revocentur.

Primæ editioni anni 1704. 8. adjectæ ſunt duodecim obſervationes. Dyſpnœa perpetua & connata cum ventriculus, lien, ac hepar per diaphragmatis hiatum in thoracem compreſſi ſunt. Ex occluſo fonticulo hæmoptyſis & hæmorrhagia uterina. Iſchuria ſex dierum ſudore levata, excitato vomitu ſanata. Vertigo, ut putat noſter, ex nimio uſu elixirii proprietatis nata, curata ſalivatione per hydrargyrum extorta. In nephritica a laudani opiati ſeſqui drachma, ut putat, epilepſia. Hydrops uteri ſanatus aquis de utero manantibus. Tetanus quem emproſthotonum vocat cum metu ſuffocationis clyſtere injecto levatus. Poſt multa mala & uberiorem medicamentorum uſum omentum putridum, ventriculus & inteſtina abſque muco, calculi fellei 271. præter calculos bilioſos. Lepra excitata ſalivatione ſanata. Prodiit etiam cum M. B. Valentini novellis.

Ej. *Pædioctonia inculpata ad ſervandam puerperam.* Gieſſ. 1729. 4. *. Chirurgici potius argumenti, & in Bib. Chir. dictus libellus, tamen hic repetendus quod ad medicinam legalem faciat. Ipſe nempe in ſummo periculo cum brachium præcederit, matrem letho eripuit, dum fetum occidit.

Albert Christian Geilfus *de variolis.* Gieſſ. 1696. 4. Riv.

J. Jac. Fick.

Ej. *de abortu epidemico.* Jen. 1697. 4. *. Anno 1696. morbos uteri frequentes fuiſſe, inter eos abortus.

Ej. & Reſp. Struven *Clyſteres nutritii & frigidi.* Jen. 1718. 4. *.

Ej. *de iræ efficacia & remediis.* ib. 1718. 4. *.

Ej. *Aphoriſmi* Hippocratis *notis illuſtrati.* Jen. 1729. 8. Pluſculæ adnotationes propriæ: exempla metaſtaſeos morbificæ materiæ, arthriticæ in alienam

ham ſedem impactæ. Morbi faucium cum pedum œdemate alterans poteſtas. In eodem morbo ut petechiæ & purpuræ puſtuloſæ rubræ ſibi ſuccedunt. Quem parotidis durus tumor ſuffocavit. Empyema emiſſo per paracenteſin pure reſtitutum. Ab ictu longe ante tempora accepto ægrotus tremulus periit.

EJ. *de maraſmo ſ. marcore*, ib. 1724. 4. PL.

EJ. *de frigoris noxa in corpore humano*. ib. 1720. 4. PL.

EJ. *de balbis*, ib. 1725. 4. PL.

EJ. *de lingua morborum præſaga*. ib. 1725. 4. PL.

EJ. *de generali futuræ criſeos aut jam factæ ſigno*. ib. 1723. 4. PL.

EJ. *de ſalubri frigido potu*. ib. 1718. 4. PL.

EJ. *de genuino purgantium uſu in dyſenteria*. ib. 1709. 4. PL.

EJ. *Manuductio ad formularum compoſitionem* Tab. XXIII. *cum ſcholiis notarum ſchemate atque exemplis abſoluta*. ib. 1713. 4.

EJ. *de ſalivatione ſpontanea, præcipue variolarum*. ib. 1713. 4. PL.

EJ. *de ſalium natura geneſi & uſu*. ib. 1715. 4. HÆN.

EJ. *de febre veſiculari ab obſtructione lochiorum*. ib. 1726. 4. HÆN.

EJ. *de balneis aquæ dulcis frigidis*. ib. 1717. 4. HÆN.

EJ. *de ſaccharo lactis*. ib. 1713. 4. HÆN.

Idem edidit SIMON PAULI *quadripartitum botanicon & addidit* TOURNEFORTII *characteres plantarum & indicem quintuplicem*. Francof. ad Mœn. 1708. 4.

JOH. CASP. SCHUTE *de aphthis*. Altdorf. 1696. 4.

JOH. BALTHASAR SCHWARZMANN *de ſiti morboſa*. Altd. 1696. 4. PL.

FRID. CHRISTIAN CREGUT *de ægritudinibus infantum ac puerorum*. Baſil. 1696. 4. *. Ex marito ſicco & uxore clauda pueri claudi filiæ ſiccæ natæ. Tumores in capite, collo, lumbis filiarum qui in capite ſponte excreverunt.

EJ. *Sciagraphia novi ſyſtematis medicinæ practicæ*. Hanau 1700. 4.

CASP. SCHWARTZ *de medicamentis purgantibus atque earum operationibus*. Baſil. 1696. 4. PL.

GUILH.

GUILH RIVIERE *Theſes medicæ* XII. Monſpel. 1696. 4. Quarta eſt de ſcrofulis, cancro & lue venerea, panacea mercurialis quinta, an mercurius crudus in adfectibus venereis curandis præferendus chemicis præparationibus.

REN. le CONTE & NIC. ANDRY *Non E. unica parotis lethargi vindex.* Paris 1696. 4.

FR. AFFORTY & PHIL. HELVET *Non E. morbi a ſeroſa colluvie.* Paris 1696. 4.

NIC. de JOUVANCI & CONR. BOMPART *E. ad caute medendum ſingularis ægri natura potiſſimum ſpectanda.* Paris 1696. 4.

GEROM PREAUX & ARN. JOH. COLLOT *Non E. morborum dantur curationes magneticæ.* Paris 1696.

J. POISSON & ANT. le CLERC *Non E. in febribus intermittentibus prodeſt pulvis peruvianus per inferiora injectus.* Paris 1696. 4.

PETR. DAZUIN & CAR. du FRESNE *E. in apoplexia præmiſſa venæſectione felicior purgatio.* Paris 1696. 4.

PETR. YON & PETR. JAC. PLOUMIER *Non E. in aſthmatis paroxyſmo purgandum.* ib. 1696. 4.

ANT. de S. YON & CAR. THUILLIER *E. in dyſuria diureticis præferenda purgatio.* ib. 1696. 4.

J. ROBERT & ANT. SERIN *Non E. unquam incipientibus internis inflammationibus hypnotico ex opio phlebotomia præferenda.* ib. 1696. 4.

LUD. GRYANT & JOS. CHAMBON *Non E. ab hepatis intemperie aſcites.* ib. 1696.

FRIEZOU & JAC. MINOT *E. vires conſociare amant opium & kinkina.* ib. 1696. 4.

CL. PUYLON & JAC. SOUHAIT *E. febri intermittenti diaphoretica.* ib. 1696.

DOM. de FAUCIS & ANTON SERIN *Non E. mors arthritidis potu decocti foliorum theæ.* ib. 1696. 4.

HENR. MATHIEU & NICOL. ANDRY *E. perficiendis medicis neceſſaria peregrinatio.* ib. 1696.

CL. GUIRIN & JOS. CHAMBON *E. ſanitas a calidi, frigidi, humidi & ſicci moderatione.* ib. 1696.

CAR.

CAR. le LONG & JAC. MENOT *E. cortex peruvianus remittentis vindex.* Paris 1696.

LUD. MARIN & J. GAILLARD *E. alimenti labes in ventriculo, a toto corpore.* ib. 1696.

PETR. LOMBARD & MAT. DION. FOURNIE *E. οινοποταις mens & ſenſus acutiores.* ib. 1696.

PHIL. CARRON & J. SIM. GUILH. de la RIVIERE *E. temperamentum melancholium a ſale fixo.* ib. 1696.

ARMAND JOS. COLLOT & PHILIPP BERN. de BORDEGARAYE *E. temperamentum melancholium præſtantius.* ib. 1696.

§. DCCCCLIX. DIARIA ad. a. 1696.

Philoſ. Tranſact. n. 220. ST. GEORGE epiſcopus in Cloyer de homine quotidie paroxyſmum epilepticum patiente.

N. 221. TANCREDUS ROBINSON de HENRICO JENKINS qui ad a. 170. vixerit, annos natus 120. tertiam uxorem duxerat & annos 152. militaverat, cæterum mendicus.

N. 222. CAR. PRESTON de calculo 51. unciar. in quo educendo æger periit.

N. 223. IDEM in hydropica maxima hydatis ovario adnata, imus ureter cartilagineus. Inciſio corporis morboſi. In ventriculo cum atro liquamine longus lumbricus. Polypi in utroque ventriculo cordis, in ſinu duræ matris falciformi.

N. 226. De infante vivo cum cerebro deſtitueretur.

In *Journ. des ſcav.* 1696. Laudes arcanorum cujuſdam MATOUROUSINY veneti & balſami romani. Mireris nobile diarium his circumforaneis patuiſſe.

Sic etiam Venetiis novum diarium orſi ſunt, quo multa partim librorum judicia continentur partim adnotationes & opuſcula, *Galeria* nempe di *Minerva* quam HIERONIMUS ALBIZZI bibliopola edidit. Primus annus 1696. fol. prodiit.

Anonymi Ferrarienſis de hepate vituli putrefacto, JOSUA FERRI de lapidibus intra animalia repertis qui vulgo bezoar audiunt, deque eorum utilitate ut putat medica.

Pars hepatis vitulini putrefacta.

FERDI-

FERDINANDUS SANTANIELLI *Dell uſo de' veſicanti.* Sanguinem ſi coactus aut ad coagulum pronus fuerit reſolvere, motum humorum accelerare, Spiritus ſuſcitare languidos.

EJ. *De ſomni cauſis.*

Redit uterque libellus in lucubrationibus phyſico mechanicis. Venet. 1698. 4. *.

Huc facit hujus auctoris, *de utilitate & neceſſitate mortis lucubratio* 4*ta* theoriæ meræ.

EJ. *Novus univerſalis & methodicus febrium tractatus.* Napoli 1705. 4. VATER.

Anonymi *Objectiones* LUDOVICO TESTI *oppoſitæ, ob ejus L. de aëris veneti innocentia.* Spiritum ſalis non acidum eſſe vel ſalſum — ex ungue leonem.

Vita MICHAELIS NOSTRADAMI medici & aſtrologi.

In E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* 4. *Obſ.* 41. J. MICHAEL METUG in Saxonia Medicus.
Motus convulſivi ad horologii ictum redeuntes.

J. DAVID MAUCHART phyſicus Morbacenſis.

Dec. III. *Ann.* 4. *Obſ.* 58. Poſt mercuriale vomitus, diarrhœa, in cadavere ventriculus turgidiſſimus inteſtina in pelvim depulerat. Veſicula fellis pleniſſima, in ea viſcida bilis. In pulmone ſinus, ut putat, poſt curatum pulmonis ulcus ſuperſtes. Venæ cavæ tubus polypoſa materia obſtructus, & ſuper eam ſedem inanis, ita in aorta quaſi fibræ circulares. In ventriculo inciſo liquamen nigerrimum fœtidiſſimum.

Obſ. 19. Hydrocephalus, caput maximum, ſuturæ duplices (lapſui tribuit). Aqua in ſolis ventriculis cerebri. Plexus choroidei glanduloſi, cerebellum in dextro latere majus & durius.

Obſ. 60. Poſt iſchuriam funeſtam ren alter gangrænoſus abſque calculo.

FRANCISCUS MAYER Salisburgenſis.

Obſ. 77. Cum molæ eſſet ſuſpicio. In ventre maſſa in qua fetus perfectus quem femina ſeptennio geſſerat & in alio ſacco alius fetus. In tuba, an in ovario nutritus noſter non novit.

J. D. WENCKH Phyſicus Græzenſis.

Obſ. 87. Quæ fetus mortui oſſicula in utero retinuerat tamen bis concepit & peperit.

Ann.

Ann. IX. X. *Obſ.* 135. Fuſe laudat decoctum ligni lentiſcini ad arthritidem & alia mala.

Obſ. 136. In duobus viris ſanguis per penem menſtruus.

§. DCCCCLX. VARII.

J. B. VOLPINI Aſtenſis, *Hæmophobia triumphans ſ.* ERASISTRATUS *vindicatus ubi veterum phlebotomiæ ſcopi ad tentamen revocantur.* Lion 1697. 12. BURM. Dominicum Scalam contra MATH. GEORGIUM defendit. BR.

EJ. *Spaſmologia ſ. clinica contracta, accedit de purgationis electricæ nuncupatæ vanitate, de fallaci urinarum & putrido ſordium ſcrutinio, de bilis commentis & de criticorum dierum ſuperſtitione. In appendice* ERASISTRATI *vindicati nova editio.* Aſtæ 1710. 4. Maculoſiſſima dictio, etiam impreſſio, non adeo de ſpaſmo quam de univerſa arte medica, fanatici hominis, magni refutatoris, aſperi & inurbani. Acida pro cauſa morborum, alcalina pro medicamento habet. Venæſectionis amatores refutat. In febribus humores concretione peccare non diſſolutione. Purgantia etiam validiora in febribus vult exſulare. Vires corticis peruviani augeri addita myrrha & minori centaurio. In febribus malignis præter alcalia non alia auxilia ſpei reſpondere. Ne in pleuritide quidem venam ſecat, etſi in inunctione continuat, tum laudanum exhibet & papaver. Dolorem non eſſe a ſolutione continui. Anagallidem cœruleam adverſus maniam, dolores, tum elixir JOHANNIS MICHAELIS. In aſthmate hypnotica. Plethoram rariſſime occurrere. In colico dolore clyſteres ſuadet frigidos. Pulvere de ſpinis halecum in fornace aſſatis ſe ipſum a calculi tortura liberaſſe. In dyſuria veſicæ ſphincteris oſtium ventricoſum fuiſſe. Dolorem emeticum remiſiſſe, relictam in veſica canulam plumbeam vitam reddidiſſe tolerabilem cum tamen ingens calculus ineſſet. Calculi cauſam eſſe in vino nimis meraco. Chloroſin certe per matrimonium curari. Opiata urinam ciere. Mercurium dolorem partium promovere. Cataractæ ſedem plerumque eſſe in aqueo humore. Pro venæ ſectione abſtinentiam a cibo commendat & purgationem. Cathartica in corpus humanum recepta non poſſe a medico ad eam partem dirigi, cui ſubventum velit. Neque derivationem veri quid habere neque revulſionem.

EJ. (*) *Opere medico pratiche filoſofiche.* Parma 1626. 4. *. ſex ſunt epiſtolæ in 1. ad VALISNERIUM data NICOLAUM ANDRY refutat, recte docet qui morbi a vermium actione nati curentur.

In quarta obſervationes habet practicas & formulas quarum felix uſus fuerit.

(*) Auctor horum operum eſt JOSEPH VOLPINI ITALUS a priori JOANNE BAPTISTA Aſtenſi diverſus, V. ELOY. Nota Edit. BR.

In ſexta veſicatoriorum emplaſtrorum uſum defendit in febribus, non nullis exceptis, quæ ad putredinem tendunt, a quibus cantharides ut alcaleſcentes vult abeſſe.

Ejus elogium dedit BARUFFALDI in ſuis *elogiis* academicorum 1703. fol.

HENRICUS SCHNELLER Medicus.

EJ. *De animalculis in ovino aliorumque animalium hepate detegendis Præſide* BIDLOU. Leid. 1698. redit in opuſculis BIDLOI & videtur BIDLOI faſciolæ anatome eſſe.

Catalogus vermium in corpore humano viventium.

EJ. *de urinarum inſpectione.* Leid. 1701. 4.

EJ. *Theoriæ mechanicæ phyſico medicæ delineatio in qua damnoſa ejus præcepta ad rationis & experientiæ leges revocantur & practice emendantur.* Præfixa eſt ad JACOBUM le MORT epiſtola & ejus reſponſio Leidæ 1705. 8. *. In epiſtola chemicos adverſus BAGLIVUM tuetur. Ipſum opus totum eſt contra ſectam jatromathematicam ſ. mechanicam pro chemicis in BAGLIVUM Pars II. practici eſt argumenti. A chemia medicinam ſuum armamentarium habere. Contra FREINDII emmenologiam de menſibus. Contra plethoram. Non a lentore febrem eſſe ſed collectionem particularum acrium ex portione ſpiritualis materiæ emerſarum, quæ inflammationem alicujus partis ſolidæ pariunt. Falſo doceri febres acutas ſolvi productibus menſibus. Scorbutum & hypochondriacum malum eſſe ab humoribus ſtagnantibus ad ſolutionem properantibus. Venæſectionem inflammationem tantum in principio adverſari & etiam tunc inutilem eſſe ſi particulæ morbificæ maligniores fuerint. Præceptorem ſuum (puto le MORT) feminam menſibus ſuppreſſis & quartana laborantem curaſſe decocto granorum duodecim arſenici intra triduum ſumto. Diverſorum ſalium effectus. Vis chalybis in principio a laxativa in fine ab adſtringente poteſtate pendet. Ut menſes reſtituantur per longas ſcriptiones & per acidulas artificiales ex oleo vitrioli cum limatura martis & ſulphure deſtillatas. Vix ullum experimentum hic requiras aut utile monitum.

EJ. *Defenſio contra* B. de MOOR. 1707. 8. Non eſt clinici argumenti.

PETRI JENS M. D. *Tyrocinium medicum ſ. clavis idearum quæ ſpectant ad phyſiologiam & pathologiam* P. I. Haag. 1697. 8. *. Breve compendium. Morborum claſſes. Morbi inteſtinorum juſto ampliorum juſto anguſtiorum. Morbi cavitatum magnitudinis, ſitus, communionis. Humorum morbi ex quantitate vitioſa aut qualitate aut motu. Succi pancreatici nimia aciditas. Atra bilis, viridis in tenui inteſtino generatio. Lympha peccat acore. Morborum breves deſcriptiones.

JOSEPH

JOSEPH JACKSON *Enchiridion medicum theoretico practicum ſ. tractatus de morborum theoria & praxi, acc. appendix.* Amſterdam 1697. 12. Bruxell. 1705. 12. 1718. 12. Nurnberg 1716. 12. 1738. 12.

STEARNE *de Viſitatione infirmorum.* Dubl. 1697. 8.

Medici cujuſdam hebræi opuſculum de tuenda ſanitate hebraice & latine editum a CHRIST. WAGENSEIL. Altdorf 1697. 4. B. TIG.

J. SCHMIDT *Uromanticus caſtratus ſ. tractatus de urinis earumque inſpectione* J. MUNNIKS *caſtigatus.* Utrecht 1697. 8.

THOMAS GUIDOT ΘΕΟΦΙΛΟΥ β. περι ουρων. Leid. 1703. 8. 1731. 8. Vir literatus. Præmiſit THEOPHILO *prolegomena* ſatis fuſa. Inter recentiores uromachias dicit & contendit urinas in morbis incertum ſignum præbere, neque etiam nigræ aut oleoſæ urinæ ſatis certam eſſe ſignificationem. In notis ad THEOPHILUM comparat codices, labores & verſiones expendit & documentis notas adjecit. De medicis THEOPHILI & MAGNI nomen gerentibus.

Idem ſcripſit *On the city and waters of Bath.* 1697. 8. 1725. 8. Cum titulo vero *Bath memories* lego ita:

B. mem. or obſervations in thres and forty years practice at the Bath what cures have been there wrought by bathing and drinking theſe waters by Gods bleſſing on the directions of ROBERT PIERCE. Briſtol 1697. 8. BOEHMER, ut omnino videtur alius liber eſſe.

EJ. *Diſcourſe of the bathe and the hot waters there with ſome enquiries into the nature of the waters of S. Vincent rock near Briſtol and that of Caſtle Cary.* Lond. 1676. 8. *. Meth. St. Med.

EJ. *Liber de thermis britannicis, accedunt obſervationes hydroſtaticæ, chromaticæ & miſcellaneæ uniuſcujuſque balnei apud Bathoniam naturam ornatius exhibentes.* Lond. 1691. 4. *. Meth. St. Med.

EJ. *The regiſter of Bath or 200 obſervations containing an account of cures performed by the Hotwells at Bath.* Lond. 1694. 8. 1697. 8. Meth. St. Med.

EJ. *Collection of treatiſes concerning the city and waters of Bath.* 1725. 8. *. Meth. St. Med.

EDUARDI BERNARD viri eruditi *Catalogi librorum manuſcriptorum Angliæ & Hiberniæ in unum collecti cum indice alphabetico.* Oxon. 1697. fol. B. BUR.

Aloysii della Fabra profeſſoris Ferrarienſis primarii *Diſſertationes phyſico medicæ.* Ferrar. 1712. 4. *. dictio barbara & typographi opera vitioſa. Magna pars eſt practica.

De arthritide & ſachari ſeri lactis uſu, præſtantia ejus ſachari. De terra minerali nucerina, & appendix. Experimenta aliqua quæ ſuadere videntur, tamen de ea tam aliquid in ſanguinem reſorberi quam cæterum de abſorbentium claſſe eſſe. De animi adfectibus, eorum cauſa phyſica & de tabaco. Noxia & utilitas tabaci vario modo ſumti etiam maſticati. A nimio uſu homines ſtupidos reddi & ante tempus decrepitos. De meteoris & morbis inde ortis. De aquis mineralibus, ventis, ſitu cœli ſalubri & inſalubri.

Potus calentes commendat, potiſſimum theam & chocolatam. Aquæ minerales variæ. Oleum plumbo & argento vitiatum. Aquam ſolam puram in medendo eadem fere præſtare, quæ ab aquis mineralibus ſperantur.

In diæteticis aliqua ad analyſin, ut in thea ſalem volatilem ſubamarum & ſtypticum improbat, alcalinum cæterum, negat gracilibus hominibus & bilioſis convenire. Aquam rutæ eſſe ſalem volatilem oleoſum dilutum, ei acidum ineſſe. Oleum ſpiritui vini, & tamen acidum primarum viarum ab eo ſpiritu frangi.

§. DCCCCLXI. Nuperi.

Dacier literatus neque medicus neque in hiſtoria medica ſatis verſatus, qui Herophilum magnum inciſorem pro eo habet Herophilo qui Phalaridi a valetudine fuit, cepit edere 1697. *les œuvres d'Hippocrate traduits en françois & conferés ſur les manuſcripts de la bibliotheque du Roi.* Paris 1697. 12. 2 vol. Opere ſuo minime defunctus, parva & minoris tantum momenti opera divi ſenis & ea quæ fere ſpuria ſunt & in ratiociniis verſantur, excepto L. de aëre, aquis & locis. Vitam divi ſenis præfixit, in quam omnes illas fabellas recepit, quibus *epiſtolæ* plenæ ſunt. Deinde Renaudoti epiſtola de exigua utilitate quæ ex Arabum lectione ſperari poſſit. Interpretis Hippocratis arabici, ex ſyriaco vero non ex græco vertentis. Ad libellos hippocraticos Dacier adjecit notas ſuas, quæ plerumque ratiocinia ſunt, in aliis diverſa loca veterum & ipſius Hippocratis comparat. Paſſim aliquas lectiones emendat Zwingero multum uſus.

Joseph Pitton de Tournefort Aquiſextienſis a villa dictus, magnus botanicus, medicus facultatis Pariſinæ & qui medicinam exercuit.

Ej. E. *morborum curatio ad mechanicæ leges referenda.* Paris 1697. 4. R. Ludovicq Lemery.

In

In *hiſt. des plantes qui naiſſent autour de Paris* quod opus reliquis Tournefortianis præſtat & Pariſiis prodiit 1698. 12. vires medicas & analyſes ſtirpium addit, hæc ex BOURDELINI fere experimentis deſumtæ ad academiam Regiam ſcientiarum miſſis.

A morte viri BESNIER medicus Pariſinus edidit *Traité de la matiere medicale.* Paris 1717. 12. 2 vol. *. Generalia aliqua de plantarum viribus, de modo quo ea indagamur, de analyſi, de elementis in quibus vis medica reſidet. Deinde plantæ ſecundum claſſes medicas recenſentur. Purgantia, a quibus indicantur & contraindicantia. Tum plantæ ipſæ deſcriptæ, cujuſque utilitas medica varia, doſes, modus quo propinantur, formulæ bonæ multæ. Vix dignum opus famæ magni viri. Adjecta eſt vita ex FONTENELLII & D. LAUTHIER elogiis expoſita.

A morte etiam viri prodiit *Relation d'un voyage du levant fait par ordre du Roi.* Paris 1717. 4. 2 vol. Lyon 1717. 8. 3 vol. *. In eo libro lectu digniſſimo per epiſtolas ad rei navalis miniſtrum datas res naturales deſcribit, plantaſque plurimas nitide dat depictas. Subinde etiam aliqua ad rem medicam facientia interſpergit. Tragacantha gummi de arbore ſudans, multo certe majori copia quam ut cum noſtra compares Tragacantha valeſiana. Modus & inſtrumentum quo Ladanum colligitur. In Creta ægrotos in forum deferunt. Vampyri in inſulis archipelagi dudum noti. Thermæ in inſula Milo, reperiuntur aliæ aquæ minerales, quæ alvum movent. Alumen ejus inſulæ. Species ſudatorii quo utuntur in lue venerea. Carbunculus in imo gutture in his inſulis infantes celeriter enecans. Medicina græcorum, medici parum periti; diæta in morbis acutis tenuiſſima. Caprificatio inſularum archipelagi. Lentiſcus Chia & Maſtix Therebinthina ejus inſulæ. Scammonea ſamea. Balnea turcica & modus lavandi ſubigendorumque artuum.

In WILHELMI DAMPIER *itineribus* paſſim aliqua ſunt ad materiam medicam & ad artem facientia. Ut inunctione hydrope ſe liberaverit. Cancri ab eſu Mancanillæ intoxicantur & nocent. Prima editio. Lond. 1697. mea plenior Lond. 1729. 8. 4 vol.

EDUARDUS NORRE chirurgus Stutgardenſis.

EJ. *Chirurgiſcher Wegweiſer allen angehenden gezeiget.* 1717. 8. Nurnb. 1736. 8. *. De morbis etiam internis tractat, œdemate, ſcrofulis, ſcabie, parotide, bronchocele, pleuritide, demum formulæ & ſcriptiones. Populare in uſum tironum opus. Signis cæleſtibus fidem adhibet.

JOSEPH BUTLER *een nadere ontdekkinge der menſchelyke waters.* Harlem 1697. 8. *. Uromantis tantum ex ſubtilioribus. In urina ſana nubeculam albam adparere. Ex lotio temperamenta, ſpiſſitatem humorum, obſtructiones

dignoſci

dignoſci. Ante arthritidis eruptionem craſſamentum in lotio conſpici, integro etiam ante paroxyſmum anno, ſed & qualitatem ex lotio divinari & ejus durationem.

Heylſame remediën voor ſickens. Grevenhage. 1697. 8.

MICHAEL XIMENES MILERO Hiſpalenſis. *Alegato juridico al favor del derecho y coſtumbre que tienen de proceder en las conſultas y functiones los medicos revalidador mas antiguas a los medicos menos antiguos con aprobacion del Real protomedicato.* Sevilla 1697. fol. C. d. V.

EJ. *Propugnaculo del alegato juridico al favor, del derechio y coſtumbre que tienen a proceder en los conſultas los medicos revalidados mas antiguas a los doctores menos antiguos de la Univerſidad de Sevilla.* SEG.

Contre riſpaeſta la ſegunda parte de la Queſtion que con impropriedad Uaman medico legal publicada por el D. ALONSO LOPEZ CORNYO. Sevilla 1697. fol. SEGUIER.

B. LICAND *Nouveau traité des eaux minerales des eaux de Forges.* Paris 1697. 8. cum curationibus morborum.

EJ. *Letre ou l'on repond a quelques objections faites ſur le tr. de eáux de Forges.* Paris 1698. 12.

AB. ROUSSEAU qui pro rege medicamenta chemica præparabat *ſecrets & remedes eprouvés dont la præparation ſe fait au Louvre.* Paris 1697. 12. *. 1708. 12. *. poſthumum opus.

EJ. *Abſtinence de la viande rendue aiſée.* Paris 1700. 12. Carne abſtineri vult pueros.

DAVACH de la RIVIERE *Le treſor de la medecine contenant l'anatomie des maladies auxquelles les parties du corps humain ſont ſujettes.* Paris 1697. 8. 1722. 8. 2 vol.

EJ. *Traité des fievres de leurs cauſes & differneces, les moyens de les connoitre par les urines.* Paris 1698. 12.

EJ. *Miroir des urines pour connoitre les ſignes & les cauſes des maladies.* Paris 1700. 12. 1722. 12. 1762. 12.

Germanice *Urinſpiegel ſamt einem Zuſatz von den gemeinichlichſten aufſtoſſenden Krankheiten.* Statt am Hof. 1744. 8.

J. FON-

J. Fontrailles chirurgi *Traité de phyſique & de chirurgie ou l'on explique la ſanguification la circulation du ſang & les cauſes des fievres.* Paris 1697. 12. Signa video laudari morborum reconditorum; de Sauv.

G. Lavaus *Traité de la mauvaiſe articulation de la parole.* 1797. 12.

Recit de ce que s'eſt paſſé dans la maladie de M. Vallot, par de Salins 1697. 4.

Reponſe au S. de Salins *par* Guibauder. Dijon 1698. 4.

Factum par de Salins *contre du* Pré & Guibauder. 4.

St. Christeau chirurgi Luxenburgenſis *Chirurgie pratique.* Luxemb. 1697. 12. admiſti morbi medici, medicamenta.

M. L. D. lettre *ſur l'impoſſibilité des cures ſympathiques.* 1697. 12.

Inſtruction pour inſtruire &c. toute ſorte de petits oiſeaux avec un tr. ſur les maladies des chiens & les remedes pour les guerir. Paris 1697. 12. ſeconde edition.

Fr. Ad. Gagnon *Recherche de la verité dans la medecine contenant les decouvertes qui s'y ſont faites, les abus & erreurs qui ſont introduits.* Paris 1697. 12. Martini.

Thom. Tryon *The way to health long life and happineß or a diſcourſe of temperance.* Lond. 1697. 8. Pl.

Revety *On conſumption.* Lond. 1697. 8. Osb.

Chr. Heinrich Loeber *Widerlegung des Aberglaubens von den böſen Stuffenjahren.* Jen. 1697. 4.

Franc. Monk *Medicinaliſcher Rammoneur.* Plœn 1697. 8. Pl. arcanum pulveris purgantis.

La pharmacie abregée ou vertus ſurprenantes des remedes du Colonel François Monk. Londres 1702. 12.

Wundercur an einem vom Schlag gerührten Mädchen. Magdeb. 1697. 8.

Gotth. Christ. Stahls *Beſchreibung des Elixirii vitrioli und pulverum febrifugorum.*

Ej. *Antidotum antipodagricum.* Nurnb. 1697. 4.

Samuel Koelers *Beſchreibung des geſegneten und himliſchen Theriacs, wie derſelbe*

derſelbe von JOSEPHO QUERZETANO *erfunden, hernach von* FRID. GREIFIO *vermehrt worden.* Rinteln 1697. 12.

FRANZ JULIUS LUTKENS *Leichenpredigt* MARTINI WILLICH Churbrand. Leibmedici. Berlin 1697. fol. HANSEN.

§. DCCCCLXII. DISPUTATIONES.

C. S. ASTMANN *Valetudinarium peregrinantium.* Leid. 1697.

J. SCHMID *de epilepſia adultorum & inſultibus infantum epilepticis.* Leid. 1697. 4.

DANIEL HENRICH MEIBOM *de patellæ oſſis læſionibus & curationibus.* ib. 1697. 4.

J. HENR. SCHEUBER *de uſu & abuſu alcalium.* ib. 1697. 4.

J. HENR. SCHMEUSER *de uſu & abuſu alcalium.* ib. 1697. 4. *.

GEORG HENRICH REDDEWITZ *de vero catharticorum uſu.* ib. 1697. 4.

EJ. *Zeugniſſe ſeiner ungemeinen Curen, aus dem holländiſchen überſetzt.* ib. 1698. 8.

NIC. BIDLOO *de menſium ſuppreſſione.* ib. 1697. 4.

L. BUXBAUM *de hydrope.* ib. 1697. 4.

S. de VOGEL *de angina* ib. 1697. 4.

ADRIAN ZIEGLER *de odontalgia* Utrecht 1697. 4.

EDUARD WITKINSON *de morbis oculorum* ib. 1697. 4.

JACOB RAU, *de malo aphrodiſeo.* ib. 1697. 4. *.

MICHAEL LEYDECK *de dolore capitis.* ib. 1697. 4.

ERN. CASP. HUHNE *de gonorrhœa.* ib. 1697. 4. BOEHMER.

JUST. OTTO QUENTIN *de gravidarum præparatione ad partum facilem.* ib. 1697. 4.

FRANC. PELLETARIUS *de icтero.* Harderov. 1697. 4.

BENJAMIN EVALD *de podagra.* Erford 1697. PL.

EJ.

Ej. *Diſcurſus de impotentia virili.* Colon. 1698. Pl.

Ej. *de medici taciturnitate.* Erford. 1703.

Ej. *de auro fulminante.* Regiomont. 1704. 4.

Ej. *Medicus fumum vendens defenſus.* ib. 1704. 4. Hæn.

Ej. *Ezechiæ morbus per ficum curatus.* ib. 1708. 4.

Ej. *Problematum medicorum ſpecimina* I. II. III. 1714. 4. Heft.

Ej. *Uroſcopiæ uſus & abuſus.* Regiom. 1718. 4. Pl.

Ej. *de medico practico dubitante de ſubtilitatibus curioſis an in praxi uſum habeant.* 1701. 8. Heft.

Ej. *de pulvere ſympathetico.* 1704. 4. Heft.

Ej. *de obſtetrice inculpata.* Heft.

Ej. *Fetus humanus vivus, mortuus an natus ſit.* ib. 1716. 4. Heft.

Ej. *de nimio naturæ inimico.* ib. 1617. 4. Heft.

Ej. *de ſanitate hominis morboſa.* ib. 1701. Heft.

Ej. *de torturis.* ib. 1701. Heft.

Ej. *de formicarum uſu in medicina.* ib. 1702. 4. Heft. 1718. 4. Pl.

Ej. *de conſervanda militum ſanitate.* ib. 1719. 4. Heft.

Ej. *de eunuchis & ſpadonibus.* ib. 1704.

Joh. Georg a Bergen *de abortu* Præſ. Albino Francof. ad Viad. 1697. 4. an fuerit idem poſtea profeſſor?

Christiani Thomasii celebris ICt. *de jure circa pharmacopolia civitatum.* Hall. 1697. 4. 1729. 4. *.

Ej. *de præſumtione furoris atque dementiæ.* ib. 1722. 4.

Ej. *Exemplum judicii circa magica.* ib. 1729. 8.

Ej. *de caractere & circumſpectione medici ad curandam tædioſitatem proceſſuum adhibendi.* ib. 1717. 4. Heft. Br.

Ej. *de origine ac progreſſu proceſſus inquiſitorii contra ſagas.* ib. 1729. 4. Heft. Br.

Ej. *de tortura ex foris Chriſtianorum proſcribenda.* ib. 1706. 4. Heft. Br.

Ej. *Kurze Lehrſätze von dem Laſter der Zauberey.* ib. 1702. 12.

Ej. *de crimine magiæ.* ib. 1701. 4. Heft.

Joh. Jod. Deppe *de febre maligna.* Erford. 1697. 4. Riv.

J. H. Stange *de juvenis medici idea errante.* Hall. 1697. 4. Hæn.

J. Boecler *de potu frigido.* Jen. 1697. 4. Pl.

J. G. Fresenius *de ſpaſmo ſ. convulſione.* Gieſſ. 1697. 4. Pl.

Anton Raumburger *de puerulo rachitide detento.* Gieſſ. 1697. 4. Pl.

Christian Maximilian Spener *de ægro febre maligna phthiſi complicata laborante.* Gieſſ. 1697. 4. ex repulſa ſcabie.

Melch. Wagner *de hemicrania.* Altd. 1697. 4. Vat. Francf. 1697. Burkh.

Ulr. Sigism. Nimptsch *de αγρυπνια ſ. vigilia præternaturali.* Altd. 1697. 4.

J. Ziegler *Caſus viri hypochondriaci.* Baſel 1697. 4. *.

Raymund Fenot & Phil. Bern. de Berdegalage *frequens cœli mutatio ſalubris.* Paris 1697. 4.

Matth. Thuillier & Petr. le Tonnelier E. *potus Caffee cum lacte ſalubrior.* Paris 1697. 4.

J. Hon. Michelet & Petr. le Tonnelier *Tecmarſi propathorum dirigenda eſt morborum curatio.* Paris 1697. 4.

§. DCCCCLXIII. Diaria ad a. 1697.

In *Philoſ. Tranſact.* N. 224. Samuel Dondy Aſthma ut tamen decumbens melius ſpiritum duceret quam erectus. Hydrops erat pectoris, cujus hic facilior decubitus videtur ſymptoma eſſe characteriſticum.

N. 225. Idem, qui in *Journal de la médecine* ſcirrhus omenti aut meſenterii colon inteſtinum comprimens, ob eam cauſam enorme diſtentum.

N. 227. Carolus Morly de oſſibus retenti per aliquot annos fetus, de ano prodeuntibus.

N. 228. Hill puto Aaron de Henrico Jenkins longævo, deque eo annos 157. vivente teſtimonium.

N. 229. Jacobus Brodie de fetu æthiopiſſæ ex abſceſſu umbilici reddito.

N. 233. Martin Martin de inſulis hebridibus (Ebridibus). Qui ab infantia ſpiritu frumenti utuntur, numquam vermibus infeſtantur. Plantarum nonnullarum vires medicæ. Aaron George ad annum 150 vixit. Quæ toto ſeptennio ſubinde oſſa fetus reddidit. In weſtern islands, ad vires plantarum aliqua. Morbi endemii & earum cauſæ.

Tuſſis in J. Kilda ſi peregrinus eam inſulam adiverit.

N. 235. Robert Clarke Canis a fragore exploſorum tormentorum ſubito interemtus. Qui frequentes excreat ramoſos polypos aſperæ arteriæ.

Æthiops cui ſubinde albæ maculæ effloruerint quoad totus ex albo & fuſco varius fieret.

In *Journal des Sav.* 1697. & in *Phil. Tranſact.* N. 233. Gaillard de morbis Toloſæ, adultis glandulas meſenterii lapideſcere. Hæmoptoe, aſpera arteria ſanguine plena, os ſatis inſigne in pulmone inque vena cava utraque prope aurem dextram. Sanguini in venæ ſectione mora injecta a præcedente polypo. In dyſenteria colon & pars meſenterii ulceroſa, ulcus enorme plenum glomere lumbricorum. Poſt ingentes capitis dolores amauroſis, calloſa dura caro inter corticem cerebri & corpus calloſum, calculorum in veſicula fellea inſignis moles. Ulcera duo maxima pulmonis. Carotides arteriæ polypis plenæ. Mola educta reni ſimilis. Galeæ calvariæ defectus. Uterus in collo ſcirrhoſus duriſſimus.

In *Mémoires de l'Academie avant* 1699. iterum S. Donat de ſuo infante in ſcroto reperto.

Hoc anno orſus eſt,

Brunet Medicus, *le progrés de la médecine contenant un recueil de tout ce que s'obſerve de ſingulier par raport à la theorie & la pratique.* Paris 1796.

Eo tomo careo.

Sed pro anno 1697. coram eſt. Continet fuſam relationem de abbate qui venerem molitus neque expedito coitu tumorem in ſcroto concepit, quem

DONATUS excidit, inque eo cranium veriſſimum reperit & fetus reliquum corpus, confuſis partibus.

In T. 1698. phyſiologica continentur.

In *Galeria di Minerva* T. II. ann. 1697. præter varia ſuis locis inſerta, breviter de Academia phyſico criticorum etiam nunc per ſuos commentarios celebris, quæ anno 1691. primordia ceperit, auctore potiſſimum PYRRHO MARIA GABRIELLI.

THEOPHILI GRISONI Sermo in conventu ejus Academiæ dictus, de cauſis periodorum in febribus intermittentibus. Hypotheſis a lentore in primis viis & a fermento febrili repetito.

SIGISMUNDUS VALIANI in eadem Academia omnia animalia, vermes etiam intra corpus humanum naſcentes ex ovo naſci.

ANTONIUS VECTRONI de uſu medico mellis.

In eodem Tomo diarii *Galeria* apologia quædam anonymi exſtat, quam alii ipſo MALPIGHIO tribuunt. Erraviſſe dicebatur in morbo oculari, quem amauroſin vocabat.

In febre epidemica maligna cum virium proſtratione oſtendit MALPIGHIUS lividos in cadavere vibices & maculas & pulmones putridos. Venæſectione ſe abſtinuerat cujus eventus funeſtus fuerit.

Hoc anno ſive pro anno 1696. Mutinæ excuſam eſt.

Giornale de letterati. 4.

In E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* V. VI. ann. 1697—1698.

CAROLUS LANGE Lucernenſis.

Obſ. 13. Hydropica poſt draſticum purgans ſubito mortua. In ventriculo cibi pridiani crudi. Pancreas & glandulæ meſenterii ſcirrhoſæ, hydrops & pectoris & abdominis.

MATTHÆUS HARDER.

E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* V. VI. *Obſ.* 99. Lochia ſuppreſſa, tumor inde abdominis indies incrementa capiens. Multum in abdomine aquæ tumorque durus hydatidibus farctus, meſenterii glandulæ induratæ, duo inde abſceſſus in pelvin continuati uterumque amplexi, ex quibus hydatides & glandulæ. Uteri oſtium cartilagineum.

CASPAR

Caspar Petzold Vratiſlavienſis clinicus.

Ann. V. VI. Poſt lapſum magna contuſio ſanata ſcabie efflореſcente.

Obſ. 185. Ab urina retenta œdema crurum, ea reſtituta ſanatum.

Stahlianus in noſodochio fere adnotationes collegit 95. hiſtoriæ morborum breviores medicamenta uberiora, multæ curationes, multæ inciſiones cadaverum.

Bartholm. J. Otto Hanemann.

Obſ. 203. Piſcis paſſer grandinoſus, purulentus ulcuſculis plenus.

Ej. Diſp. inauguralis *Theſes medicæ miſcellaneæ.* Leid. 1697. 4.

J. Dan. Dolæus.

Ann. V. VI. *Obſ.* 257. In canibus etiam voracibus frequenter reperi glandulas ſcirrhoſas in quibus vivi vermes rubicundi annulati.

Obſ. 257. Mors a ſanguine vomitu reddito.

Obſ. 258. Et a tumore adipoſo, glanduloſo intus hydatidibus pleno.

J. M. Vorwaltner.

Obſ. 106. Fetus per abſceſſum umbilici feliciter excretus.

Obſ. 107. Viſus vitium ut ex ſerie rerum unicum tantum perciperet.

Obſ. 108. Pupilla ex ſua ſede dimota, tamen viſum ſuperfuiſſe.

Obſ. 109. Quartana per triennium pertinax ſublata exemtis calculis.

Obſ. 110. Delirium, anxietas &c. ex ſalmone muria condito.

Ann. VII. VIII. *Obſ.* 142. Dolor circa pylorum, alvi fluxus ſubcruentus, deglutitio difficilis & inde quaſi ſuffocatio. Inteſtina vacua & abſceſſus verſus lienem pure plenus, pancreas conſumtum.

Obſ. 143. A diuretico imprudenter ſumto mors ſubita, inteſtina ſanguine plena, pancreas ſanguinolentum, duodenum lacerum.

Obſ. 144. Spiritus tenuis, difficilis, mors. Sarcoma ad jugulum ſub ſterno maximum.

Obſ. 145. Pertinax alvi obſtructio, cum vomitu convulſiones, mors. Ventri-

Ventriculus & inteſtina inflammata gangrænoſa, ſcybala in cœco inteſtino duriſſima.

Obſ. 146. In pleuritide per totum latus pleuram inter & muſculos craſſa cruſta lymphatica effuſa.

Obſ. 147. Poſt arthritidem diuturnam, vomitum cruentum, urinæ ſuppreſſionem, ventriculus & inteſtina inflammata, illa gangrænoſa.

J. Henr. Starck.

Ann. V. VI. *Obſ.* 167. Veſicatorium emplaſtrum in petechiis cum delirio utile.

Ann. VII. VIII. *Obſ.* 59. Dolor lateris dextri, ſanguinis vomitus, tumor in ſede hepatis, urina purulenta & medicamentis diſcuſſus.

Ann. IX & X. *Obſ.* 167. puer in hydrope in lucem editus tamen ſanatus.

Obſ. 168. Fluor albus chalybe, terebinthina, myrrha ſanatus.

Obſ. 169. Puero maculæ cutaneæ & ſanguis de naribus, palato atque oculis fluens, ex ira nutricis.

Obſ. 171. Cum calculo veſicæ oſſeum in uretra anteriore concrementum.

Reinhold Wagner.

Obſ. 179. Tumor, pulſatio ſuper papillam in dextro latere thoracis ſenſim inſigniſſima mole auctus, Aneurysma erat Aortæ lamellato ſanguine farctum intra quas lamellas ſanguis grumoſus erat.

Obſ. 180. Inteſtinum ileon a lumbricis perforatum ut fiſtula ſupereſſet, tamen myrrha & balſamicis adhibitis ſanatum.

Ulricus Haudigel.

Obſ. 288. Singultus vehementiſſimus & pertinax, theriaca & ſudore fruſtra adhibitis, ſuppreſſus odore extincti luminis.

Obſ. 289. Vomitus fere dimidio anno pertinax & quotannis recidivus pulvere Birkmanni & oleo illito ſtomachali compreſſus.

Ann. VII. VIII. *Obſ.* 194. Quietus ab apibus ictus accepit in facie. Oculum ſervavit luto impoſito verum poſt aliquot hebdomades priora iisdem locis mala eruperunt, eodem arcano ſanata.

Obſ. 195.

Obſ. 195. Facillime ſanata ozæna in integra familia, continuo naribus aqua viridi elutis.

Obſ. 196. Tertio in paroxyſmo lethalis apoplexia.

Mathias Blau.

Obſ. 298. Ex vomitu per medicamenta metu ſuppreſſo in oculo ſanguis.

Ann. VII. VIII. *Obſ.* 1. Grana hordei poſt 14 dies per lotium egeſta.

Obſ. 2. Urina craſſa ad glutinis modum cohærens abſque alio malo.

Obſ. 58. Febris intermittens cum tertio paroxyſmo ſoporoſo maligna.

Obſ. 95. Poſt peripneumoniam pulmones rubicundi diſtenti.

Obſ. 96. Thermæ in hydrope merito funeſtæ.

Obſ. 97. A variolis in cadavere pulmones inflammati fere gangrænoſi, puſtulis & maculis adſperſi.

Ann. IX. X. *Obſ.* 51. Febris quotidianæ per viginti annos perpetuus & quotidianus paroxyſmus.

Obſ. 54. Quartana feminæ poſt multas recidivas ſanata cortice peruviano.

Gerhard Rabner de ſingulari hemicrania periodica, in ſe ipſo, ut certis horis dolor rediret, ut per integros 23. annos, aliquot in anno menſibus ſæviret. Quartana febris totarum 18 menſium inducias fecit. Remedia fruſtra fuerunt, hirudines tamen temporibus admotæ denique levamini fuerunt.

§. DCCCCLXIV. Ad. a. 1698.

Alexander Thomson Scotus, Profeſſor ex ſchola Pitcarniana.

Ej. *de vera medicinæ ratione.* Utrecht 1698. 4. Laudes meliorum de re medica ſcriptorum.

Ej. *Diſſertationes medicæ 1. De motu quo renituntur canales in fluida corporis animalis. 2. De aquarum mineralium examine & origine. 3. De martis & mineralium aquarum. 4. De mercurii. 5. De opii operationibus mechanicis. 6. De morbis animi.* Leid. 1705. 8. Planum & facile viro ingenium fuit, ut Boerhaavio pene conſentiret Duvernoyi diſcipulus bonus. Introductio eſt de ſectis medicis potiſſimum nuperis, eorumque auctoribus, quibus non valde favet ne Willisio quidem. Diſſ. 1. phyſiologica eſt. 2. Eo tempore plura habebat nova quam noſtris. Ferri in aquis ſalutaribus judicia, copiam ejus in acidulis

acidulis largam reperiri contendit. Sal terræ nativus (alcali minerale), volatilia omnia. Experimenta habet cum reagentibus facta in aquis Aberbrothocenſibus, aqua promontorii D. PETRI. 3. Ferrum prodeſſe aucto elatere arteriarum, ut viſcidum ſanguinem lentumque per anguſtias vaſorum minimorum melius urgeat ſerumque diſſipet. Quare nocere fatetur quoties ſanguis juſto craſſior & elater vaſorum ſupra medicorem eſt. 4. Hydrargyri particulas ſphæricas admittit, ob eam figuram omnium maxime ſanguinem diſſolvere ut ponderi parum tribuat. 5. Opium ſpiritus & ſanguinem rarefacere, motum ejus augere, ſudorem ciere. 6. Morbos animi morborum corporeorum quaſi radices eſſe, qui ſanari nequeunt, quo morbo mors tantum liberat.

J. JACOB DÆBEL junior ab a. 1698. med. provincialis Profeſſor inde Lundenſis.

In Act. Mar. Balth. 1699. cœco oculo ante mortem viſus rediit in ſene.

EJ. *Vertheidigte Arzneykunſt und vertheidigter Arzt, wider die heutigen Verächter derſelben.* Lond. 1700. 8.

EJ. *de erroribus vulgi circa medicinam & medicos.* Lund 1700. idem l.

EJ. *Inquiſitio judicialis ſuper Eſteræ Norre morbo ob diuturnam inediam aliaque ſymptomata notabili habita a judice Scaniæ* HALLENBERG *latine verſa* A. J. J. DÆBELIO. ib. 1714. 8. Inediam & morbum ut ipſo coram judice confirmant varii teſtes.

EJ. *Hiſtoria inediæ diuturnæ Eſtheræ Norre Obgenſis.* Lond. 1715. 8.

Germanice cum ſimili caſu inediæ ſeſqui annuæ puellæ Haderslebenſis. Hall. 1724. 8. PL. BR.

Puella paralytica fervente bello & Suecia calamitatibus preſſa cibo decem per annos abſtinuit ut & potu per octo annos careret, viſiones angelicas jactare cepit. De hac puella noſter inquirit, an ullo modo ea fieri poſſint quæ tunc maxime dicebantur fieri. Mihi videtur ejus puellæ & impregnationem reſpondere & fugam.

EJ. *Diſcurſus academicus de Eſthere Norre Obgenſis angelo ſtella templo albo & deliquiis.* Lond. 1715. 8. De puero qui fæcum loco 32 l. ſaxeorum fragmentorum per annum ediderit. Huc etiam pertinere putavi.

EJ. *Academiæ Londinenſis hiſtoria.* Lond. 1740. 4. & continuatio. ib. 1741. 4.

EJ. Et WALLERII Diſp. *ſcorbutum ſuecis non eſſe endemicum.* Lond. 1735.

EJ. Et FIELLSTROEM *de abuſu adſtringentium in hæmorrhagiis.*

J. S.

J. S. LASHER *Chymicus & pharmacopœus ſ. pharmacopœa chymica.* Lond. 1698. 12. VAT.

JOACH. TARGIRI *Pathologia compendiaria.* Leid. 1698. 8.

THEODOR JACOB LEENHOF *Enchiridion medico practicum.* Ulm 1698. 4.

PHILIATRI MACHIAVELLUS *medicus ſ. ratio ſtatus medicorum.* Argentorat. 1698. 8.

Pharmacopœa Leovardienſis galenico chymica. Leovard. 1698. 12.

Diſpenſatorium Brandenburgicum ſ. Norma juxta quam in provinciis Brandenb. medicamenta diſpenſanda ac præparanda ſunt. Berlin 1698. fol. RIV.

Diſcurſus medicus de impotentia virili. Colon. 1698. 8. VATER.

Compendium materiæ medicæ ex DAN. LUDOVICI *pharmacia &c.* Francof. 1698. 8.

J. JAC. HOFMAN *Lexicon univerſale.* Leid. 1698. fol. 4 vol. Alterius ſcopi, voces tamen etiam medicas continet.

J. INGENBERT *Chiromantia, metopoſcopia & phyſiognomia curioſa.* Francof. 1698. fol. 1701. 8.

CHRISTOPHORI de STEDROSA *Allegatio apologetica medico phyſica, qua probabiliſſimam ſententiam de occultis qualitatibus aliquorum entium nititur defendere.* Sevilla 1698. C. de V.

NICOLAUS BÆR *Apotheca cinerum, ducentis ſtrophis, tamquam medicis pyxidibus referta, per rhytmos latino germanicos repræſentata.* Bremæ 1698. 4. CARRER ſi huc facit.

VINCENTIUS FAMOSA auctor eſt libri quem edidit FELIX ASSONA *Diſcurſus de febre maligna.* Barcinonæ 1698. C. de V.

§. DCCCCLXV. PHILIPPUS HECQUET.

Doctor, medicus Pariſinus, PITCARNIO & BELLINO addictus, acer præterea Janſeniſta, plurima ſcripta eriſtica edidit. Vaga ſua ratiocinia fuſe exponebat, voceſque fundebat quibus nullam certum ſenſum aſſignaveris.

EJ. Non E. *remediorum cauta ſupellex.* Paris 1698.

EJ. *An functiones a fermentis.* Paris 1696. & in medico theologico III.

Ej. *An chronicorum morborum medicina in alimentis* & in eodem opere.

Ej. *An morbi a colluvie ſeroſa*, & in operibus.

Ej. *Remediorum cauta ſupellex*, cum iiſdem.

Ej. *An impeditæ tranſpirationi ſanguinis miſſio*, perinde

Ej. *An ægris potus interdicendus*. Paris 1711. 4. itidem.

Ej. *An morbi a ſolidorum tritu*. 1712. pariter.

Ej. *An creatoris & naturæ legum imago carnis privii lex*. 1723. Pro diæta vegetabili.

Ej. *An quos morbos non ſanat chirurgiæ ferrum ſanat chymicus ignis*. ibidem.

Ej. *Explication phyſique & mécanique des effets de la ſaignée par raport à la tranſpiration*. Paris 1706. 12.

Ej. *de l'indecence des hommes d'acoucher les femmes & de l'obligation des femmes de nourir leurs enfans*. Paris 1718. 12.

Ej. Tr. *des diſpenſes de careme*. Paris 1719. 12. 1712. 12. 1715. 12. Pro victu vegetabili contra victum carnoſum, & pro quadrageſimali jejunio. Neque naturalem hominum victum carnoſum eſſe, neque neceſſarium, ſatiſque in vegetabilibus eſſe vis nutritiæ. Inde diætetica de ſingulis alimentis vegetabilibus & de piſcibus. Lutras utique aquaticas & caſtores non poſſe pro piſcibus haberi. Ut jejunium tolerabile reddatur. Qui homines carnium uſu non poſſunt carere. Jejunii utilitas medica. Pro ſobrietate & repetita cibatione. De potu aquæ, vini, Theæ, Caffeæ, Chocolatæ &c. Pro potu calido, ab ipſis etiam animalibus præferri, ut Theam etiam & Caffeam laudat.

Diſſ. *de nicotiana*.

Ej. *Traité de la digeſtion contre l'article* XIII. *des memoires de Trevoux*. Janv. 1710. Paris 1710. 12. & in collectionibus.

Ej. *Decrets, uſages & louables coutumes de la faculté de medecine de Paris*. Paris 1714. 12.

Ej. *Novus medicinæ conſpectus ubi ex ſanguinis circuitus anomaliis, ſecretionum errata, miſcellanea ſuccorum & humorum adulteria deducuntur, genuinæ morborum cauſæ veræque medendi leges*. Paris 1722. 12. 2 vol. Primum volumen phyſiologici eſt argumenti, adjectus tamen eſt libellus de peſte, quæ ſit abſolutiſſima inflammatio & denſitas ſanguinis & nimia ſolidarum partium elaſticitas. Suadet venæſectio-

venæſectionem largam & ex amplo vaſe, potulenta præterea, diaphoretica. Pro narcoticorum innocentia & pro tuta curatione refrigerante. In P. II. pathologica totam morborum generationem refert ad tonum auctum & imminutum, rejecta cacochymia. Eam theoriam ad totam artem refert, ad ſymptomata, ad curationem, ad medicamentorum effectum.

Ej. *Lettre en forme de diſſertation pour ſervir de reponſe aux obſervations qui ont été faites contre le L. des obſervations ſur la ſaignée du pied & ſur la purgation au commencement de la petite verole.* Paris 1725. 12. Contra Sylvam & potiſſimum contra Helvetium. Nimiam venæſectionem pedum vaſa inanire ut ſubſidendo ſe tranſitui fluidorum opponant, obſtructiones faciant, una multum lymphæ amitti, nervei humoris copiam nimiam, vires frangi. Pro narcoticis in variolis, quæ confuſionem in ſpiritubus ſedant. Contra uſum Kermes mineralis ob incertum effectum. Pro alvo in variolarum inque morborum acutorum principiis ducenda, malum enim fere in primis viis eſſe. Mors Gundelsheimeri ex emetici uſu. Hæc eſt apologia libri cujus mox ſequitur recenſio. *Obſervations ſur la ſaignée du pied & ſur la purgation au commencement de la petite verole.* Quadraginta obſervationes venæſectiones in pedibus facile ab Hiſpanis toleratas, ſanguinem autem Gallorum nimis craſſum, eadem auxilia non ferre. Tonum frangi a venæ pedis ſectione. Contra inoculationem variolarum. Falſo miracula ei auxilio tribui.

Ej. *Medecine theologique ou la medecine crée ou s'explique l'hygieine par les principes de mécanique, on y develope les vraies cauſes des maladies & les vrais remedes.* (Primam editionem citat Eloy 1731.) Paris 1733. 12. 2 vol. Solam diætam vegetabilem convenire, carnis uſum præter naturam invaluiſſe. Vinum cauſam eſſe vitæ poſt diluvium brevioris, & nunc carnem undique vitari non poſſe, quod ventriculus nimis ei adſueverit. In Vol. II. de medicamentis, pro vegetabilibus contra chemica, contra cacochymiam. Pro ſedantibus quæ ſtricturam auctam compeſcunt. Pro arteriotomia.

Ej. *Preuves de la decadence de la medecine.* Paris 1725.

Ej. *Remarques ſur l'abus des purgatifs.* ib. 1725. 12.

Ej. *Reflexions ſur l'uſage de l'opium, des calmants & des narcotiques.* ib. 1726. 12.

Ej. *Lettre ſur l'abus des purgatifs & des amers.* ib. 1729. 12.

Ej. *de la digeſtion & des maladies de l'eſtomac ſuivant le ſiſteme de la trituration.* Paris 1730. 12. 2 vol. quæ ſecunda eſt editio. In Tom. I. fuſe contra Sylvam dicit & contra tali ſectionem, in purgationem quæ humorum in primas vias faciat confluxionem. Sed etiam in Kermes minerale invehitur & defendit

 ſola

ſola vegetabilia legitimam in medicinam recipi. Tonus auctus & diminutus unde morbi. Congeſtiones ſpaſmodicæ & autocratia naturæ, pene ad modum Stahlii. Magnæ laudes venæſectionis in brachio & medicinæ refrigerantis, opii, ſulfuris, vitrioli, entis veneris, ſalium neutrorum etiam auri, ferri, ſtanni, corticis, tum refrigerantium. Fuſa apologia opii. In T. II. Primum de digeſtione, contra fermentationem. Inde contra fermenta tamquam cauſam morborum ventriculi, eorum cauſam eſſe in debili tritu. Ejus vitii effectus eſſe fervores vitiatos & flatulentias. Morbi ventriculi varii ſigillatim, medicamenta & eorum modus agendi. Adverſus vomitum carthartica non tuto dari. *Embarras des premieres voies* non eſſe ſaburram ſed vitium virium terentium male ergo hic draſtica dari, male rheum. A multo uſu emeticorum & evacuantium volvulus. Inteſtina jejuna ſtercore plena cum tumor varicoſus principium inteſtini recti comprimeret, ex purgantibus natus.

EJ. *Animadverſiones in* ASTRUCII L. *ſur la cauſe de la digeſtion des alimens.* Præter phyſiologica diætetica aliqua de natura ciborum. Contra morborum a fluidorum vitio explicationem & huic theoriæ ſuperſtructam conſuetudinem expurgandorum humorum. Vitia ſolidorum eſſe corrigenda.

EJ. Diſſ. *de la digeſtion des alimens pour montrer quelle ne ſe fait pas par le moyen d'un levain*; contra VIEUSSENIUM fere phyſiologici argumenti.

EJ. *Reponſe aux principaux endroits du livre* de SYLVA *ſur l'uſage des ſaignées.* Ipſas contra receptas leges nimium tribuere venæ tali ſectione. De revulſione, derivatione & BELLINI monitum contra revulſionem ad partes remotas. Fuſiſſima ratiocinia, quæ nihil ad artem faciunt.

Lettre I. *Sur la revulſion.* Effectum eſſe naturæ. In brachio tutam obtineri in pede vero cum periculo.

Lettre II. *Sur la revulſion dans les maladies chroniques.* Hos morbos & ipſos venæſectionem deſiderare quæ non ſine noxa differatur.

Lettre III. *Nouveau ſiſteme ſur la ſaignée.* Plethora cauſa morborum. Exonerare partes ſolidas, ſanguinem reddere ductilem, cauſam mali cominus impugnare. Vaſa lymphatica (tenuiora) liberare.

Lettre IV. *Sur l'incompetence du Kermes mineral & ſur le Lilium Parac.* Contra hæc medicamenta. Deum mineralia non creaſſe ut in medicamenta abirent. Kermes eſſe ignorantiæ inventum. Ut remedia chemica noceant. Simile ſulfuri antimonii Kermes, ſed doloſius eſſe. Lilii vim incertam.

Lettre V. *Sur les maladies des yeux.* Pro cataractis cryſtallinis, ſed dari etiam membranaceos. Lentem cum periculo deponi.

EJ.

Ej. *Medecine, Chirurgie & Pharmacie des pauvres.* Paris 1740. 12. 3 vol. 1749. 12. 4 vol. Prodierat dudum Chirurgia 1714. 8. germanica verſio Augſpurg 1767. 8. In Tom. I. præcipue medicina pauperum, qua morbi univerſales tractantur. Morbi partium ſolidarum, a quarum mutatione multa mala humana prodeunt. Inter purgantia foliis ſennæ favet. Rheum & Aloen potius ut amara remedia utilia eſſe. Contra ſudorifera potiſſimum in morbis acutis. Pro ſedativis in his ipſis morbis, ipſoque opio. In hydropis initio chalybs & Cortex peruvianus, non diuretica, ſanguinem valide attenuant. (ob hoc conſilium *le Sage* in celebri ſatira Hecqueto illuſit). Venam pedis non incidendam, niſi prius ſanguis largiter per venam brachii manaverit. Cauſæ morborum. Tranſpiratio impedita in febribus. In iſtis vomitoria & amara in morbi initio ſuadet. Malignos morbos & febres eryſipelaceas refrigerantibus curat, ſero lactis, ſale Epſonienſi. Corticem peruvianum ſedativis accenſet. Pro paracenteſi poſtque eam pro roborantibus. In ſcorbuto venæſectio curat dolores. In peripneumonia omni ſexta, deinde omni duodecima hora ſanguinem mittit. Contra antihecticum joviale. Ad hæmorrhoides venæſectio, ad melancholiam opium. Volvulus hyſtericus ſedantibus curandus.

Tom. II. Morbi certi vitæ generis, ſexus, ætatis. In muſto etiam ante fermentationem aliquid eſſe inebrians. Ad dolores a partu opium. Lochii ſuppreſſionem non valde reformidat. Febrem rubram habet pro morbo *Frieſel* germanorum, ſed illa febris minus perfida videtur. Acida laudat præter auſtera illa & hoſtilia.

In *Chirurgie des pauvres* medicamenta habet. Inciſiones leves in cutem hydropicorum laudat. Tumores cutaneos eſſe conatum naturæ neque debere curari. Contra infuſa vulneraria. Pro cortice peruviano in gangræna.

Tom. IV. *Pharmacie des pauvres.* Multa ex Fullero, fuſe de aqua calcis. Pro vegetabilibus remediis. Pro alimento ex carne in *ſuite des obſervations ſur le remede maigre*, quod quaſi compendium eſt *l. des alimens de careme.* Victu vegetabili plurimos viros religioſos ſalubrem vitam vivere.

Obſervations ſur le regime maigre & ſuite des Obſervations compoſants libelle des diſpenſes de careme Satis eſſe in vegetabilibus materiæ nutritiæ, ut vitæ alendæ ſufficiant. Severiſſimos ordines monachorum ſine carne ſalubres & longævos vivere. Jus & alia alimenta ex piſcibus. *Vita ſ. elogium* auctore Raimundo de S. Marc. Abſtemius, carne abſtinens, in ſolitudine vitam finivit. Ex eadem cauſa hocce opus D. Boudon edidit & pharmaciam totam mutavit.

Ej. *Le brigandage de la medecine dans la maniere de traiter la petite verole & les plus grandes maladies par l'emetique, la ſaignée du pié & le Kermes mineral.* Paris 1749. 12.

Precsi

Precis du Brig. de la medecine prodierat. 1738. 12. (priorem editionem Ultraject. 1732. 12. lego in Cat. PL. & in ELOY). Venam tali non ſatis a capite revellere. In principio variolarum ex amplo vulnere magnæ venæ ſanguinem mittendum. Inde autem dandum opium & anodyna mineralia. Peculiariter de variolis. Nullam dari febrem ſecundam, quæ ita vocatur eſſe continuationem primæ febris, quam venæſectione licet curare. Morbum ipſum a carnis nimio uſu oriri. Ab opio variolas non retrocedere. In literis apologeticis excuſat libellum qui cum vitæ præſcriptus fuerit, CHIRACUS ſe petitum perſuaſus fuerat.

In T. II. Venæſectionem pedis de viribus plus demere, magnam in brachio aperturam efficaciæ plus habere. Præterea nervinum ſyſtema debilitari. Contra aquas Balarucenſes, ſolum ſalem marinum continere & nimium. Proſpectus Academiæ medicinæ, quæ ex optimis ſcriptoribus certiora documenta de viribus medicamentorum excerperet.

In T. III. Contra Lilium Paracelſi & ſectam chemicam. Contra jurium carnis pinguium in febre uſum. Corticem peruvianum admiſtis purgantibus debilitare. Tympanitem quæ ſit fibræ ſtrictura cedere refrigerantibus. Non debere nimium humorum vitiis tribui. Denuo contra Kermes, Lilium & venæ pedis ſectionem. Multæ vagæ & parum definitæ ſonoræ voces.

Vita etiam prodiit. Paris 1740. 12.

Varia ab Ill. HALLERO omiſſa ex ELOY adhuc ſubjungo.

EJ. *de purganda medicina a curarum ſordibus.* Paris 1714.

EJ. *Traité de la peſte avec un probleme ſur cette maladie.* ib. 1728.

EJ. HIPPOCRATIS *Aphoriſmi ad mentem ipſius, Artis uſum & corporis mechaniſmi rationem expoſiti.* ib. 1724. 12. 2 vol. V. *Bibl. pract.* T. I. p. 54.

EJ. *Le brigandage de la Chirurgie & de la Pharmacie.* ib. 1732. & edit. 2da. 1758.

EJ. *Le naturaliſme des convulſions dans l'épidemie des maladies convulſionaires.* ib. 1733. In fanaticos, qui in cœmeterio St. MEDARDI convulſiones fictitabant.

EJ. *Reponſe touchant les devoirs des medecins & des convulſions.* ib. 1733.

EJ. *Les convulſions du tems.* ib. 1737.

EJ. *La medecine naturelle vue dans la pathologie vivante* edit. ſecunda. Paris 1738.

§. DCCCCLXVI.

§. DCCCCLXVI. Nuperi Varii.

Les malades en belle humeur ou lettres divertiſſantes contre de Chardrin. Lyon 1698. 12.

G. du Pré *Reponſe á l'écrit du S. du* Salins *ſur la maladie de feu.* Me. Coeur *du* Roi. Dijon 1698. 12.

De eodem morbo, Jaques Begin *lettre ſur les ecrits des Sieurs* du Pré & Guibadet *imprimée à* Dijon 1698. 12. Corr.

J. B. Alliot Tr. *du cancer, ſa nature, les moyens pour le guerir methodiquement.* Paris 1698. 12.

In Helvetium; Medicamentum iſchæmum a Daniele Ludovici habere. Contra Ypecacuanhæ uſum. Scirrhi ex acido fiunt. Extirpationem glandulæ obſtructæ vel ferro vel igne vel pulvere ſuo corrodente unicum & ſolum eſſe contra cancrum remedium, ſcriptionem hujus pulveris dat ſatis obſcuram non a Johanne Baptista ſed a Hyacintho filio (monacho) libellus regis juſſu obſcure conſcriptus eſt Carr. Br.

Cochon du Puy filius, medicus Rupellenſis.

Ej. *Hiſtoire d'une enflure du bas ventre très particuliere qui confirme la nouvelle opinion de la generation de l'homme, & qui établit un nouveau genre de maladies des femmes.* Rochelle 1698. 12. *. Poſt longa mala cum cyſtides aqua plenas abdomine contineri adparerent, lapſa rupto abdomine multum aquæ emiſit & debilitata periit. Duri erant ampliſſimi tumores, viſcera abdominis ſuis ſedibus depulerant, ovaria in hos tumores abierant, quæ pondere erant 35. l. Inerant veſiculæ præter quas aqua in ovario collecta erat. Redit in Memoir. de l'Acad. avant 1699. a. 1698.

Charles Denis de Launay *Nouveau ſiſteme concernant la generation, les maladies veneriennes & le mercure.* Paris 1698. 12. Nihil habere novi aut proprii Astr.

In altera editione Paris 1725. 12. *. P. I. phyſiologiæ ſyſtema continetur. In ea agitur de partu ventrali, qui neceſſitatem faciat cæſareæ ſectionis & de molis falſiſque conceptionibus.

Ej. *Diſſ. phyſique & pratique ſur les maladies & les operations de la pierre.* Paris 1700. 12. Varii viarum urinariarum morbi.

Nouvelle inſtruction pour les confitures, les liqueurs & les fruits. Paris 1698. 12. Falc.

Alonso

ALONSO LOPEZ CORNEJO GALENO, *illuſtrado* AVICENNA *explicado y Doctores ſevillanos defendidori refutaeſe la nuova contra antiqua medicina y manifeſtaſe que ni Hippocrate, Galeno, Avicenna, ni los praticos antiguos ignoraron lo mas di la medicina y que de ellos ſe ha deducido y transladado lo mas pernicioſo y repilarmento uſar de los medicamentos eſpagiricos y chymicos y eſpecialmente minerales y antimoniales, præcorſi con antiquos y modernos que el metodo de los* D. DRES *Sevillanos y el mias ſeguro en la curacion de las tertianas a ſi exquiſitas avero notas.* Sevilla 1698. 4. C. de V.

Hiſtoire d'une groſſeſſe extraordinaire. Paris 1698. 12. Phil. Tranſact. nr. 251. Fetus tubarius, quem etiam SAVIARDUS deſcripſit, multa hic reprehenſit.

Auctor dicitur JOUEY an fuerit LUD. GOUEY quem dicemus?

Statutes of the college of phyſicians. London 1698. 8.

J. FRYER M. D. *New accound of Eaſtindia and Perſia in eight lettres.* Lond. 1698. fol. ad hiſtoriam naturalem. Indiæ potus ſanitatis, ſordida ulcera. In India cinnabaris præparata pro febrifugo remedio. Vermis medinenſis figura.

A book of the virtues and uſes of the balme of Chili. Lond. 1698. 12.

R. REICHARTS *Huyſapothek.* 1698. 12.

ARNOLD PAGENSTECHER *Van de waterſucht genamd Aſcites.* Grœningen 1698. BUTTN.

Sonderbare Zipperlein oder podagriſche Cur ſo mehrentheils durch ſcarificir oder Hackung auf den Füſſen zu geſchehen pflegt. Leipz. 1698. 4. GUAZ.

J. FRANC. JUNGEWERTHS *Getreuer Apotheker.* Kempten 1698. 8.

CHRIST. FRECOMUNDTS *Gewiſſenloſer Judendoctor.* Freiburg. 1698. 8.

HONS SCHUPPE *Traiteur à la mode.* Lubeck 1698. 4. Magnum artis coquinariæ compendium.

§. DCCCCLXVII. DISPUTATIONES.

J. GÜNTHER ALBRECHT *de enematum evacuantium alterantium ac nutrientium uſu.* Leid. 1698. 4. PL.

J. REUS *de apoplexia.* Leid. 1698. 4. PL.

CORVENT *de aphialte.* Leid. 1698. 4.

De PORSE *de fermentatione & efferveſcentia in corpore humano.* Leid. 1698. 4.

J. BUSSE *de imaginationis viribus medicis.* Leid. 1698. 4.

P. A. PELT *Poſitiones medicæ paradoxæ.* Leid. 1698.

ALEXANDER CHRISTIAN GAKENHOLZ Profeſſor poſtea Helmſtadienſis, *de hydrope.* Utrecht 1698. 4.

EJ. *de emendanda & rite inſtituenda medicina* epiſt. Cell. 1701. 4.

EJ. *de materia medica.* Helmſt. 1724. HEFT.

EJ. *de vegetabilium præſtantia & indole cognoſcenda & exploranda.* Helmſt. 1706. 4.

EJ. *de licito otio honeſtaque voluptate ſchediaſma.* ib. 1710. 4.

EJ. *de peſtilentiæ averrunco* ſ. Diſſ. N. *de avertenda peſte.* ib. 1712. PL.

EJ. *de immunditie ex contrectatione mortuorum* ſec. Leg. Moſ. Nr. XIX. ib. 1708. 4. PL.

EJ. *Æger aſthmate ſtomachali laborans.* ib. 1710. 4. PL.

EJ. *de viſione per cataractam impedita.* ib. 1713. 4. PL.

EJ. *de rachitide.* ib. 1716. 4. PL.

EJ. *Ægra hæmorrhagia narium a ſuppreſſione menſium laborans.* ib. 1716. 4. PL.

SAM. FRANTZIUS *Virginum valetudinarium.* Utrecht 1698. 4. PL.

JAC. v. HOOLEWERF *de hæmoptœ.* Utrecht 1698. 4.

J. GOD. MAGIRUS *de morbis complicatis.* ib. 1698. 4. RIV.

GEORG SCHUBARTH *de apoplexia.* ib. 1698. 4. RIV.

SIMON THEODOR v. DAIL *de coloribus tamquam ſignis morborum.* ib. 1698. 4. *.

CONRAD ROCKENDAHL *de hæmoptyſi.* ib. 1698. 4. *.

J. REGNERT de FAMANS *de variolis.* ib. 1698. 4. *.

OTTO NUYS *de capitis dolore.* Harderov. 1698. 4. *.

MICH. PANEELIUS *de mercurio & ejus in uſu medico operandi ratione.* Regiom. 1698. 4.

C. Cunrad *de colica.* ib. 1698. 4.

Ej. *de hydrope uteri.* ib. 1701. 4.

Fr. Erich Seuberlich *de ſtillicidio ſanguinis in eadavere præſente homicida conſpicuo.* ib. 1698. 4.

J. Adam Hoecher *de ſacharo.* Gieſſ. 1698. 4.

Gerh. Mathæus Rohr Præſ. Schaper *de arthritide.* Roſtock 1698. 4.*.

J. Jac. Stolterfoht *de ſudore ſanguineo.* Lubec. 1698. 4. Pl. Idem in Actis maris Balth. a. 1698. Aug.

Sam. Teucher *de medicina in alimentis optima.* Leid. 1698. 4. Lehm.

Casp. Quesstel *de pulvinari morientibus non ſubtrahenda.* Jen. 1698. 4. Boech.

Dan. Frid. Buhren *Ægra ſuffocatione uterina laborans.* Erf. 1698. 4.

J. Sac. Sachs *de mictu cruento.* Erf. 1698. 4.

Christ. Frid. Kneuffel *de hæmorrhagia uterina matronæ abortientis.* Gieſſ. 1698. 4. Pl.

J. Georg Freund *de ſemine maſculino in ſtatu naturali & præternaturali.*

Altdorf. 1698. 4.

J. E. Weerkempe *de ſtranguria.* Altd. 1698. 4. Hansen.

Wolfgang Ern. Wagner *de oculo præternaturaliter affecto & quantum fieri potuit ſanato.* Altd. 1698. 4.

Sam. Herzog Præſide J. R. Camerario *de colica.* Tubing. 1698. 4. celebris apud noſtrates clinici.

J. Gotth. Stoesser *de venæſectione.* Argentor. 1698. 4.

Andr. Pimpelius *de lethargo.* Argent. 1698. 4. Pl.

J. Heinrich *de faſtidio medicamentorum.* Baſil. 1698. 4.

Gabriel Bell à Belfort *de hæmorrhoidum fluxu immodico.* Baſil. 1698. 4.

J. B. Chomel & Giller de la Riviere *E. dyſenteriæ vomitus.* Paris 1698. 4.

P. Car-

P. Carmarteau & Gilles de la Riviere *E. febri hecticæ balneum.* Paris 1698. 4.

Ant. Egmoysse & Lud. Lemery *E. propter canis exortum difficiles æſtate purgationes.* Paris 1698.

Petr. Crequimier & Finot *E. propria medici ſcientia œconomiæ animalis cognitio.* Paris 1698. 4.

DCCCCLXVIII. J. Jac. Baier.

Profeſſor Altdorfinus Academiæ Nat. Cur. præſes.

Plurimas diſputationes edidit, plures autem alieno nomine, v. Bibl. Bot. II. p. 81.

De ambra diſputavit. Jenæ 1698. 4. Præſ. Wedelio.

Ej. *de mercurii crudi uſu interno.* 1704. 4. Pl.

Ej. *de veſtitu.* 1704. 4. Riv.

Ej. Περι της των ιατρων ευσεβειας. ib. 1704.

Ej. *de literatorum ſanitate tuenda.* 1705. 4.

Ej. *de jucundo in praxi medica obſervando.* 1705. 4.

Ej. *de longævitate medicorum.* ib. 1705. 4.

Ej. *de poculis medicatis.* 1707. 4.

Ej. *de viſco.* 1706. 4.

Ej. *de teſtimoniis futuro medico practico neceſſariis.* 1726. 4.

Ej. *Problemata medica.* 1706. 4. Num vina ſulfure condita noxia ſint. Num cereviſia in cella vitiatur.

Ej. *de callo oſſium.* 1707. 4.

Ej. *de equitationis utilitatibus & incommodis.* Altd. 1707. 4.

Ej. *de labiorum puſtulis.* 1709. 4.

Ej. *de pudore in curanda valetudine noxio.* 1709. 4.

Ej. *Adagia medicinalia numeri novem.* 1711. 1712. 1714. 1717. & denique collecta 1718. 4.

Ej. *de* A. C. Celso *ad majorem philiatrorum utilitatem accommodando.* Altd. 1710. 4.

Ej. *de Artemiſia.* 1720. 4. (*).

Ej. *Jatro Aliptice veterum.* 1723. 4. Pl.

Ej. *de præſtantia rerum per vetuſtatem conſequenda.* 1723. Heft.

Ej. *Mel ſaccharo ſalubrior.* 1724. 4.

Ej. *Animadverſiones phyſico medicæ in quædam loca novi fœderis.* 1736.

Ej. *de abuſu purgantium in morbis.* 1749. 4.

Ej. *Hiſtoria horti medici Altdorfini.* 1724. 4.

Ej. *Orationes editæ* 1727. 4. *Inter eas ad rem medicam faciunt* de rei militaris & medicæ concurrentia, de honorariis & præmiis medicorum, de politiæ medicæ & academiæ analogia, de bonarum legum & præſcriptionum medicamentorum inter ſe convenientia, de communibus rectoris atque medici virtutibus.

Ej. *Biographiæ profeſſorum medicorum qui in Academia Altdorfina vixerunt.* Nurnberg 1728. 4. cum iconibus, nummis, ſcriptorum cenſu. Bonus labor quo celebriorum virorum vitæ continentur, occurate conſcriptæ C. Hofmanni Mauritii Hofmanni, J. L. Heisteri, J. Baieri & J. H. Schulzii. Sibi etiam vindicat quæ abſque præſide prodierunt.

De laſſitudine. 1706.

De febre miliari. 1707.

De morbis mulierum, remediis. 1708.

De menſibus dolorificis. 1709.

De ſecretionum anomaliis ſalutaribus. 1709.

De malo hypochondriaco. 1709.

De

(*) Plurimas alias ejuſmodi plantarum monographias cum earum virtutibus medicis Baierus ſcripſit, duæ in Bibl. botan. jam recenſitæ ſunt. N. Edit. Br.

De colliquatione. 1710.

De ictero. 1710.

De ſcabie. 1711.

De ganglio. 1717.

De quibuſdam aſylis ignorantiæ medicorum. 1718.

De pharmaceuticæ recentioris præſtantia. 1720.

De morbis bibonum. 1720.

De oſcitatione & pandiculatione. 1720.

Idea boni medici caſtrenſis. 1721.

De probabilitatibus medicis. 1722.

De modis curandi peſtilentiam. 1724.

De potentia medicorum. 1724.

De temperamentis medicorum. 1725.

De variolarum inſitione. 1725.

De rerum mineralium præſtantia. 1727.

EJ. *Epiſtolas ad viros eruditos eorumque reſponſiones* edidit FERDINANDUS JACOBUS BAIER. Francof. & Lipſ. 1760.

Ad WEDELIUM, MORGAGNUM, RUYSCHIUM, R. LENTILIUM, SCHEUCHZERUM, J. WOUDWART.

Paſſim de efficacia medicamentorum. Laudat acetoſellæ uſum ad calculi paroxyſmos. WEDEL Lapidem bezoar tamen peculiari vi in malignis valere.

Rariorum librorum notitiam, medicamentorum nonnullorum proprietatem. Aluminis natura. Ad hiſtoriam medicam. Capita data pro Academia nat. cur. ſuſtentanda.

§. DCCCCLXIX. J. DANIEL GOHL.

Medicus Berolinenſis, acris STAHLII adſecla & defenſor, chemiæ & clinicæ addictior, a botanicis, anatomicis & elegantioribus ſtudiis alienior. Præſide STAHLIO diſputavit.

De morborum ætatum fundamentis pathologico therapeuticis. Hall. 1698. 4. recuſ. 1707. 4. *.

Ej. Diſſ. *epiſtolaris de motus tonici demonſtratione per revulſionem & derivationem veterum.* Hall. 1707. 4.

Ej. Diſſ. *epiſtolaris de regimine febrium acutarum.* Hall. 1708. 4.

Ej. *ex neglectis hæmorrhoidibus polypi cordis, ſ. de motu aſthmatis convulſivi.* Berlin 1710. 4.

Germanice *Umſtändliche Relation eines extraordinairen Caſus einer convulſiviſchen Engbrüſtigkeit, da man nach dem Tode gefunden ſeltſame groſſe Herzgewächſe.* Berlin 1710. 4. *. Inſpiratio difficilis, expiratio melior deinde hemiplegia cum ſenſu ſcintillarum oculis obverſantium. Feroces ſomni, difficilis reſpiratio varia, tuſſis veſpertina. Vomitus ſanguinis nigri, putridi, ſimilis diarrhœa, ſenſus æſtus interni ægre tolerabilis. Nulla in pectore aqua ſed cor & auriculæ peramplæ, polypo repletæ in hepar uſque continuato, alter ex auricula ſiniſtra in venam pulmonalem. Pulmo inflammatus, ſanguine coacto plenus abſque ulcere. Anima majoribus curis occupata ante mortem oculos negligit & inde amauroſis.

Valentinus *in praxi medica infallibili* recuſam dedit.

Ej. *Hiſtoria peſtis d. i. Wahrheit gemäſe Nachricht von der Natur und Cur der Peſt in kurze Theſes verfaſſet.* Berlin 1709. 4. 1719. 4. *. Spes omnis ponitur in ſudorem excluſa ſanguinis miſſione. Miſturam ſimplicem laudat, meliorem tamen futuram ſi ſpiritus ſulfuris volatilis adhibitus fuerit. Prima peſtis ſeminia diſpelli fumo nicotianæ, teſte etiam Diemerbroekio. Epiſtolæ aliquæ amicorum.

Ej. *Gedanken von geſunden und langen Leben des Menſchen.* Berlin 1709. 8.

Ursini Wahrmund *Verſuch patriotiſcher Gedanken über den verwirrten kranken Verſtand beſonders in der Therapie.* Berlin 1729. 8. Fuſiſſimum opus contra mechanicorum ſectam, & animales ſpiritus. Actiones vitales animæ rationali ſubjici, diſtinguere ſpeciem medicamenti & toni ope eorum actionem ad legitimam ſedem delegare & ſæpe emendare, quæ medicus peccat. Venæſectio alieno loco adhibita rheumatiſmi naturam ad pertinacem revocat. Non ſemper contraria curantur contrariis & diaphoretica in febribus calidis ſalubria eſſe. Sanguinem male coloratum non ideo malam humorum conditionem indicare. Sanguinis circuitum multorum præjudiciorum cauſam eſſe, male selectum venarum evertere, quem tamen veteres nimii fecerint. Venæ magnæ inciſæ derivant ac revellunt. Venæſectio in ſenibus neceſſaria. Pro arteriotome in motibus convulſivis. Nulla dari medicamenta lithontriptica & adſtringentium

ſtringentium effectum ſæpe noxium eſſe. Salivationem neque in morbis hypochondriacis valere, neque in amauroſi neque in ſcorbuto. Ita de reliquis evacuantibus & medicamentis hoſce ad titulos relatis, quæ in univerſum ad id conſentiunt, ut efficaciam plerumque auxiliorum dubiam reddant, ad expectationem Stahlianam mentem medici revocent.

Ej. *Ganz generale Inſtruction von der Tugend und dem Gebrauch des Freyenwalder Geſundbrunnens.* Berlin 1716. 8. Riv.

Ej. *Compendium oder Einleitung zur Praxi clinica.* Lipſ. 1733. 8. Berlin 1739. 8. 1755. 8. quæ quinta eſt editio cum falſo nomine Casp. Melch. Blazer.

Primum prodiit Francof. a. 1715. *Compendiam novæ & ſuccinctæ praxeos clinicæ a* G. M. Bazero, *quod ſurreptum & vitioſum ſibi vindicat* Gohlius. *Act. Berol. Dec.* I. p. 97. Br.

Ej. ſed cum ſuo nomine *aufrichtige Gedanken über den von Vorurtheilen kranken Verſtand.* Hall. 1733. 8. Pleraque phyſiologica ſunt. Alia tamen pathologica. Ita animæ vim in motus vitales rectricem demonſtrat per felicem progreſſum morborum, quoties res omnes naturæ ſapientiori committantur, neque medicus ſe inmiſceat. Per nervos putat oſtendi fetum ab anima ſtrui. Cerebri non tantam eſſe dignitatem, cum eo deſtructo ſupervivitur. Menſium fluentum voluntati obedire, ſtricti & laxi theoriam Harveio innotuiſſe pro argumento eſt quod ſyſtolen & diaſtolen cordis in pullo gallinaceo viderit. Dari ſenſum internum diverſum ab externis, nam in apoplectico qui nihil ſentit tamen emeticum ventriculi vomitum movet. Convulſiones omnes eſſe ab acrimonia aliqua. Sapientiam animæ elucere ex quiete quam parat utrique motui, quando paroxyſmus febrilis imminet & una partus urget.

Ej. *Medicina practica clinica & forenſis. Collectio caſuum rariorum & notabilium medico clinicorum chirurgicorum atque forenſium reſponſis & epicriſibus ſectionibus anatomicis & depoſitionibus illuſtratorum præmiſſa eſt* a El. Schaarschmid. Lipſ. 1735. 4.

P. 1. Caſus practici clinici forenſes. 2. Inciſiones cadaverum. 3. Varii argumenti.

Ej. *Abhandlung von der a.* 1729. 1730 *und* 1731. *in der Mittelmark und dem Oberbarnimſchen Kraiſe graſſirenden Viehſeuche.* Leipz. 1741. 4. Berlin 1735. 4.

Idem anno 1717. edere cepit diarium practici argumenti cui titulum fecit. *Acta medicorum Berolinenſium in incrementum artis & ſcientiarum collecta & digeſta.*

Decas

Decas I. in annum 1717. *Ann.* I. Deſcribitur hic febris petechialis epidemica cum methodo GUNDELSHEIMERI qui TOURNEFORTII in magno itinere aſiatico ſodalis, in Gallia abſorbentia mitia abjuraverat. Repetite venam ſecabat, vomitum ciebat, alvum ducebat, potum dabat acidulum. Die etiam decimo vomitum ciebat, decimo quarto venam ſecabat. GUNDELSHEIMERUS & alter ejus ſucceſſor SCHWARZIUS ea methodo uſi, cum ſexto demum die vomitum ſibi moviſſet, decimo venam incidiſſet, uterque periit, cum tamen alios ſervaſſent. Inciſiones corporum morboſorum. In pulmone tubercula ſcirrhoſa etiam purulenta, alter pulmo vomicis plenus cum ſphaceli ſignis manifeſtis. Hepar lardi rancidi ſimile, pancreas ſcirrhoſum. Externa facies lienis adipe tecta in qua fungi fere oſſei. Alius poſt dolorem in fronte peſſimum concrementum ſcirrhoſæ glandulæ ſimile falci adnatum & proxima pars cerebri putrida. In cerebro tumor ingens duodecim unciarum glandulofus, ad os temporum pertinens, qui tumor cerebrum compreſſit, cerebellum & cerebrum corrupit, mors ſenſim placide obrepſit. Arnica duplex Svedenſis ſpuria ſ. Aſter autumnalis conyzæ folio (*Inula dyſenterica* LIN.) & vera quæ nomen retinuit & Plauenſis etiam dicitur, (*Arnica montana* LIN.) quæ ſola debet adhiberi, de ejus efficacia in ſanguine reſolvendo experimenta auctoris. Chemica aliqua. Novorum librorum cenſus.

Ann. II. 1718. Conſtitutio epidemica Berolinenſis anni 1717. Is annus ſalubris fuerat. Diarrhœa in variolis ſalutaris. Febris ſcarlatina benigna. Lumbrici expulſi hydrargyro, etiam lumbricus prægnans, plenus lumbricis filiformibus vivis. Febres ut putat uſu corticis peruviani corruptæ. Iterum ut quotannis corporum inciſiones. Pulmo alter pure plenus alter ſcirrhoſis tuberculis obſitus, in glandulis bronchialibus calculi, hepar ſcirrhoſum, in homine ſedentario ſobrio. Tabes venerea, pulmo purulentus, hepar ſcirrhoſum. Puerorum orphanotrophii inciſiones, ſcirrhi glandularum abdominalium, pulmonum. Relationes de ſectionibus legalibus omitto. Huc tamen facit relatio de puella prægnante quæ drachma arſenici ſe interemit. Inteſtina expanſa, œſophagus & ventriculus inflammati, in utero grumi ſanguinis coacti.

Ann. III. editus a. 1718. 8. Primo loco morbus eſt memorabilis. Ex peripneumonia dato opio vomica, empyema intra 20 dies natum, adparuit ex tumore, gibberem fere referente, demum cum omnis fere ſpes recuperandæ valetudinis evanuiſſet, paracenteſis inſtituta eſt, inde ſuborta fiſtula thoracis, & æger per totos tres annos ſervatus liquorem emulſionis ſimilem rejecit, quem ſpiritus acidus mineralis cogebat. Pulmo poſt mortem ſcirrhoſus, lobus ſiniſter, ſuppuratione fere conſumtus, niger repertus. Contra HOFMANNUM defendit non chylum ſed verum pus ab ægro rejectum fuiſſe. Alia exempla puris ab empyico rejecti, chylum referentis. Aliud liquoris purulenti magna copia in cavum pectoris effuſi exemplum. Arſenicum cum nitro datum contra febres intermittentes.

Ann. IV. 1719. & 1734. 8. Conſtitutio epidemica Berolinenſis a. 1718. tota benigna, dyſenteria, febres catarrhales faciles curantur, illa hypecacuanha, hæc lenibus laxantibus. Pleuritidis nulla mentio. In univerſum ex 1801. non ſupra 23 extincti, plerique ex febre hectica. Pulmonum ex morbis extincti, in altero alter pulmo calculis plenus, nulla febris acuta præceſſerat. Per cutem & per penem ſanguis effuſus. Crines de plica per alvum ejecti. Polypi aſperæ arteriæ. Infanticidium ſtrictis vinculis patratum, quibus infelix mater abdomen adſtrinxerat.

Ann. V. 1719. 8. Aſpera apologia pro ſua de morte LICHTSCHEIDII ſententia. Ægroti qui aquis Freyenwaldenſibus uſi ſunt ad 87 levati, potiſſimum qui rheumatici, aliis potus nocuit. Heliotropii arvenſis (*Myoſotis ſcorpioides* LINN.) vis ad oculorum morbos.

Ann. VI. 1720. 8. Epidemiæ Berolinenſes a. 1719. Febres rheumaticæ a venæſectione exaſperatæ, deſiderabant diapnoica. Petechiales febres, diarrhœæ ſalutares. Peripneumonia cum narium hæmorrhagia Aeſtas fervidiſſima, hinc dyſenteriæ funeſtæ frequentiſſimæ, in iſtis laxantia, deinde roborantia & ypecacuanha. In febribus tertianis autumnalibus bono cum ſucceſſu corticem peruvianum datum fuiſſe fatetur. Inciſiones corporum morboſorum. Abdomen plenum liquore ſubluteo fœtido. Peritonæum & membranæ externæ viſcerum inflammatæ, neutiquam internæ. In ventriculo haud longe a pyloro foramen calloſum lacerum. Inter duram meningem & piam copia liquoris luteoli & in ventriculis liquor luteolus. Hydropicæ hepar paſſim ſcirrhoſum, ſic pulmones. In perepneumonia pulmo ſanguine farctus, bilis parum & aqueæ. In phthiſico pulmones pure pleni ulceroſi. Iterum peripneumonico pulmo totus purulentus. In empyico & nunc hydropico in pectore pus ſubputridum, pulmo alter exeſus. Hepar ſcirrhoſum. In hydropico pure plenum abdomen quod per foramen diaphragmatis deſcenderat ex pulmonis ſiniſtri aperta vomica. In pleuro-peripneumonico pulmo alter totus tuberculoſus. Vermiculi copioſi acarorum ſimiles in lotio. Sanguis inde per alvum dejectus partim floridus, partim grumoſus, frigus extremitatum, mors. Inteſtina ſphacelata, in meſenterio ingens abſceſſus.

Ann. VII. Berolin. 1720. 8. Iterum hiſtoriæ morborum in hoſpitibus fontis ſoterii Freyenwaldenſis. Ad ulcera utilis caryophyllata. Arthriticis tophoſis hae aquæ nocuerunt. Ad calculum pellendum ſabina. Inciſiones corporum morboſorum. Perpetuus vomitus ex ſphacelo ventriculi. Ex vaſe pericardii rupto mors ſubita. In febre continua ſcirrhus ductum pancreaticum obturans. Glandulæ omenti ſcirrhoſæ. Maniacorum inciſiones. Sanguis in omnibus pauciſſimus aut nullus. Lympha inter meninges effuſa.

Ann. VIII. Berol. 1721. 8. Cadaverum ægrotorum inciſiones. In ſubito

 mortua

mortua ſanguis longe lateque ſub cuticula effuſus, in tergo etiam in brachio, hydrops pericardii, in diaphragmate magna adipis copia. Aſthma peripneumonicum, pulmone altero conſumto, altero atro ſanguine ſuffuſo. Tabido pus ſanioſum inter muſculos abdominis. Mors inopinata ex uteri enormi mole. Alia ex aorta arteria intra pericardium rupta. Faſti emortuales. Longævi ultra 90 annos, quorum plurimi ruricolæ & operarii. Malum hypochondriacum fere ſolis clyſteribus ſanatum.

Ann. IX. Berol. 1721. 8. Morbi epidemici Berolinenſes anni 1720. Vix memorabiles aliqui morbi graſſati ſunt. Febres intermittentes feliciter curabat ſalibus mediis, hypecacuanha. In peripneumonia Arnicæ vires. Catarrhales morbos laxantia ſolvebant, aut diaphoretica, venæſectio conſtanter nocebat. Berolini febres petechiales junio læviores fuerunt. Faſti emortuales Berolinenſes, febres acutæ interimerunt 294, phthiſis 412, convulſiones 423. Inter milites ægroti 567. Inciſiones corporum morboſorum. In lethargo ſquama oſſea per duram meningem. In homine frigore enecato tamen ſanguis in corde coagulatus. Dyſenteria funeſta. Criſtæ carneæ de inteſtinorum craſſorum facie interna efflorefcentes. Iterum contra Hofmannum de morbo Lichtscheidii.

Ann. X. Berol. 1722. 8. De pectoris hydrope integer tractatus. Duæ ſunt hiſtoriæ morbi conjuncti cum rejectione lymphæ putridæ de ore & cum polypis cordis. Signa morbi pathognomonica, quale eſt ebullitionis in pectore ſenſus, qui excreationem præcedit. In medicamentis parum eſſe præſidii. Fuſe de reſorbtione aquæ in pulmones ut poſſit per aſperam arteriam exſcreari. Pulſum intermittentem de ſignis morbi removet, qui ad polypum potius pertinet. Mallet febrem continuam admittere & paralyſin. Inde nata orthopnœa; Arnica ſputum ſanguine tigit. Totus eſt in lenibus purgantibus, rejectis diureticis & diaphoreticis. Duæ Academiæ Saxoniæ probant uſum mercurii ſublimati internum. (ad grana duo pro doſi! Br.) Vena pulmonalis intra pericardium rupta cum hydrope pericardii. Arnicæ vires ad omnes obſtructiones, ſanguinis ſtaſes, adque hæmorrhagias internas. Epiſtola Cornel. Bontekor qua inmenſæ laudes Theæ inpertiuntur.

Tom II. *Ann.* I. Berol. 1723. 8. Fuſior vita Leonhardi Thurneisen. Mirifica ejus itinera, quorum ſi media pars vera eſt, jam inter maximos peregrinatores locum meretur. Hiſtoria morborum qui Berolini a. 1721 graſſati ſunt. De febribus conqueritur, quas datus cortex peruvianus corruperit. Petechiales venæſectionem non ferebant, ejusmodi febris rarum exemplum circa diem criticum in melius converſæ. Cum embryone abortivo multæ molæ egeſtæ. Ex translatis hæmorrhoidibus mictus cruentus. Ad dolores rheumaticos emplaſtrum ſaponatum Barb. proficuum. Faſti emortuales inter 1932 mortes

mortes in convulſionibus 450, a phthiſi 366, a variolis 229, ab apoplexia 208, a febribus acutis 202, ſpina bifida.

Ann. II. Berol. 1723. 8. De variolarum inoculatione. Inde non caveri veras variolas quare reputat per inoculationem a metu ſecundæ infectionis non liberari. Pueros adultis feliciores evenire, quod animus nunc magis vacet, depurandæ ſanguinis maſſæ aliunde inquinatæ. Methodus curandarum variolarum GUNDELSHEIMERI. Tartarum dat emeticum cum manna & ſpiritu theriacali, repetita doſi. Laudat cum STAHLIO cumque STAHLII ſecta venæſectionem, opiata & purgantia rejicit. Inventum deberi SYLVIO & potiſſimum MENKIO. Sectiones legales. Maniacus inciſus. Ad hypercatharſin Arnica efficax. Tabido ex dextro cordis thalamo intus efflореſcentes carunculæ. In puella tabida glandulæ lymphaticæ fuere induratæ, ſebo infarctæ, de tabida puella lumbricus latus, pancreas ſcirrhoſum, vena porta congrumato ſanguine farcta. Plurima in cerebro aqua. De peſte polonica, febrem fuiſſe hungaricam.

Ann. III. Berol. 1724. 8. Communicata cum auctore morborum Berolinenſium anni 1722. hiſtoria, noſter enim interea in oppidum Wrizen ſe contulit. Variolæ funeſtæ, ſic morbilli in quibus alvus ſalutariter ſolvebatur. Eryſipelata per frigidorum uſum in anginam funeſtam exacerbabantur. Variolæ cum petechiis conjunctæ ſemper funeſtæ. Metaſtaſis morbillorum in os ut ſtomacacem facerent, tum ad inteſtina eventu ſalutari. In gibboſis hydrops pectoris. Sulfur antimonii poſt auratum cadens ſpecificum in catarrho ſuffocativo. Epidemici morbi nulli. Faſti emortuales. In 2224 mortuis, ex convulſionibus 573, ex phthiſi perierunt 239, ex variolis 231, ex apoplexia 131. Morbi chronici quam acuti plures interimunt & plures infantes moriuntur. Inciſiones corporum. Ventriculus in ſubmerſo aqua vacuus. Tuba Fallopiana ovario adnata. Ad ſubmerſos & ſtrangulatos vivificandos excutia ventriculi. In maniaco multa aqua cerebri & ejus viſceris partes ſcirrhoſæ. In tabido hepar magnum, ſcirrhoſum, in glandula inguinali tumor cancroſus. Hydrops purulentus, inteſtinum & peritonæum ruptum. A ſteatomate rectum inteſtinum comprimente flatuum vis & cholera.

THEODORI VALENTINI KRAMER Diſſ. *de veſicatoriorum in tenera etiam ætate ſalutari uſu*, eſt in variolis in revocandis puſtulis quæ retrocedunt. Die 7. 9 & 11. feliciter admiſſa ſunt, adjecta duo exempla.

Ann. IV. Berol. 1724. 8. *. Pro motu antiperiſtaltico contra HAGUENOTUM. De volvulo inteſtini ab enormi polypo compreſſo, ut extrahi non potuerit. Volvulus & hernia. Calculi biliarii. Chordapſi exempla funeſta. Idem poſt icterum & colicas calculoſas. Flatus chordapſum facientes, clyſtere tabacino diſpulſi. Herniæ ventriculi exempla. In volvuloſo ventriculus per

 diaphrag-

diaphragmatis amplum foramen in pectus adſcenderat, idem inflammatus & ipſa inteſtina pariter inflammata plena putrida atra pulte, qualem ægrota vomuerat.

Georgii Clacii Medici Hannoverani relatio de eo qui pluſcula fragmenta lignea devoraverat. Ejus obſervatio quartanæ abſque cortice peruviano curatæ. Volvulus ſolutus hirudinibus admotis, cum natura motus hæmorrhoidales molita eſſet. Sulfuris aurati utilitas in morbis acutis aſthmate ſpaſmodico, variolis. Nervina in atrophia hectica.

Ann. V. Berol. 1725. 8. *. In Stenzelium & ejus occaſione in mechanicos medicos ipſum in Ruyschium invectiones. Gohl in aorta polypos dari negabat, Stenzelius adfirmabat. Morbi Berolinenſes anni 1723. Febres eryſipelaceæ anginoſæ. Paroticæ ſanguinis miſſionem rejiciebant, ſic catarrhales quas ſpontaneæ diarrhææ ſolvebant. Aſthma hypochondriacum corporis exercitatione ſanatum. Febrem purpuratam puerperarum peſſimam tribuit refrigerio admiſſo. Tertianæ febres epidemicæ cum vomitu conjunctæ. Decocto Behrensii podagram cum opio retropulſam reſtituit, quo etiam tophaceam materiam in digitis expellit. Faſti emortuales. Gallos frequentius tabes enecat. Phthiſis omnium morborum funeſtiſſimus occidit 261 ex 2166, plures convulſio 563 variolæ 175. Judæorum pueri verminoſi, ut non multum ab allio expectes. In atrophica puella cerebrum aqua plenum, pia mater abſcedens, glandulæ variæ ſcirrhoſæ, ſic unus muſculus pſoas. Funeſtus poſt febrem quartanam fluxus hepaticus.

Ann. VI. Berol. 1726. 8. *. De aquis Freyenwaldenſibus martiatis, margaceis tophoceiſque, intus eaſdem convenire oculorum morbis. Superata iis (ſed veſicatoriis conjunctis) amauroſis, ſanata ſed cum laxata ſæpius alvo lenta ophthalmia. Morbi in quibus nihil valeant, ut paralyſis. Morborum hyſtericorum duæ fideles ut videtur hiſtoriæ: Ventriculi atonia vomitoriis tractata in ſiderationem inteſtini exeuns. De morbo ſpaſmodico ex uſu ſecalis rubiginoſi. Inciſiones cadaverum. Cui datus eſſet albus helleborus, mors cum ſingultu, infarctus pulmo & uterus ſanguine plenus. Ex ſuppreſſis menſibus funeſta in pulmones congeſtio. Dato in pedis ulcere mercurio, ſalivatio mota, inflammatæ fauces, ſphacelus & mors.

Ann. VII. Berol. 1727. 8. Ad faſtos emortuales. Ex 2358. exſtinctis convulſiones 685. abſumſerant, præter dentitionis funera, phthiſis 358. Variolæ tamen 179. Infantes pro apoplecticis relatos vere ex epilepſia necari, exemplum quod uſui ſalis volatilis oleoſi tribuit. Aliud exemplum apoplexiæ funeſtæ ab hæmorrhoidibus veſicæ ad caput regreſſis. Convicium facit inoculationi, negat unum quemque inde præſervari. Ad rachitidem, quæ non rariſſime mortem infert, balnea. Morbi epidemici Berolinenſes anni 1724. Tertianarum febrium vernalium ſanationem hæmorrhoidibus erumpentibus tribuit. Cum

febribus

febribus catarrhalibus convulſiones. Icterus febrem ſolvens in qua dolor in dextro hypochondrio ſederat. A gonorrhœa cum vena ſecta fuiſſet tabes. Iterum in podagra ad inteſtina retrograda felix uſus medicamenti D. BEHRENS. Diarrhææ puerperarum non debent ſiſti. Junio M. valde æſtuoſo plurimæ mortes, hiems benignior. Ex ſtimulantium uſu vas in abdomine ruptum, ſanguis funeſto eventu per alvum decedens. Morbus puerperæ epilepticus intra ſex horas funeſtus. LUDOVICUM R. Hiſpaniæ ex variolis exſtinctum cum ter & ipſo demum die 14 morbi vena ſecta fuiſſet.

Ann. VIII. Berol. 1728. 8. *. Hydrops pectoris, inde aſthma, aorta arteria paſſim oſſea. Vis urinam & ſudorem movens infuſi theæformis Chelidonii majoris ad podagram efficax. In maniaco hydatides cerebri. Umbilicus in partu ruptus, inde ulcus, per quod menſes manarent, tamen ſanatum cum hæmorrhoides ſupervenirent. Crines plicæ polonicæ per alvum deſcendentes. In maniaca ovarium pilis refertum. Dolores diuturni in artubus dudum amputatis percepti. Cholera, inflammatio & ſanguis in ventriculum effuſus.

Ann. IX. Berol. 1729. 8. *. HELVICI DIETERICI vita a BURGGRAVIO ſuppeditata. Iterum acerbe in STENZELIUM & mechanicos. Ex repulſo eryſipelate œdema pedum. Ab arthritide per manus pedeſque œdematoſos fluens aqua. Dyſenteria epidemica in qua adſtringentia nocebant. Hypecacuanha, rheo & caſcarilla curabilis. Inciſiones trium hominum ſub aquis ſuffocatorum, in omnibus aqua in ventriculo. Ex non ligato umbilico funeſta hæmorrhagia.

Ann. X. Berol. 1730. 8. Morbi Berolinenſes anni 1725. Febres urentes cum inflammatione faucium. Maculæ purpureæ volaticæ innocuæ. Magneſiam in variolis & morbillis inflammationem faucium ſiſtere, quod ægre fidem inveniet. Infans lac ira matris vitiatum ſugens periit convulſus, dato auro fulminante. Critici indicii depoſitiones ad labia in febribus intermittentibus aliiſque. Scirrhus viſcerum in puero rheumatico. Gangræna inteſtinorum a morbillis malignis expulſis. Ab exundatione Viadri febres intermittentes, militarium adfines & ſæviores variolæ. Mola poſt fetum decedens. Sternutatio periodica moleſta, expugnata ſacculis aromaticis vertici capitis impoſitis. Icterus pruriens cum vomitu amarorum, denique ſanatus. Purpureus pueri nuper nati color funeſti indicii cum aphthis oris. Aquæ ſelteranæ in hecticis febribus. Ad faſtos emortuales. Tabes viris quam feminis funeſtior. Hydrops plures feminas necat. Scrutinium ſenum, minor numerus.

Dec. III. *Ann.* I. Berol. 1731. 8. *. A terrore conſpectu epilepticæ convulſiones, in puella ſex annorum, reſponſum ordinis Leidenſis & BOERHAAVII, purganda alvus (mercurio dulci ad gr. X. radice Jalappæ, Scammonio ana. gr. V. Trochiſcis Alhandal gr. II. & Vitr. martis gr. I. pro doſi I.), ſub veſperam laudani (exigua) doſis ſumenda tunc vinum medicatum. Poſt balnei

(Freyen-

(Freyenwaldenſis) uſum ſenſim convaluit. Ante partum exortæ convulſiones funeſtæ & interim fetus ſanus editus. Motus convulſivos arbitrarios eſſe. Eryſimum ad ſcirrhos cancroſos per exempla. Pila plumbea poſt triginta annorum moram ex tibiæ ulcere exemta. A carbonum fumo ſuffocatio.

Ej. *Compendium oder kurze Einleitung zur praxi chirurgica cum præfatione* Jac. Trew *von den Eigenſchaften eines guten Chirurgi.* Nurnberg 1736. 8. Ad longiſſimum caput mihi permittendum ſeduxit me analogia cum diariis quorum ſingulas obſervationes ubique ſigillatim recenſui.

§. DCCCCLXX. Diaria ad a. 1699.

Philoſ. Tranſ. Nr. 237. Georg (non Guilh.) Dampier. De ſtella terreſtri ſ. lichene cinereo ad morſum canis rabidi utilis qui etiam a Meadio in ſuum ſpecificum medicamentum receptus fuit.

Ib. quæ concipit & peperit cum vagina uteri clauſa eſſet.

Nr. 238. Hans Sloane de hypecacuanha ejuſque ad dyſenteriam alioſque alvi fluxus efficacia, a Helvetio.

Ej. De vi venenata Oenanthes ſucco viroſo.

Nr. 242. Jac. Newton venenata vis Glaucii lutei.

Nr. 243. De femina ex abſceſſu ſupra os pubis fetus oſſa reddente.

Ib. Falſum eſt tithymalum etiam geſtatum alvum movere.

Nr. 245. Aaròn Goodyear de morte angli a ſerpente non procul Aleppo demorſi. Tumuit, tumore caput & humeros adtingente, expiravit.

Nr. 247. Bonaveri de angina a calculo ſalivali nata.

Memoir. de l'Academie avant. 1699. Carli. Auricula dextra enormis, ſeſquilibram ſanguinis continens, oblinita oſſea materie dura, cum difficili ſpiritu & palpitatione cordis.

In *Journal des ſcavant.* D. de Mailles de tumore epigaſtrii, demum abſcedente, exierunt hydatides numeroſiſſimæ, variæ magnitudinis, ad ignem coagulabiles.

Hoc anno nova ſocietas doctorum virorum coivit, quæ *nova literaria maris balthici & ſeptemtrionis edere ſuſcepit.* Lubecæ 4. Librorum atque diſputationum ſunt judicia & ſententiæ doctorum virorum & adnotationes. Intercedunt & medica.

§. DCCCCLXXI.

§. DCCCCLXXI. J. Baptista, Johannes Fantonus.

J. Baptista pater, medicus Taurinenſis.

Ej. *Obſervationes anatomico medicæ ſelectiores*, prodierunt filii cura excuſæ. Turin 1699. 12. *. Minime inutiles clinici medici adnotationes 31. Cum aneuryſmate arteriæ ſupra iliacæ, ſanguis inter tunicas meſenterii & circa renes ex vaſis effuſus. Febris hectica, mors, tunica exterior coli tranſverſi purulento humore infarcta, tumor inter membranas carnoſus, fibroſus, qui cavum inteſtini arctabat. In febre cerebrum flavo humore tinctum, gelatina circa nervorum conjugationes, humor aqueus conſumtus. In peripneumonia pus cum aqua pericardii mixtum, cor adroſum. Virgo veſtalis epilepſia interemta, nihil vitiatum in encephalo præter cranii miram craſſitiem. Spiritus difficilis, dolor fixus, pulmo inflammatus, ejus pars ſcirrhoſa. A lapſu depreſſio calvariæ eryſipelas capitis, cerebellum corruptum, neque febris neque delirium fuere, alvus ſtricta. Vomitus a tumore carnoſo fibroſo intra coli tunicas. Phrenitis funeſta, diaphragma inflammatum, lien maximus, ejus membrana craſſa, cartilaginea, oſſea, vaſa cerebri cruore plena. Hydatides in cordis ſuperficie, liquore concreſcibili plenæ, veſicula fellis maxima, inque ea pariter gelatina, cyſticus ductus calloſus. Inappetentia, vomitus, tumor ſub ventriculo, tabes. Pylorus & duodenum ſexies majora cartilaginea. Pulmo compactus quaſi carnoſus, ſpiritus difficilis. Pus in pericardio, cor extus corruptum, pleura corrupta, cum febris præceſſiſſet, neque doloris tamen ulla fiat mentio. Veſicula fellis flatu inter tunicas expanſas diſtenta, annulus Gliſſonii fibroſus, in oſtio ductus cyſtici. Infanti per medicamenta volatilia medulla encephali duriſſima facta. Ventriculus in juvene in thoracem per ruptum diaphragma adſcenderat. Hepar mole auctum œſophagum compreſſit. Virgo ſemidelira, querula, oculis ſcintillantibus plurima in ventriculis cerebri aqua, cerebrum ſupra nervos opticos corruptum. Dolor pectoris, ſputum cruentum, pulmo maxime inflammatus. In corde abſceſſus pure plenus. In auricula dextra polypi, eadem varicoſa.

Utilibus adnotationibus filius Johannes per multos annos archiater Sardinicus, vulgavit ſcholia ætiologica & theſes ſuas inaugurales.

Recudi fecit Venet. 1713. 4. *. auxit ſex adnotationibus. Sanguis a vulnere in cavum abdominis effuſus, incorruptus. Bilis veſicula inanis. Pulmo & lien in liquorem diſſoluti. Pia mater craſſiſſima duræ ſimilis. Serum in pectore & abdomine purulentum, inteſtina adroſa.

In Opuſculis medicis & phyſiologicis. Genua 1738. 4. Collectæ extant epiſtolæ ad Mangetum in quibus aliquæ medici ſunt argumenti. Tumor hypochondrii, ichor putridus ex vagina manans, macies, corpus extractum lienis ſimile,

ſimile, inde ſanitas, ſed eadem femina demum extincta nullus lien repertus. A lapſu poſt aliquot demum menſes ſenſus aboliti, mors. Poſt nauſeam & cibos paulo uberiores rejectos, ventriculus minimus cum quatuor prominentiis cum œſophago cartilagineo contracto. Sic ventriculus & pylorus. Poſt febrem acutam inteſtina in unum corpus per tunicam externam conglobata. In dyſenteria duo ampla ulcera inteſtini coli. In alio tumor de filo ex membrana interna inteſtini pendulus, libræ pondere. Cephalæa, ſopor, convulſio, mors, tumor durus corpori calloſo imminens. Fetus ex ulcere prope umbilicum eductus cum multa ſanie. Tumor colli exulceratus, in quem œſophagus patebat, ut ex tumore deglutita exirent, tabe conſumtus eſt. Super vaſa renalia cavæ venæ duo corpora fere oſſea adhærentia, eo loco vena ipſa rupta, aorta arteria & ipſa calloſa. Tabes; pulmo parvus, durus, cartilagineus. Raucitas cum primus annulus aſperæ arteriæ præcraſſus eſſet. Sopor, alteri nervo optico globus fibroſus adhærebat. Cum perpetuus in faucibus ardor perceptus fuiſſet, epiglottis eroſa, larynx ulceroſus, peranguſtus. Tumor enormis meſenterii glanduloſus, ſero in ſuis ſinubus farctus, pancreas cartilagineum, hepar grande farctum acinis. In varice venæ ſpermaticæ duæ, calculi. Aſthma a thymo male aucto pulmonem comprimente.

Id. *De aquis Gratianis quæ vulgo dicuntur Aix en Savoye.* Ad medicinam utique pertinet.

De aquis Maurianenſibus, S. GENEVÆ STATIELLÆ & VALDERIANIS dicuntur in phyſicis.

EJ. *Commentarius de quibuſdam aquis medicatis & hiſtorica diſſertatio de febribus continuis.* Turin 1747. 8. Deſcribit aquas Viandinenſes prope Vinglio, invenit in libra grana 96. ſalis marini tum ſulfuris. *Thermæ Auguſtanæ Victoriæ* acidulæ fontes cum alcalino ſale in ſedimento & acore, nam ſuccum heliotropii rubrum tingit. *Margaritæ* ſubacida hinc ſuccum heliotropii rubro colore tingit. Eadem ſervata, poſtquam acorem exhalavit alcali ſuo fixo ſyr. violarum tingit viridi colore. *Angionenſis* ad lacum Lemannum aliquid ferri habet & in ſedimento alcali terreſtre.

Pars poſterior f.

Diſſert. continuata de antiquitate & progreſſu febrium miliarium. Turin 1747. 8. recuſa eſt 1763. 8. Venerabilis nunc ſenex agit de morbis novis, de angina maligna, quæ ex Hiſpania ſe in Europam auſtralem diffuderit, eam ARETÆUS deſcripſit. Febris ſcarlatina a Quaſſalia non differt. Petechias ſeculo XV. habet JACOBUS de PARTIBUS. Turin. 1453. Variolæ ſpuriæ apud INGRASSIAM reperiuntur. Miliares (*Frieſel*) in loco Hippocratis, quem locum VALLESIUS ad petechias, tranſtulit. Purpuram rubram puerperis cum periculo conjunctam

conjunctam FORESTUS vidit, cum morbum BOERHAAVIUS vinculo ſuſtentatorio cauſari perſuadebatur neque in Belgio reperiri. Albam veram miliarem febrem (*Frieſel*) a Riverio a. 1630. animadverſam eſſe; a. 1714. FANTONUM Turini hoc malum vidiſſe in illuſtribus potiſſimum puerperis.

Novum ſpecimen obſervationum de ortu febris miliaris Niceæ 1762. 8. *. cum priori opuſculo. Morbi hiſtoria, urinam fere turbidam ſero lactis ſimilem eſſe, de morbi differentiis. *Frieſel* ab uſu infelici hydrargyri ſublimati. Sæpe ſanguinem coactum reperiri. Rubras etiam puſtulas occidere. Quo plures puſtulæ erumpunt eo majus eſt periculum, nigræ contumaces. Sudor bonum ſemper eſt ſignum. Neque urinæ abundantiam vitium fuiſſe. Inquietudo & vehementia in ægroti actionibus fere funeſta ſigna ſunt. Male coffeam accuſari. In graviditate jam morbi initia primaque ſeminia conſpici. In cadavere putredinis ſigna & emphyſemata. Venam tamen ſecat neque diætam ſtrictiſſimam imponit, ne jure quidem carnium excluſo, neque vino. Acida admittit, ſed ex vegetabili regno. Veſicatoriis utitur quæ ſubinde novis inpoſitis repetit. Eſſe ubi proficiat igne ipſo veſicas trahere.

§. DCCCCLXXII. ANTONIUS DEIDIER.

Profeſſor & clinicus monſpelienſis. Fermentationibus deditus.

EJ. *Phyſiologia tribus diſſertationibus comprehenſa.* Monſpel. 1699. prodierat, recuſa nunc cum propugnaretur a C. WYSS & J. B. CHOMEL Monſp. 1708. *. phyſici quidem magis argumenti eſt, ſales tamen acidos, alcalinos, medios & aliqua principia in ſelectu ad medicinam deſcribit, temperamenta inde negat conſtitui.

Experiences ſur la bile & les cadavres des peſtiferes faites par M. D. accompagnées des lettres de M. DEIDIER *& de* MONTRESSE *& de* SCHEUCHZER. Zurch 1722. & in collectione de peſte quam Ill. SENAC edidit. Paris 1744. Acidam eſſe peſtis naturam atque ſanguinem ex ejus culpa coagulari. Hominum a peſte enecatorum bilem in canum venam injecit, qui coacto inde ſanguine interierunt, Sic etiam canum peſte ab hominum bile infectorum bilis alios canes eodem truculento malo infecit. A. DEIDIER in epiſtola ad MONTRESSE monet aceti vim prophylacticam non adeo efficacem in ſuis adnotationibus aparuiſſe. Sanguinem in peſte peremtis utique cogi. Neque inunctionis mercurialis ullos fuiſſe malos effectus. Non valde ſe credere malum advectum eſſe, poſſe effectum eſſe anni æſtatis anomalæ.

EJ. *Chymie raiſonnée où l'on tache de decouvrir la nature & la manière d'agir des remedes chymiques les plus en uſage en medecine & en chirurgie.* Lyon 1715. 12. ELOY. BR.

Ej. *Inſtitutiones medicinæ theoreticæ.* Monſpel. 1716. 12. Paris 1731. 12. Neapol. 1748. 8. *gallica verſ.* Paris 1735. 12. *. In parte altera ſ. pathologica generalia aliqua tradit, morborumque capitis & pectoris breves deſcriptiones. Temperamenta eſſe a gradu cohæſionis partium fluidarum ad ſolida. Criſes nullas reperiri. Epilepſiam a dilatatione vaſorum derivat. Vaſa lymphatica conſpicua in manu & in hepate. Vomitus a ſcirrho pancreatis. Epilepticos aliquos incidit, ut cauſam certam mali detegeret.

Ej. *Tr. des tumeurs contre nature.* Theſes fuerunt a. 1711. propoſitæ excuſæ a. 1719. Paris 1738. 12. quæ editio ſexta eſt, aucta quidem & mutata ut comparando vidi, adſperſis propriis de cancro adnotationibus, quem in naſo arſenicali medicamento compoſito curaſſe repetit. Inter tumores etiam variolas numerat, de quibus jam a. 1709. diſputaverat. Verum eſſe eryſipelas. Variolis defunctos tamen ſi cum hominibus variolis infectis cubuerint, ſecundo aliquas puſtulas pati. Venæſectionem nocere. Sub finem conſultationibus addit inciſiones cadaverum morboſorum. Inter eas induratio bronchiorum, arteriæ coronariæ. Membranæ poſt depoſitam cataractam in oculo detectio, quæ interna eſſet membrana atra, lens vero cryſtallina evanuerat. Catalepſis cum epilepſia conjuncta.

Adjuncta *Diſſ. academique ſur la maladie contagieuſe de Marſeille.* In ea contendit noſter peſtem per contagium quidem non vero per vapores contagioſos inficere, conclavia clauſa nihil a peſte paſſa, quæ tamen peſtem vix potuerint excludere. Contra tabum peſtilens, ſanguini infuſum utique peſtem communicaſſe.

Ej. *Diſſ. de arthritide.* Monſp. 1726. 8. Eloy Br.

Ej. *Deux diſſertations medicinales & chirurgicales, l'une ſur la maladie venerienne & ſur une methode particuliere de les traiter par les frictions, l'autre de la nature & de la curation des tumeurs*, latine conjunctim prodierunt 1723. *gall. verſ.* Paris 1725. 12.

Tractatus de lue venerea jam a. 1713. Monſpel. tamquam theſes academicæ propoſitus fuerat & recuſus 1716. Romæ 1722. London 1723. Venereum malum a vermibus eſſe quos oportet hydrargyro peſſumdare, adeoque non ſalivæ fluentum ægros ſanare, ſed vermium internecio. Quoties ægri aut debiles ſunt, aut oſſa carie eroſa habent, toties noſter frictiones interrumpit.

Ej. *Conſultations & obſervations medicinales.* Paris 1758. 12. 3 vol. *. Morbi hiſtoriæ, remedia quæ commendantur, eventus vix unquam. Morbi fere chronici & ad eos diæta & curatio. Lac ubi oportet acrimoniam temperare, chalybs ubi roborandum eſt, etiam ubi aperiendum & hydrargyri lenta frictio ſunt fere quæ noſter laudat. Porro plurimæ curationes initium ducunt a

rheo & clyſteribus finemque faciunt aquis mineralibus. Venæ ſectionem nocere, hoc etiam eſſe in plurimis purgantibus. Propria fere viro medicamenta ſunt paliuri ſemina tamquam diureticum medicamentum, cynomorii decoctum ad tertianas, ad ulcera venerea urethræ, camphorata ad aſthma, & interceptam frictionem mercurialem ſolam mala venerea ſuperare. Exemplum venereæ luis diu ignoratæ, eo in difficili caſu lactis uſus & interrupta frictio per quinque menſes continuata bonæ frugi fuerunt. Anglos ſiphiliticos paſſim Monſpelii ſanari. Satyriaſis abſque priapiſmo exemplum. Feminas venerea lue infectas malum in liberos tranſmittere ſi interim conceperint, aliquam cum amiſſo ſenſu noſter juſculis ſanguinem depurantibus, decocto lignorum compoſito demum mercuriali unguento ſanavit, ſuberat antiqua venerea lues. Diabetem adgreditur adſtringentibus. In hypochondriaco malo dabat opium. Harum conſultationum aliquæ extant *in Tr. des tumeurs*.

Sic in T. II. cujus 80 ſunt conſultationes a vermibus bulimos, ad eum crudus hydrargyrus. In ſtruma emplaſtrum diabotanum, ad peripneumoniam epidemicam venæſectio tredecies repetita. Ad phthiſin lac, carnem teſtudinis ad hæmoptyſin. Minus periculum eſſe ſi cauſa morbi in retentis menſibus fuerit. In ſuppreſſis lochiis radicum arundinis decoctum, emulſiones, purgantia. Frequens eſſe ulcus ventriculi cum perpetuo vomitu, id malum eſſe a rupto tumore, neque adeo periculoſum videri, ſucco hic utitur cateſchu. Repetita & uberiore paracenteſi lienis molem in hydropico dimidio diminutam eſſe. An debere cum mercuriali frictione balnea conjungi. Convolvulus tuſus ad fungum in genu. In ſcrofulis apertis unguentum ex hydrargyro. Virgines arſenico intoxicatæ cujus effectus per annos ſuperfuit.

Tom. III. primum conſultationes continet 6 quarum plurimæ extant *in Tr. des tumeurs*. Urinæ & ſeminis per anum deceſſus, ſcorbutum fuiſſe non, ut quidem putabatur, venereum duorum conjugum malum. Ita in aliis 24 obſerv. multæ repetuntur ex *Tr. des tumeurs*. Lactis uſu cum fungo medullari tibiæ phthiſin & diarrhæam feliciter ceſſaſſe. Oſſeæ ſquamæ hydatidibus miſtæ in hepate. Quæ feminæ ſublimatum hydrargyrum deglutiverant ſervantur rheo & lacte. Qui 20 grana auri fulgurantis abſque malo ſumſerit. Celluloſam telam ſubcutaneam in oſſa verſam videtur ex hypotheſi natam eſſe.

Sequitur faſciculus librorum ad peſtis hiſtoriam pertinentium, cui noſter Maſſiliæ interfuit. Epiſtolæ a SCHEUCHZERO editæ & ſupra anno 1725. dictæ hic gallica verſio. Redeunt etiam in SENACI collectione etſi hic dicitur primum nunc prodire.

EJ. *Matiere medicale ou l'on traité des medicaments ſimples, enſuite des medicaments compoſés & artificiels.* Paris 1738. 8.

In collectione *Conſultations choiſies de pluſieurs medecins de Montpelier.* Paris 1748. 12. ex iis multæ ſunt ANTONII noſtri ſed de eo opere quo medicina monſpeliaca cognoſcitur, proprio loco dici oportet.

§. DCCCCLXXIII.

HENRICUS COHAUSEN Medicus Weſtphalus, quem diſtinguere oportet a HENRICO JOSEPHO & a VALENTINO HENRICO EUGENIO COHAUSEN.

Noſtri varia ſunt medici etiam phyſici & ſatyrici argumenti.

EJ. *De vita humana theoretice & practice per pharmaca purganda.* Coosfeld 1699.

EJ. *Neu eingerichtete mediciniſche Theetafel.* Oſnabr. 1716. 8. Belgice Amſterdam 1719. 8. a VALENTINO KRUITMAN recuſa & aucta a CHRIST. HELWIG. Lemgo 1728 8. *. Mallem autem priorem habere nam vix datur liquide indicare quæ ſint COHAUSENII quæ alter adjecerit. Collectanea primo de Thea vera. Deinde Thea ſpuria Caſſiæ. Inde Coffea & Aſiæ potus ut ex amygdalis aliis amaris aliis dulcibus, cujus vis ſtomachica laudatur ut etiam arthriticos dolores ſopiat. Sic Chocolata cujus largiſſimam doſin præſcribit ad 16 uſque cyathos. Vinum varii generis. Vini ſpiritus aut alii potus ſpirituoſi congeneres. Cereviſiæ variæ. Lac & cura ut vocant lactea. Nicotiana, varia. Inde Theæ ſecundaneæ ex variis herbis ſumtæ eæque fuſiſſimæ ſecundum morbos, ut ſit curatio morborum quæ per infuſa quæcunque obtineri poteſt. Hic collectæ plantæ ſunt Veronica quam Betonicam facit, Stœchas, Ocymum, cujus uſu adfirmat etiam maniacos reſtitutos fuiſſe, Salvia. Tatetur tamen multo uſu Theæ ſe ſibi nocuiſſe, appetitum deleviſſe & acciviſſe hemicraniam novum genus mali hypochondriaci ut cortice peruviano neceſſe duxerit ſibi ſubvenire. Tunc longo ordine Theæ catarrhales, pectorales, bechicæ, aſthmaticæ, phthiſicæ & ex ordine per omnes morbos. Collectaneis uſus eſt, amicorum relationibus, propriis adnotatis. Caffeam Chocolatam & reliqua HELWIGIUS addidit.

EJ. *Geſundbrunnen bey* Coosfeld 1713. 8.

EJ *Diſſ. phyſico medico moralis de pica naſi.* Amſterdam 1716. 8. *germanice vom Misbrauch des Schnupftabacks.* Leipz. 1720. 8.

EJ. *Raptus extaticus ſ. ſatyra nova in medicorum tabaci ſternutatorii abuſum.* Amſterdam 1726.

EJ. *Helmontius exſtaticus ſ. viſa medicaminum poteſtas ab Helmontio ſomniante recenſa a vigilante* J. H. COH. Amſterd. 1731. 8. Animadverſiones in Helmontium.

EJ.

Ej. *Archæus febrium faber & medicus.* Amſterd. 1731. 8. Pro corticis peruviani uſu.

Ej. *Lucina Ruyſchiana.* Amſterd. 1731. 8. in anatomicis dicta eſt, belgice reddita. ib. 1731. 8.

Ej. HERMIPPUS *redivivus ſ. exercitatio de methodo rara ad* CXV. *annos prorogandæ ſenectutis per anhelitum puellarum ex veterum monumentis depromta.* Francof 1742. 8. Cippo quidem ſpurio laborem ſuperſtruxit, interea de utilitate agit inhalationum ſalubrium.

Ej. *Troſt der Podagriſten.* Francf. 1745. 8.

Ej. *Medulla medicinæ enucleata.* contra medicaſtrum quemdam.

Ej. & JODOCI HERMANN NUNNINGII COMMERCII *litterarii diſſertationes epiſtolicæ editæ* a. S. E. E. COHAUSEN. Francof. 1746 8. *. & Tom. II. ib. 1750 8. *. In primo Tomo catalogus operum COHAUSENII uberior continetur ut de iis ex hac recenſione non male judices. In altero huc revoces Epiſtolam VI. de pluvia ſanguinea VII. de panis groſſulani Weſtphalorum ſalubritate, in quo pultem, lac, vinum & cereviſiam patriam defendit.

§. DCCCCLXXIV. JOHANNES FREIND.

Vir doctus medicus aliquamdiu caſtrenſis inde regius, carceri mancipatus ob ſuſpicionem parum certæ fidei Reginæ præſtitæ, intercedente amico MEADIO liber exiit, mechanicus medicus, ſed tamen clinicus, eloquens & literatus, qui etiam DEMOSTHENIS & AESCHINIS orationes edidit.

Ej. *Deſcriptio hydrocephali cum menſuris.* Cranium molle cum exigua particula oſſea, nulla ſutura clauſa, aqua inter duas meninges & in ventriculis ad enorme 5 quartorum (lib. 10.) pondus. Gyri deleti, pia mater plena diſtenſa, nullæ corporis ſtriati ſtriæ, cerebellum firmum, cerebrum ſanum, nervi boni, vertebralis arteria amplior. Infans vix erat 30 menſes natus & ſanus, ſed impotens, olfactu obtuſo, cujus ſenſus præprimis nervus tenuis eſſet. In Philoſ. Tranſact. nr. 256 a 1699.

Ej *Emmenologia in qua fluxus menſtrui phænomena, vitia cum curandi methodo ad rationes mechanicas rediguntur.* Oxon. 1703. 8. Amſterdam 1726. 8. Menſtruum fluorem eſſe a plethora, ſupprimi vel a lentore ſanguinis vel a vaſorum uteri nimia reſiſtentia, hinc adtenuantia medicamenta, inde quæ vaſa emolliunt ſanguinis impetum augent. Exempla harum indicationum pro curationibus. Menſes nimii ſunt a contrariis cauſis, vaſorum laxitate, humorum nimis fluxili natura, quare a medico denſandus ſanguis, vaſorum augendus tonus. Adſtringentium

gentium medicamentorum in vivorum animalium venas injectorum phænome a & ſanguinis inde coagulatio. Ab emmenagogis injectis ſanguinis diſſolutio. Similes effectus eorundem medicamentorum ad ſanguinem aut ad ſerum admiſtorum. De modo agendi opii, hydrargyri, chalybis, ad ſanguinis adtenuationem omnes reduxit.

Hypotheſi indulgens hecticas febres omnes ad vaſorum laxitatem refert, venæſectionis uſum adverſus nimios menſes rejicit, partium firmarum ſtimulationem negligit. Memorabile tamen neque exſcriptum opuſculum.

EJ. *Prælectiones chemicæ cum in Academia Oxonienſi de ea arte prælegeret.* 1709. Amſtell. 1710. 8. Paris 1727. 12. cum emmenologia anglice. Lond. 1729. 8. ELOY BR. Pertinet ad eventuum chemicorum expoſitionem per cauſas mechanicas & phyſicas. Tabula rarefactionis variorum liquorum in dato calore. Tabula ponderum ſpecificorum corporum etiam potiſſimum ſalium.

EJ. HIPPOCRATIS *de morbis popularibus* Liber I. & III. *cum novem de febribus commentariis.* Lond. 1716. alii 1717. 8. *. Amſterd. 1717. 8. *. Primum HIPPOCRATIS textus græcus & latinus, tum novem diſſertationes quibus ſcripta auctoris de febribus exponuntur. In *præfatione* veterum diligentiam, ſubtili nuperiorum ingenio præfert, hypotheſes explodit, SYDENHAMIUM tuetur ejuſque morborum vivam picturam.

In *Commentario* I. de Hippocratis ſtudio & ſtilo. Duos epidemicorum libros ita conjungit ut ad conſtitutiones libri I. deſcriptas duodecim priores ægroti libri I. & quatuordecim lib. III. pertineant. Ex HIPPOCRATE dein exponit criſium per quas natura ſe morbis judicaverit claſſes & vires, per ſudores equidem, frequentius tamen per urinam.

Cur Hippocrates paucorum medicamentorum meminerit, de venæ ſectione ſileat. Febres Hippocraticas & eaſdem noſtris eſſe & ſimilia utriſque auxilia convenire. Non recte SYDENHAMIUM tot febrium ſpecies feciſſe, quæ omnes iiſdem auxiliis ſuperantur per exempla. Commentatio docta de venæ jugularis ſectione quam commendat & ſubtiliter diſputat, ut cerebrum ſanguine ſublevet. Exempla felicis effectus ſubjicit. *Comment.* III. Sudorem ſæpiſſime vitium eſſe neque debere in febribus cieri. IV. Emetica ad gentis morem vehementer laudat. V. Pleuritis quæ pleuræ ſit inflammatio vere diverſa eſt a peripneumonia, quæ pulmonis ſit inflammatio. Pleuritis in abſceſſum verſa facile pulmonem in conſenſum morbi trahit. Tuſſi & ſputo nihil neceſſario cum pleuritide commune eſſe cum peripneumonia utique. In pleuritide nihil eſt cur velis ſputa ciere & ſufficere venæſectionem repetitam, in peripneumonia abſque eis ſalutem eſſe nullam. VI. Ulcus veſicæ in anum patens. VII. Fuſe ſummam eſſe efficaciam medicamentorum purgantium in acutis quibuſcumque etiam malignis & excretoriis, & poſt nonum etiam in confluentibus variolis & in capitis eryſipelate, cujus morbi

morbi tabem diu expertus ſum. De cauſis & ubertate excretionis alvinæ ſubtiliter. VIII. Diuretica a febrium curatione removet. IX. Veſicas trahentium medicamentorum in febribus laudes, inque aliis morbis, potiſſimum etiam cantharidum. Effectum non eſſe ab evacuatione ſeri, neque a ſtimulo, neque a revulſione, non ſatis hic ſibi ipſi ſatisfaciet.

EJ. *De purgantibus in ſecunda variolarum confluentium febre epiſtola ad* MEAD. London 1719. 8. Amſterdam 1720. 8.

In priori opere hanc ægrotorum in periculoſiſſimo eorum ſtatu ſervandorum rationem laudaverat, in eam J. WOODWARD ſcripſerat. Noſter partim empirici nomine reverſarium ridiculum dedit, ſed hic etiam ſerio cauſas oſtendit conſilii. Novum non eſſe, dari a SYDENHAMIO, dari ab Arabibus & plura ex MESUE & RHAZEO etiam exempla adducta, ſe paulo maturius purgare neque aliter differre. Eo in ſtatu venæſectionem a virium imbecillitate ſæpe vetari, alvum pertinaciter ſtrictam putridos vapores dare ad ſanguinem, veſicatoria non ſufficere. Quare ſæpe etiam & optime noſtram naturam ſe ſpontanea diarrhœa vindicare. Secundam febrem primum DIOMEDI amico innotuiſſe deinde SYDENHAMIO, hæc curandi ratio vulgo nunc recepta & a me utiliter adaptata, ut alternis diebus tamarindis cremore tartari alvum laxarem. Fatendum tamen eſt aliud gravius periculum ſupereſſe, cui purgatio non ſubveniat, peripneumoniam, quæ vulgatior mortis in variolis cauſa eſt.

EJ. *Oratio anniverſaria* HARVEIANA. London 1720. Solitæ laudes HARVEII.

EJ. *Ad* MEADIUM *de quibuſdam variolarum generibus epiſtola.* Variolas diſcretas poſſe & ipſas malignas eſſe, ab iis paralyſis artuum inferiorum. Eædem perinde ut confluentes poſſe ad cryſtallinam claſſem pertinere. Variolæ verrucoſæ funeſtæ, ſanguine in cerebro congeſto. Variolæ ſiliquoſæ. Variolæ exitiales in quibus ſanguis diſſolutus per varia organa excretoria exit, inter eas caſus in quo ipſæ puſtulæ varioloſæ diruptæ ſanguineis ſtriis percurrebantur.

Hoc opus auctor in carcere ſcripſit.

Hiſtory of phyſic from the time of GALEN *to the beginning of the ſixtenth Century.* London P. I. 1725. P. II. 1726. 8. latine verſum a J. WIGGAN. Lond. 1734. 8. gallice a STEPHANO POMET mirifica orthographia uſo. Leid. 1727. 8. *. Scopus eſt continuare CLERICI opus & emendare quæ bonus CLERICUS non ſatis matura de ORIBASIO & nuperioribus græcis ſubjunxerat, indigna undique prioribus & erroribus plena eſſe FREINDIUS oſtendit. Ipſe ergo faſtidia tulit nuperorum Græcorum & Arabum & Arabiſtarum legendorum, non quidem ut plena daret excerpta operum ſed ut plures quoſdam & aliqua peculiaria cujuſque inventa & adnotata daret, ſuas etiam ſæpe eaſque nonnumquam meditatas cogitationes adderet, ut de aneuryſmate vero & ſpurio, de cauſa deliquii animi ab aquis per paracenteſin

paracenteſin ſubito exhauſtis, de pericardii inflammatione de quæſtione num LUCAS medicus fuerit[s], de magna peſte ſeculi VI. de utilitate denuo legendorum librorum etiam eorum qui vulgo negliguntur. Inter græcos ORIBASIUM per totum compilatorem eſſe demonſtrat. ALEXANDRUM vero ob practicam vim ipſi GALENO præfert. Inter Arabes ob medicam rem AVICENNA laudatur, ob chirurgicam ALBUCASES, cujus tamen *ſervitorium* & *chemica* omittit. Arabici ſermonis ignarus aliqua fragmenta ſibi verti curavit ad vitam GEORGII BAKTISCHACH. In 14. L. de Arabiſtis agit, de J. ANGLICO, de prima origine luis venereæ, de ſymptomatibus ejus morbi quæ in primis initiis & ſubinde ut adoleſcebat hunc morbum comitata ſunt, deque auxiliis quæ medici ei oppoſuerunt. Finis operis eſt in vita LINKERI auctoris collegii medici Lugdunenſis. Utile certe optimo ſano & ſevero judicio ſcriptum, quo multa utilia conſervantur, quæ cum Arabibus oblivione publica ſepulta erant.

Plures interea lites ob id opus FREINDIO exortæ ſunt.

1. quidem CLERICUS *in Bibliotheque ancienne & moderne* T. XXIV. fratris DANIELIS vindicias dedit, cujus quidem errores chronologici excuſari poſſunt, defendi non debent.

Deinde C. W. quem lego pleno nomine CLIFTON WINTRINGHAM ſeniorem fuiſſe.

Obſervations on FREINDS *hiſtory of phyſik showing ſome falſe repreſentations of ancient and modern phyſicians.* London 1726. 8. Reſpondit acriter pro FREINDIO J. BAYLIE.

A defenſe of D. FREIND *and his hiſtory of phyſik in anſwer to the reflexions of* M. le CLERC *with remarks upon the age of the greek phyſicians, the introduction of chymiſtry in phyſik &c.* London 1727. 4. 1733. 8. Facile oſtendit non vera tempora

AETIO PAULO, TRALLIANO a RENATO MOREAU adſignata, neque a CLERICO recepta fuiſſe. Oſtendit MESUEM primum in *Rheo* vim adſtringentem & una purgantem agnoviſſe. RHAZIUM ante AVICENNAM chemica aliqua ſcripſiſſe. ACTUARIUM non valde Arabes ſecutum eſſe.

Opera omnia latine verſa edidit J. WIGGAN & FREINDII *vitæ hiſtoriam præfixit.* London 1733. fol. Paris 1735. 4. *. Venet. 1733. 4. Neapoli 1730. 4.

In Philoſ. Tranſact. nr. 270 refert de duabus familiis ad canum morem latrantibus, ſenſubus alias integris, alias turbatis conjunctis cum motubus convulſivis. In puella etiam ventriculus tumebat & quaſi globulus ſecundum longitudinem laryngis adſcendere videbatur. Ipſe cum FREINDIUS morbum obſervaret non latratus canum fuit, qui audiebatur ſed ineditum cantilenæ genus.

In

In parte familiæ eventus funeſtus fuit.

§. DCCCCLXXV. Varii.

Alexander Pascoli Peruſinus, in ſtatu eccleſiaſtico protomedicus.

Ej. *Teoria e practica delle febbre ſecundo il nuovo ſiſtema, ove il tutto ſi ſpiega per quanto e poſſibile ad immitazione dei geometri, ſi aggiunſi alcuni diſcorſi in forma di lettere per chiarezza maggiore di quanto preçedentamente ſi diſſe.* Perugia 1699. 4. Venezia 1701. 4. Platn.

Ej. *Obſervationes de pleuritide.* Venet. 1702. 4.

Ej. *De vera in literis ſapientia, cum phyſiologiam exponeret.* 1718. 8.

Ej. *Oſſervazioni teoretiche e pratiche in medicina.* Venez. 1721. Heist.

Ej. *Riſpoſta ad alcuni conſulti ſulla natura di varie infirmita ed a maniera di ben curarle.* Roma 1736. 4. 2 vol.

Ej. *De homine ſ. de corpore humano vitam habente, ratione tum proſperæ tum adflictæ valetudinis* Libri III. Roma 1728. 4. Venet. 1735. 4. Italice *il corpo umano o breve ſtoria dove con nuovo metodo ſi deſcrivono tutti gli organi ſuvi.* Peruſia 1700. 4 Venezia 1712. 4. & 1727. 8. vol. 3. 1735. 4. Eloy Br. Sectio ſecunda & tertia eſt de febribus & morbis viarum ſanguinis, palpitatione cordis, aneuryſmate, varice. Febrem eſſe calorem naturalem auctum vel imminutum vitio aliquo quod pravam induxerit ſanguinis fermentationem. Febris ſpecies & curatio per exempla ſ. hiſtorias ſubjectas, nominibus fictis. Febris ardens abſque rigore invadens, Frictiones hic & fere ubique noſter in febribus ſuadebat, venæſectionem largam ad integram libram, victum tenuem, non abſque tamen pullorum juſculo. Die quarto melius habent. In cauſo die quinto ex venis hæmorrhoideis ſanguinem eduxit ad libram, die ſexto ſcarificavit pariter ad libram, clyſteres quotidie repetiit, die nono abſque ulla criſi morbus ſolutus eſt. In febre maligna cum lotium ſanguine ſimile videretur & partes externæ frigerent, noſter autem ex coagulo cauſum ſuſpicaretur, oleo Menthæ noſter cutem confricare juſſit, clyſterem injici & confectionem alkermes, de hyacintho & theriacam dedit, tamen ut jus gallinaceum admitteret & ipſum vitellum ovi & matrem perlarum adderet (quo certior inde putredo oriretur) aquas deſtillatas potare jubebat. Cum omnia in deterius irent, veſicantibus uſus eſt, cauterio torpidam naturam excitavit, alvum duxit. Ita omnia in melius verſa ſunt. Veſicatoria tamen nocere poſſe. In febre maligna peſtilentiali ut vocat quæ petechialis vulgo audit, cum urina & pulſus ſanorum eſſent, ex hæmorrhoideis venis libram ſanguinis eduxit, ceſſanti enim

hæmorrhoidali malum tribuebat. Verum larga bilibris hæmorrhagia narium ſucceſſit neque ideo minus convulſiones frequentes ægrum concuſſerunt & debilitas fregit, ut neceſſe videretur confectiones & aromata dare & ægrotum alere vitellis jure gallinarum exceptis, clyſteres tamen frequentes & acidus de limonibus ſuccus aliquantum reſtituerunt virum, donec die 7 maculæ lividæ erumperent, criticæ ut videtur, certe ſalutares. Denique in hectica puella menſtruo ſanguine per terrorem ſuppreſſo quartana ſupervenit, quam hectica febris ſecuta eſt, cum uberrimis ſudoribus nocturnis & lotio oleoſo, ſerum lactis caprilli admiſto melle & cremore tartari ſalutem reddidit, neque alium cibum admiſit præter id ipſum ſerum, vitellis ovorum miſtum, feliciſſimo eventu. Plura non poſſum addere. Ubique autem noſter cuique viſceri ſuos morbos ſubjecit, eorumque curationes hiſtoriis expoſuit.

DOMINICUS SANGUINETUS Apulus.

EJ. *Diſſertationes jatro phyſicæ.* Neapoli 1699. 8. *. Potiſſimum contra Pachonianam & Williſianam de acido & alcali hypotheſin, de utroque ſale & de fermentatione inter utrumque, tamen ut aliqua ad medicam praxin reſpiciant.

GEORGII THEODORI BARTHOLI *de neceſſitate phyſices in praxi medica.* 1699. 4.

EJ. *Opera medica tripartita.* Francof. ad Mœn. 1717. 4. CARR.

J. GABRIEL RUDOLPHI *Medicus ad ægroti palatum.* Leid 1699. 12.

EJ. *Progymnaſma medicum, de iis quæ ſunt obſervata in mulieribus largiter menſtruatis, occaſione hæmorrhagiæ uteri enormis e craſi ſanguinis reſoluta pronatæ per cereviſiæ medicatæ abuſum.* Leid. 1708. 8. *. nimiam hæmorrhagium excitari per cereviſiæ medicatæ abuſum. Hiſtoria morbi minus hoc affirmat, prægreſſus enim erat abortus, cereviſia frigida cum pane ſiligineo intrito. ob ſyncopen venam ſecare noluit, artus vero omnes utique ligavit, dedit abſorbentia tamen cum validis confortantibus, deinde etiam aromaticis & adſtringentibus extus impoſitis. Hanc hiſtoriam fuſiſſime explicavit, de morbis egit mulierum, ipſa etiam febre & noxiis frigoris quod in illa cereviſia non dabat. Inde de præſidiis chirurgicis, pharmaceuticis, diæteticis hic utilibus.

J. GAILLARD.

EJ. *De venæſectione diſquiſitio an in apoplexia ſit vena ſecanda.* Hafn. 1699. 12. Morborum capitis theoria. Palpitatio cordis a polypis. Homines qui non longe a Lutetia in ciſternam deſcenderant, ſubito enecati. Cæterum venam jubet incidere. Lundæ 1699. 12. prodiit *Collectio de aquarum mineralium hiſtoria*

WALLERII

WALLERII & BOYLEI *cum adjecta* J. FLOYERI *inquiſitione in verum uſum & abuſum calidorum frigidorum & temperatorum balneorum.*

LIMMER *de vermium in corpore humano ex inſectorum ovis generatione.* Serveſt 1699. VATER.

ERNEST BENSHEIM Tr. *de hydrope.* Lipſ 1699. 4. & 1700. 4. Simul oſtenditur vera medici cognitio & quinam medici in curandis morbis & ad officia medica admittendi & qui rejiciendi.

ANTONII SIDOBRE celebris clinici Tr. *de variolis & morbillis.* Lion 1699. 12. Falſe addiderunt CAR. DRELINCOURTII ejuſdem argumenti diſſ. Fermentis favet, methodum tamen antiphlogiſticam ſecutus eſt.

IGNATIUS VINCENTIUS *Mercurius compilatatore.* Barcinonæ 1699. 8. SEG.

JAC. SHIPTON *Pharmacopæa* C. R. Med. *Londinenſis.* Lond. 1699. 8.

Bibliotheca ſeptemtrionis eruditi ſ. ſyntagma tractatuum de ſcriptionibus illius (ſeptemtrionis) *ſeorſim hactenus editorum.* ALB. BARTHOLINI *Deſcriptio Danorum, Norvegorum & Iſlandorum* Tr. *poſthumus a* J. MOLLER *emendatus & auctus,* J. SCHEFFER *ſuecia literata ab Cel.* MEZLERO *illuſtrata.* 3. *Molleri introductio ad hiſtoriam ducatuum Schlesvicenſis & Holſatici.* 4. EJ. *præf. de gentium borealium in literas meritis hiſtoriæ apologeticæ.* Lipſ. 1699. 8.

GODOFR. STUCKELOÆ *Indago peſtis.* Vratisl. 1699. 4. HÆNEL.

GOTTL. FRID. MYLII *Medicamentorum quorundam ſalutarium in laboratorio chemico Helmſtadienſi præparatorum vires & uſus.* Helmſtadt 1699. 8.

RUDOLPH MARTIN MEHLFÜHRER *acceſſiones ad* THEODORI J. ab ALMELOOVEN *promiſſam bibliothecam.* Nurnb. 1699. 8. TREW.

In Theſauro GRONOVII *quem a.* 1699. *edere orſus eſt, diſſ. variæ ſunt quæ ad medicinam faciunt.*

§. DCCCCLXXVI. NUPERI.

SEBAST. ASTEANO ROTARIO.

Mollis medicinæ fautor. Venæſectionis oſor, etiam veſicatoriorum. Scripſit primum *Raggioni contra l'uſo del ſalaſſo e delle ventoſe.* Veron. 1699. 4. Venet. 1701. 4.

Contra STEPHANI PICCOLI *Medicinam ventilatam.* Et venæſectionem rejicit & omnem aliam fere evacuationem, pauciſſimis vero medicamentis utitur, etiam potiſſimum hydrargyro in omnibus morbis etiam in apoplexia. In l. primo plethoram negat, vaſa putat etiam a nimia ſanguinis copia non facile quidquam pati cum valde extenſilia ſint, neque menſtruum fluxum neque hæmorrhoides a plethora eſſe. Si quæ ſit balneum ei levandæ ſufficere, dum vaſa laxat, quo ſe nimiæ ſanguinis copiæ faciliora præbeant. Venæſectionem ſanguinem deteriorem non emittere. Inflammationi ſpirituoſa & calida prodeſſe, nocere refrigerantia, ubi a flatu ſit. Pleuritidem ne HIPPOCRATE quidem auctore venæſectionem poſcere, ſed HELMONTIANA utique medicamenta. Sedem ejus mali ſæpe eſſe in pulmone non in pleura. Febrem non eſſe morbum & debere ſollicite conſervari tanquam naturæ beneficium.

EJ. *Contra l'uſo delle ventoſe o ſanghettole.* Nihil memorari dignum.

EJ. *Lettera al tradottore del l. Neophile en deſordre nella quale dandoſi breve ragguaglio della confuſione di chi ha preteſo il galenico confuſo*, quæ epiſtola in STEPHANUM PICCALI in Galeria di Minerva excuſa eſt. Iterum contra ſanguinis miſſionem, quæ noxia ſit, ſanguinis intima concutiat.

EJ. *Allegazioni medico phyſiche nelle viſcere d'un cadavero* 1712. In hominis ſubito mortui inteſtinis repertus fuit hydrargyrus cum pulvere albo & in ventriculo veſtigia inflammationis. Medici ad magiſtratum retulerunt venenum propinatum eſſe. Inerat & magnus lien & ampla veſicula fellea. Noſter multis diſputat non eſſe venenum.

EJ. *Lettere in aggiunto della allegazione medico fiſica.* Harum epiſtolarum prima data eſt a. 1711.

Altero il dardo rintozzato divenuto ASTA D'ACHILLE qua reſpondet libello pro venenata indole pulveris ſcripto, cum titulo Dardo intozzato, accedunt doctorum virorum epiſtolæ.

EJ. *Aggiunta al dardo rintozzato, toccante la lettera del* D. CONSTANTE SERAFFANI.

EJ. *Lettera terza.* Veron. 1712. Contra veneni ſuſpicionem ejuſque defenſores omnes.

EJ. *Lettera agli autori di quel foglio ſcritto a penna con finto nome de Moro Molena.* 1717. Contra medicamenta cardiaca officinarum. In omnibus bonum jus gallinaceum præſtare.

EJ. *Parere intorno alla morte di due uomini entro cantina grande con poca uva bollente.* Veron. 1718. 4. Cum phyſica phænomeni explicatione.

EJ.

Ej. *Lettera al S. Franceſco Merlo Medico*, contra confectionem de Hyacintho.

Ej. *Il medico padre, intorno qual libro intitolato in mondo diſingannato.* Verona 1719. 1720. 4. Inter criſes ſudorem vehementer laudat. In pleuritide oleum cucurbitinum camphoratum calens loco dolenti illitum commendat. In pleuritide multa purgantia præſcribit ipſamque mannam. Sic venæſectionem, & aquam frigidam in febribus rejicit, valde acutas febres in pulmonum inflammationes degenerare monet.

Alla ſua conſorte ANNA FRANCESCA *dedicato rimedio non iſpregiabile nel mal caduco*, (nempe inunctionem mercurialem). Verona 1722. 4.

Ej. *Lettera al autore di quel faglio che ci raguaglia d'un male ſpaventevole.* 1723. Vomitus materiæ nigræ ad 23 lib. a glandula dura, eroſa ſub ventriculo poſita, contra alterius medici theoriam & curationem.

Inſegnamenti di medico padre a ſuoi figlioli intorno alla hidropiſia aſcita L. IV. Verona 1724. Malum a viſcerum obſtructione naſci, opponit unguentum mercuriale & paracenteſin rejicit, quæ cauſam non tollat.

Ej. *Viſione d'un cadavere con un rimedio di novella invenzione nella idropiſia uterina.* 1724. Aquam cathartico educere ſuadet ut olim SANCTORIUS.

Ej. *Richieſta del* S. R. *fatta a diverſi profeſſori* 1724. Hydrargyri uſum in hydrope commendat. VALISNERI epiſtola quæ hunc mercurii uſum probat.

Ej. *Lettera al* S. FRANCESCO MERLO *intorno al libro detto ricordo prattici* 1729. Defendit ſuam de hydrope uteri ſententiam & addit teſtimonia medicorum qui cadavera inciderint.

Ej. *Riflessioni ſopra il mal che ſofrè Galeotto Pico fatti da* ROTARO M. S. dicitur 1750. prodiiſſe. Luis venereæ naturam a non nemine potuiſſe definiri; putat apoplecticos homines hydrargyro reſtitutos.

Ej. *Rimedio alle catarrhali moleſtie.* 1730. 8. Perſpirationem debere mercuriali inunctione liberari. Dulcia rejicit.

Ej. *Rimedio della paraliſia o preſervatorio dell apopleſſia.* Veron. 1734. 4. Denuo hydrargyrus rejecta venæ ſectione in apoplexia laudatur, rejectis etiam purgantibus & veſicatoriis & omni evacuatione. Adjectæ ſunt aliquæ paralyticorum ſanatorum hiſtoriæ.

Ej. *Lettera al N. N. notomiſta perſpicatiſſimo.* 1732. De peripneumonia.

Ej. *del mal uſu del mercurio nel volvulo, e di quel altero peſſimo de purgativi medicamenti nei dolori colici.* Mercurialem panaceam ſumi debere & hydrargyrum cum adipe anſerino intritum inungi.

Ej. *Rimedio contro i vermi.* Mercurium cum conſerva roſarum ſumi jubet.

Ej. *Lettera al autore del mondo diſingannato* PYLARINUM. Integrum volumen. Anatomen nuperiorum contra antiquorum defendit.

Ej. *Moderno raggionamento intorno alla gutta.* Podagram catarrhum eſſe, qui ſedem ſuam in pedem firmaverit. Iterum hydrargyro ſanat.

Ej. *Lettera al D. ſprezzatore del mercurio ed amatiſſimo del ſalaſſo.*

Hi ſeptem libelli, quorum primus eſt Rimedio curativo della paraliſia ſenſim prodierunt Verona 1731. 4. communi cum titulo. *Rimedio curativo della paraliſia e preſervativo dell apopleſſia.*

Ej. *Prevedimenti del autore l'uno per antiveder l'orrido periculo che ſovraſta dall entrare nelle cantine riſtrette e architettate a volta in cui vi ſia uva ſurcoſamente bogliente, l'altro pe entrarvi a tutta fretta a ſottrare chiunque per ſua diſgrazia diſteſo a terra ſoggiace al medeſimo periculo e il terzo per rimettere eſſi ſventurati in intera ſalvezza.*

Ej. *Lettera dal medico padre a ſuoi figlioli.* De paralyſis iterum curatione mercuriali.

Ej. *Il medico padre a ſuoi figlioli raggionamento.* Ad capitis dolorem hydrargyrum cum adipe anſerino intritum. Eodem auxilio & anginam curat & ſuffocationem. Deſcribit conſervam cum mercurio & adipis anſerini cum hydrargyro intriti unguentum, modumque quo inungitur.

Hæc opuſcula conjunctim prodierunt Verona 1744. fol. cum titulo *Opere di* SEB. ROTARIO *ſtampate in vari tempi colla giunta delle opere poſthume inedite.*

§. DCCCCLXXVII. VARII.

ANTONIO FRANCESCO BERTINI *La medicina difeſa dalle calumnie de gli uomini vulgari e delle oppoſizione de detti.* Lucca 1699. 4. HOTTON.

Ej. *Riſpoſta al diſcorſo familiare di Terfilo ſamio contra l'autore della medicina difeſa.* Coſmopoli 1700. 4.

Quæ

Quæ adhuc citat CARRERE auctoris ſcripta. *Specchio che non adula contra Manfredum* & aliam contra eundem defenſionem, vix huc facere videntur. BR.

ANSELMO FRANCESCO GIROLAMO *Il triomfo della China China.* Fiorenza 1699. 4. & in Galer. di Minerva T. III.

Citatur etiam D. DIEGO HERRERA *de cortice Quinæquinæ* ſcriptus codex a. 1699. apud de la CORDONIERE.

MICHAEL XIMENES *Criſis medico gnimica en que ſe ſepara en las notitias a ſi fiſicas como medicas de las porciones impuras el oro puro de las perfectiones con principios de la philoſophia medicina, theologia e jurisprudencia ſer æquivocatione los aſſumtos de dichia apologia y producendo con el rational cryſol que el ſcriptor de qualidades occultas no goza en el dectamen del modo la univerſal probabilidad.* P. I. Cordov. 1699. 4. C. d. V.

JUAN de PERALTA MUNNOZ *Eſſercitation phyſico medica de un peregrino eſpoſicion de las calenturas, intermittentes y altras infermidades motivado de un libro que eſcrivio* D. JOSEPH COLMENERO. Sevilla 1699. 4. C. d. V.

EJ. *El triomfo de antimonio y contra reſpueſta a la carta anonimia que contra la criſis de* D. DIEGO MATHEO ZAPATA *producio el triumvirado de la ignonancia de la invidia la audacia y malevolencia.* Cordova 1702. 4.

FRANCISCUS de LEON pharmacopola. Ejus eſt. *Reſpueſta a las preguntas que me hizo el* D. ALONSO CORMEO, Profeſſor Hiſpalenſis. Cadiz 1699. 4. C. d. V.

JUAN ORDONNES de la BARERA Acaſos de Don ULISSE ALDROVANDO fil natural del Marques de ſ. Imperio, *acaicidos en el* anno 1699. Scopum eſſe inpugnare CHRISTOPHORI de PEDROSA y Luq'ue de qualitatibus occultis & operationibus aliquot internis.

DENIS de CASPONAI de GRIMALDI *Lettre ſur les fievres epidemique.* Chambray 1699. 8. ASTR.

DUPRÉ chirurgi & inciſoris, *les ſources de la ſynovie.* Paris 1699. 12. In cadavere inteſtina purulenta materia plena, inteſtinorum pars gangrænoſa, conglomerata, alvus obſtructa fuerat & ſtercora vomuerat. Calculus ſeminis milii ſimilitudine ex colo exciſus. In infante multum ſub dura membrana aquæ, cerebrum deſtructum. Cataractæ extractio, piſi mole in aqueo humore natantis.

DOMINIQUE ANTOINE *Methode pour conſerver la ſanté, ſuivant le cours des*

ſaiſons

ſaiſons & les differens temperamens & le moyen de les connoître, où on enſeigne les remedes contre les maladies contagieuſes & mortelles. Paris 1699. BUR.

Referas huc ANTOINE GALARD *de l'origine & du progrés du Caffé.* Paris 1699. 12. *. ex arabico verſa v. Botanica II. p. 114.

Traité de la longue vie. Paris 1699. 12. Mortem eſſe effectum deficientis aſſimilationis ciborum.

PHILANDER MISIATRUS.

The honour of the gout or a rational diſcourſe demonſtrating that the gout is one of the greateſt bleſſings wich can befal a mortal man. London 1699. 12. PL. pro natura ſalutari podagræ.

BENJ, ALLEN *Natural hiſtory of the chalybeate and purging waters in England.* London 1699. cum theoriis morborum.

LIONEL WAFER *New voyage and deſcription of the iſthmur of America.* London 1699. 8. cum DAMPIERIO recuſus & alias. Chirurgus ob grave acceptum vulnus inter Indos liberos iſthmi Darjen deſertus, denique ſuis reſtitutus, præter hiſtoriam naturalem agit etiam de medicina indigenorum, de eorum venæſectione quæ fit ſagittis exiguis ex arcu emiſſis. Ad morbos aliqua. Simiæ vermibus obnoxiæ. Albi inter cupreos nati homines. Victus & cereviſia. Lac nucum Cocos ſtupefacit.

RICHARD BOULTON Medici *A ſyſtem of rational and practical Chirurgery.* London 1699. 8. *. De more morbos aliquos medicos comprehendit cum plurimis medicamentis, fere ex WISEMANNO cujus hoc opus eſt quaſi compendium, ut vix quidquam proprium contineat.

The complete midwifes practice inlarged. London 1699. 8. Collectanea ex T. MAYERNE, R. CULPEPER, CHAMBERLAINE & LUDOVICA BOURGEOIS.

CORNELIS le BRUYN pictoris & peregrinatoris non incurioſi *reizen door klein Aſien, Ægypten, Syrien en Paleſtina.* Delft 1698. fol.

EJ. *Voyage par la Moſcovie en Perſe & aux Indes orientales.* Amſterd. 1718. fol. Plurimæ quidem icones civitatum etiam plantarum nobiliorum & animalium. Dari in Turcia ſervos medicos & venam in Perſia lanceola ſecari. Ad cephalæam incidi locum dolentem.

CORNELII KELDERMAN *Onderwys voor alle vroed vrouwen rakende haar ampt ende plicht.* Brugge 1699. 8.

J. MAU-

J. MAURIZ TRILLER *Beſchreibung wie die Thiere des Wetters Veränderung empfinden.* Altenburg 1699. 4. VATER.

EJ. *de officio medici præſentibus contraindicationibus.* Jen. 1701. 12.

L. E. GUEKELIN *curmäſſige Diät und Lebensordnung.* . . . 1699. 12.

HENRICH C. ABEL *Leibmedicus.* Leipz. 1699. 12. TR.

EJ. *Mediciniſcher Gewiſſensſpiegel.* Frankf. 1728. 8.

EJ. *Medicinſches Kräuter-Paradiesgärtlein.* ib. 1740. 12.

CHRIST. GOTTF. DANKWERTS *Medicinſches Siebengeſtirn.* Hamburg 1699. niſi error eſt in anno.

STANISLAUS RICHARD AXTELMEYER *Ebenbild der Natur in dem Entwurf der Gewächſe, Ungeziefer und anderen Thieren.* Augsburg 1700. 4. vel 8. 1715. 4. Schwabach 1706. 4.

Habet hiſtoriam buſonis quo devictus eſt agyrta, halitu de ore in os inſpirato.

CHRISTIAN LEHMANN *Meiſſenſche Bergchronic.* Leipz. 1699. 4. etſi antiquioris ſcriptoris ut ultimus tamen annus ſit 1698, ſimplicis hominis. Epidemici morbi aliqui, varii longævi ibi reperiuntur.

Die curiöſe Medicin, darinnen die Geſundheit des Lebens durch ſehr wahrſcheinliche Gedanken in zwölf Capiteln vorgeſtellet wird. Luneburg 1699. 12. PL.

§. DCCCCLXXVIII. GODOFREDUS BUDÆUS.

Phyſicus in Luſatia ſuperiore.

EJ. *Conſilium medicum wie man wegen der Peſtilenz, Fleckfieber und anderen hitzigen Krankheiten ſich verhalten, verwahren und curiren könne.* Baudiſſin 1710. 4.

EJ. *Conſilium medicum de peſte.* 1714. 8.

EJ. *Conſilia medica von der Krampfſucht.* Baudiſſin 1717.

EJ. *Miſcellanea medico chirurgica practica & forenſia, welche allerhand medicinſche und chirurgiſche Caſus, Relationes judicum, Conſilia & Reſponſa in ſich halten.* Prima pars prodiit. Görliz 1731. 4. *. Verus collector fuit SAMUEL STURM medicus in Luſatia, ab a. 1654. ad 1688. chemicus, cujus opuſcula nunc collecta BUDÆUS edidit. Chirurgica plurima, tamen etiam pluſcula clinica

cum numeroſis cadaverum inciſionibus, tunc acta clinica tota. Ita de delirio vero an ficto. Num ſabinæ ſex drachmæ abortivi nomen mereantur. Abortivit utique cum ſymptomatibus. Limites pharmacopœos inter & ſeplaſias poſiti, & medicamenta ſimplicia, quibus debent ſeplaſiæ abſtinere, quæ vendere ipſis licitum ſit. In cadavere hydrops a collecta in omenti ſacco aqua improbabilis, vero de utero in eum ſaccum apertus canalis. Immerito venenatæ indolis accuſatum trifolium fibrinum & pini abietis ſtrobuli. Mors ſubita cum gangræna partium genitalium & alia ab arſenico albo, inde in ventriculo cruciatæ ſtriæ.

Pars II. ib. 1732. 4. *. A KNOEFFEL ſenioris conſilium & carmen antipodagricum. Pilulæ ex auro horizontali, phlegma vitrioli dilutum, extractum ſedativum opii; inunctio ex aloe, ſpermate ranarum, phlegmate vitrioli, ſpiritu tartari; balſamum ex aloe myrrha, ſpermate ranarum ex ſpiritu frumenti, vinum ſcelerandum in quo lithargyrii vis enormis diſſoluta eſt, ad 3 unc. in libris quinque. Opii extractum cum gummi galbano & caſtoreo pauco. Curationis lacteæ methodus. Contra medicaſtros edictum electorale. Conſilia ad varios morbos. Ad dyſuriam calculoſam mollia narcotica, ſed ab alio ut puto STAHLIANO eſſentiæ aromaticæ. Mors ab arſenici magna doſi. Medicis ſecretiora, poſtquam examen peritorum paſſa ſunt, vendere permittit. Abortus a nixu & ponderis elevatione. Medicus privatus partum 185 dierum pro legitimo habet. Magna mala ex jocoſa colli adſtrictione & difficilis deglutitio.

P. III. 1733. 4. *. Antiqua conſilia eſſe fatetur. De morbo hungarico anni 1674. Contagium habere non tamen ubique æque potens. Frigus etiam pluſculis diebus ſupereſſe, huic ſuccedere vehementiorem æſtum, dolorem capitis, cum iis ſitis, pulſus debilis, inde etiam intermittens, nauſea, alvi fluxus, etiam cruentus, vomitus, ad diem XIV. accedit delirium, aphonia, ſudor vehemens. Noſter omni evacuatione abſtinet & in alexipharmacis ſe continet. Conſilia medica. A ſtrumis hydrops, mors. Dyſenteria epidemica venereæ labis exempla refert.

Reliquas partes IV. a. 1733. 4. *. ad ſeptimam uſque omitto.

Idem præcipuus auctor fuit *ſocietatis medicæ quæ Budiſſini in Luſatia a.* 1714. *coivit a Rege a.* 1729. *confirmata* & cujus *Sammlungen und Abhandlungen aus allen Theilen der Arzneywiſſenſchaft.* Altenb. 1751. 8. *. prodierunt, libelli ſex. Morborum hiſtoriæ & inciſiones cadaverum & forenſia reſponſa chirurgici argumenti. Hic ea ſola recenſeo quæ BUDÆI ſunt. Febris eryſipelacea cum tumore glandularum in collo & pone aures, magno æſtu, ſiti, ex genio prioris ſeculi cinnabari, antimonio, antimonio diaphoretico & ſimilibus uſus eſt. In arthritici & ſcorbutici hominis ſanguine quaſi ſebum coivit, fœtida id aqua circumfluebat in qua moleculæ ſparſæ erant. Ex arthritide vaga paralyſis curata

curata thermis Hirſchbergenſibus. Hæmorrhoides inciſæ malo eventu ut fiſtula ſuccederet. Fuſa hiſtoria nimium obeſi cum ſtupore artuum inferiorum. Alia conſilia ſocietatis Budiſſenſis nomine data. Salivationis ſymptomata excuſat. In obeſo quem veneno interemtum fuiſſe ſuſpicarunt, nihil certum, etſi ſanguis in vaſis ſtagnabat & circa baſin cordis coactus erat.

Dederat autem jam in E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* VII. VIII. adnotationes aliquas. Variolarum deteriorem eventum Budæus excuſat, expurgationem primarum viarum ſuadet. Plura omitto.

In E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* VII. VIII. *Obſ.* 172. anno 1699. Tabes ex ulcere renum. *Obſ.* 173. Tympanites cum ſuffocationis periculo, balneo adſtringente adhibito, fluxit urina cruenta, demum ſanguis floridus optimo eventu.

Godofredus Klaunig *de ſpaſmo.* Leid. 1699.

Ej. *Noſocomium charitatis ſ. hiſtoriarum medicarum in noſocomio Trinitati ſacro obſervatarum.* Vratisl. 1718. 4. Obſervationes 25. eas inter cadaverum inciſiones & morborum hiſtoriæ. Phthiſis ſcrophuloſa hydrargyro & ſalivatione ſanata. In tabido abdomen lympha effuſa plenum, in ventriculo ſiniſtro magnus cordis polypus. Poſt aſthma convulſivum polypus in arteria pulmonali. A potu frigidæ anaſarca, ſubnatis ulcuſculis & puſtulis curata. A quartana febre, in qua cortice caverant, tumor abdominis, dolens, in ſanguine cruſta inflammatoria, demum diarrhæa, bono eventu. Catalepſis rigida in febre tertiana veſicatoriis emplaſtris ſanata. In tabido aqua in pectore, pulmo adhærens, hepar putrefactum, in homine ſpirituum potore. Hydrops, pulſus lentus, urinæ tenuis abundantia. Abdomen aqua limpida plenum, hepar pene gypſeum, in veſicula fellea lapilli & in liene alius. Multa inter muſculos crurum aqua. Anhelitus, abdomen inflatum, ab aſa fœtida ſumta, parva quidem copia, tamen levamen. In pectoris cavo aqua, pulmo muco ſebaceo abductus, ſuccus ſimili materia plenus, alterum pulmonem tegebat. In abdomine aqua, hepar ſanum, prægrande, nullus in cavo aër, ut tympanitin a ſpaſmo natum fuiſſe oporteat. Poſt apoplexiam memoria tota deleta & pene rationis uſus recidivo malo ſublatus, vaſa cerebri ſanguine plena & in ventriculis aliquantum lymphæ neque alia mortis cauſa. Volvulus, fæces in cadavere, preſſo abdomine de naribus effluebant, omentum inteſtinum conſtringebat, in altero latere inteſtinum putre in cavum fæces dimiſerat, inteſtina varia. Reliqua omitto.

In Vratislavienſium morborum hiſtoriis ſuæ Cl. viro partes fuerunt.

§. DCCCCLXXIX. Disputationes.

J. Theodor Strasburg *de cachexia.* Leid. 1699. 4. *.

Ej. *Theſes medicæ miſcellaneæ.* 1699. 4.

NICOLAUS de la PLANQUE *de lienteria.* Leid. 1699. 4.

L. BORN *de arthritide nodoſa.* Leid. 1699. 4.

F. DETHMARUS *de actione naturæ circa medicamenta purgantia.* Leid. 1699. 4.

H. C. SCHULZE *de catarrho.* ib. 1699. 4. *.

T. HOOLT *de nephritide.* ib. 1699. 4.

BRESCH *de lumbricis.* ib. 1699. 4. VATER.

R. van RYP *de paralyſi.* ib. 1699. 4. *.

J. G. STULMANN *de rubigine.* ib. 1699. 4.

ABRAHAM WOESTHOVEN *Variæ theſes miſcellaneæ medicæ.* ib. 1699. 4.

J. HENR. CUYPER *de apoplexia.* ib. 1699. 4.

G. HASEVEEN *de corporis humani perſpirabilitate.* ib. 1699. 4.

ADAM OVERSEHLE *de phthiſi.* ib. 1699.

J. A. SPRECKELSEN *de paralyſi.* ib. 1700. 4. MEELL.

GUIL. VINCI *de lue venerea.* Utrecht 1799. 4.

GUILH. LUD. GAY *de chyloſi læſa.* Utrecht 1699. 4.

J. LUD. PESTORF *de dentitione difficili.* Utrecht 1699. 4.

J. BERNH. BROENIG *de febribus in genere.* Duisburg 1699. 4.

LAURENT BRAUN *de cauſis cur nemo medicorum* HIPPOCRATI *ſit anteferendus.* Duisb. 1699. 4.

J. THOM. SCHWERMAN *de mictione cruenta ex ſuppreſſione hæmorrhoidum.* Kiel 1699. præſide W. E. WALDSCHMIDT.

LAURENT van den BUSCH *de incrementis medicinæ.* Brem. 1699. 4.

BERNH. QUISTORP *de theriaca Andromachi & mithridatio Damocratis diſpenſandis.* Roſtock 1699. 4. cum ſpecierum cenſu.

J. LEONH. LENZIUS *de hominibus ad catadupa Nili obſurdeſcentibus.* Wittenb. 1699. 4.

GEORG ALB. STUBNER *de nigritarum affectionibus.* Wittenb. 1699. 4.

J. CHR.

J. Chr. Gudenius *de variolis.* Erfurt 1699. 4. Hæn.

God. Winckler *de ægra ictero flavo ex paſſione hyſterica oborto correpta recte cognoſcenda riteque curanda.* Erf. 1699. 4.

Justinus Wiegandt *de ptyaliſmo.* Gieſſ. 1699. 4. Pl.

J. Georg Benz *de muliere dolore capitis periodico cum abſceſſu laborante.* Altd. 1699. 4. *.

J. Wolfgang Helbich *de ſonitu vel tinnitu aurium.* Altdorf 1699. 4. Menz.

Maur. Suter *Cardialgia per caſum explicata.* Baſil. 1699. 4. Pl.

Martinus Bogdan Martini filius Bibliothecarius Bernenſis Ej. *Theſes inaugurales miſcellaneæ medicæ.* Baſil. 1699. 4.

J. Christoph Huth *de Cardialgia.* Argent 1699. 4. *.

Jac. Souhait Claud Berger *E. ſolus medicus uromantis.* Paris 1699.

Math. Dionys Fournier & Claud. Fr. Dutal *E. prima proles ſana corporis conſtitutione felicior.* Paris 1699.

Guid. Fagon & Cl. Berger *E. ex tabaci uſu frequenti vitæ ſumma brevior.* Paris 1699. gallice verſ.

Ej. *Les admirables vertus du Quinquina confirmées par pluſieurs experiences & la manière de s'en ſervir dans toutes ſortes de fievre.* Paris 1700. 12. 1705. 12. Burm. Etiam iſta theſ. a R. Andago latine verſa.

Jac. de Baurger & Euseb. Ad. Thuillier *E. aër præcipua ſanitatis cauſa.* Paris 1699.

Nic. Rainssant & Aug. Lippi botanicus qui in Nubia cum legatione gallica interemtus eſt. *Non E. cometa morborum prænuntius.* Paris 1699.

Petr. Pourrit & Rich. Lud. Reneaulme *Non E. fugiendus brevis a cibo ſomnus.*

J. Gaillard & Lud. de Gui *Non E. Neotericorum theoria veterum medendi methodo repugnat.* Paris 1699.

Jac. Minot & Cl. Frichard *E. rheumatiſmo thermæ.* Paris 1699.

Petr.

PETR. le JONNELIER & AUG. LIPPI *Non E. ſcorbutus ægritudo nova.* ib. 1699.

LUDW. LEMERY cujus ſæpius mentio fuit EJ. & AD. THULLIER *E. qui morbos neglecta chymica cognitione oppugnant veri empirici.* Paris 1699.

§. DCCCCLXXX.

Phil. Tranſact. nr. 250. RUDOLPHUS THORESBY. De juvene fulgurato, abſque inciſione.

N. 256. De curationibus peractis a GREATRAKE. Teſtem ſe dat, ut fricando manu ſua morbum a parte alia ad aliam egerit, denique per hallucem expulerit. Epilepſiam numquam ita curaſſe, quin paroxyſmus redierit (*).

D. HOME de oſtracitis efficacia adverſus urinarios calculos, majores enim nullam medelam admittere, ſemidrachmæ & drachmæ pondere oſtream videri calculos ſolvere, majori doſi ventriculo gravem incumbere. D. CAYUS repetiit, invenit poſt ejus uſum plurimos lapillos decedere.

J. A. JESU de vi febrifuga Fabæ S. IGNATII cujus ſeminis pars tertia ore recipitur, ſaliva adfluens deglutitur. Sed CAMELLUS ejuſdem grana decem in convulſione ſpaſmodica infuſo aqueo dat, ſolere tamen vomitum ciere, ut antidota ore recepta agyrtæ venena ſuſtinent deglutire WILHELMUS CLERK in eadem femina quæ inter vomendum ipſis in aquis perierat, calculus pylorum opplens pondere unciæ. Sic in veſicula fellea calculi & in rene. Vir qui cultro deglutito ſupervivit.

N. 251. De FERON refert de femina de qua etiam SASCARDUS. Tumor & dolor ad ſedem umbilici, lipothymia. In abdomine ſanguis erat effuſus & fetus nudus.

DU PRE Cranium humanum deforme. Cornua efflorescebant de calvaria duræque fibræ, addit G. COWPER ſpinam ventoſam eſſe.

N. 252.

(*) Auctor in exemplari Bibl. Gœtting. ſubſcriptus eſt MOLYNEUX haud credulus phyſicus. Præter notitias ab ipſo GREATRAKE a DAV. BRYDE & HENRY STUBBES in Bibl. pract. Tom. III. p. 130. & p. 197. ab Ill. HALLERO jam recenſitas inveniuntur adhuc de ſingulari hoc homine, certe non agyrta, teſtimonia in HENRICI MORI Cantabrigienſis coævi *Enthuſiaſmo triumphato* in Oper. Tom. II. p. 224. qui *ſanativum & medicinale contagium* perinde ac *morbificum* ſtatui poſſe putat, porro in ST. EVERMONT ſatyrici coævi *Oeuvres* Tom. I. in procemio & Tom. II. qui formulis magicis præſertim curam ſuſcepiſſe falſe ut puto eum accuſat. Ex omnibus autem GREATRAKIUS ſibi ipſi fidens enthuſiaſta apparet, qui omnium ejus ævi medicorum & phyſicorum ipſius quoque R. BOYLE attentiones in ſe trahebat, ita ut in hoc vix cedat nuperioribus, novam curæ ſympatheticæ methodum molientibus.

N. 252. Hans Sloane Tumor ovarii. Paracenteſi educta materies gelatinoſa. A morte adparuerunt enormes hydatides, quarum aliquæ ventriculo minime minores erant.

N. 253. Carolus Holt de juvene qui ſuadente muliere ſilices devoraverat adverſus colicos dolores, eaſque ad 200. niſi alvus molliatur, omnia revomuit, numquam tamen ullum calculum aut per anum egeſſit aut vomitu.

Id. N. 271. Jidem lapilli nunc continue aſcendunt & deſcendunt, multa inde mala & manuum paralyſis.

Id. N. 277. De infante cui per foramen diaphragmatis naturale nec a violentia natum inteſtina & una meſenterium in thoracis cavum migraverint.

N. 254. Jezreel Jones Victus ratio & alimenta Marroccanorum. Solere mel deglutire cum ſeminibus intritum ſomnum cientibus. Erinaceis delectantur & vulpibus.

N. 255. Thomas Luffkin De antlia pneumatica ad cucurbitularum modum adhibita. De eodem n. 259.

Jacob Petiver Stirpes ejuſdem claſſis botanicæ eaſdem fere vires exſerere medicas.

N. 256. Philippus Loyd de Ruſſorum victus ratione. Balneis frequenter utuntur. Tatari in febris malignæ motu ſanguinem mittunt, in variolis ſcarificant.

Plicam tamen habere critici aliquid. Morbi hungarorum.

Joh. Houghton de Coffea, ejus uſu in Arabia, in Europa. Analyſis, longe plus olei ſuper ignem fundit quam farinoſa ſemina, uſum non improbat ut analepticum.

Hoc anno Londini diarium cepit prodire.

The trifler of the works of the learned with a particular relation of the ſtate of learning in each country by ſeveral honds. Jan. 1699. ad Marct. 1712. 4. vol. 13. B. Bun.

Hoc anno inſignis in Acad. Reg. ſcientiarum rerum converſio facta eſt, ut quæ libera hactenus fuiſſet ad aliarum academiarum exemplum, eadem numero, certis legibus adſtringeretur, Sodales juberentur ſuas ſymbolas quotannis conferre, certis diebus convenire, iidem ſecundum mathematum & rei naturalis partes in certas claſſes diſtribuantur, quarum cuique ſuus certus eſſet propriuſque labor. Id conſilium optimum eventum habuit neque alio inſtituto Ludovicum XIV. majorem gloriam conſequtum fuiſſe puto, cum difficillimæ quoque partes

partes ſeriorum artium enodentur, plurima nova inventa, tribunal conſtitutum fuerit, quod de novis machinis, novis inventis reſponderet.

Novæ aut emendatæ Academiæ a ſecretis fuit BERNARDUS BOUVIER vulgo dictus de FONTENELLE vir facundus, amœniſſimi ingenii, aptiſſimus difficillimas quoque diſſertationes excerpere deque iis ita referre ut & plane intelligas & tamen cum voluptate legas. IDEM auctor fuit elogiorum mortuorum ſodalium, quæ ab eorum deceſſu præleguntur & quæ inimitabili cum gratia noſter conſignabat. Seorſim elogia prodierunt Haag 1740. 12. 2 vol. & alias in frequentibus editionibus operum FONTENELLII.

Medicinæ equidem nullus proprius locus in Academia adſignatus eſt, cum titulo, tamen anatomes frequentes adnotationes ſæpe etiam integræ diſſertationes intercedunt.

Ita anno 1699. POUPORT de hydrophobia dixit ſanatam fuiſſe feminam rabidam, cum initio ſanguis ad deliquium uſque animi miſſus eſſet, omneſque ſervatos, cum plurimi demorſi fuiſſent quibus ſanguis miſſus, periiſſe qui eo auxilio non eſſent uſi.

MORIN de puella quæ vi in balneum ſubfrigidum detruſa & repetito metum aquæ depoſuit, febriſque ſuperſtes ſolitis auxiliis ceſſat.

IDEM POUPART in ſeculari ſene vidit vertebras multas obductas novo oſſe albo compacto, quaſi ſuper primigenium effuſo.

IDEM egit de ſcorbuto qui in noſodochio *l'hotel de Dieu* graſſatus eſt. Verum ſcorbutum fuiſſe cum gingivarum prurigine, ſanguine inde manante fætido, maculis artuum. Epiphyſes de oſſe ſeceſſerunt ut ægri in incedendo ſtrepitum cierent, etiam ſternum a coſtis, qui quidem in reſpirando perceptus ſtrepitus, lethalis erat. Multis pus in pectore, coſtæ verſus ſternum carioſæ. Liquor articularis HAVERSIANUS acris ut ligamenta eroderet. Convaleſcentium oſſa tumida erant. Erant qui ſubito perirent ſuffocati pericardio, pulmonibus, diaphragmate confluentibus. Erant quibus pus eſſet in hepate. Lien etiam triplo major quaſi ſanguine grumoſo farctus. Ulcera peſſima ſubnaſcebantur. Muſculi duri ob ſanguinem in telam celluloſam effuſum, ibique coactum. Fuerunt quibus ſanguis per os nareſque ad mortem uſque manavit. Ulcus partem linguæ conſumſiſſe viſum eſt. Qui ſubito peribant iis cordis ventriculi ſanguine coacto pleni. Carbones interceſſerunt, cor ulceroſum, unde mors ſubita. Cerebrum ſemper ſanum.

In actis maris Balthici 1699. nihil eſt præter ea quæ ad legitimos titulos retuli.

In E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* VII. VIII. *Obſ.* 171. CASPAR GRIMM. Cereviſia ad occidendas muſcas fungo cantharello infecta & epota, muſcæ ſemiputridæ de ore redditæ, ſanguis per alvum cum torminibus deceſſit, potiſſimum clyſteribus ex lacte & lini ſemine.

D. CHRISTIANUS LAHME Muhlhuſanus.

Dec. III. *Ann.* VII. VIII. *Obſ.* 185. Ad ophthalmiam expertum medicamentum ex aquis nonnullis, ſpiritu Valerianæ & ſpiritu ſalis ammoniaci.

DCCCCLXXXI. J. WOODWARD.

Linteaminum mercator, ad rem naturalem ſancto ardore tranſiit, inde ad medicinam.

In Phil. Tranſact. n. 253. de vegetatione egit a. 1699.

EJ. *State of phyſik.* Lond. 1718. 8. germanice vertente SCHEUCHZER. *Medicinæ & morborum ſtatus, ſpeciatim de variolis cum animadverſionibus in novam purgandi in hoc morbo methodum. Præmittitur idea morborum quibus natura humana eſt expoſita, methodus iiſdem medendi.* Zurich. 1722. 8. *. Bilem ejuſque in ſanguinem reſorbtos ſales veram eſſe cauſam vitæ & motus animalis, ab eadem bile depravata & reſorbta morbos fieri. In iiſdem ſalibus cauſam & in ventriculo ſedem eſſe variolarum. Eas ergo emeticis tunc oleoſis & unguinoſis unice ſanari, quæ iſtos ſales ſuffocant. Nocere ergo in primo ſtadio cardiaca, acida, camphoram, ſic in ſecundo purgationes, veſicatoria, acida. Hic in FREINDIUM ſe convertit atque in hiſtorias curationum inquirit ejuſque ipſas doſes exagitat, clare tamen & diſtincte ſuos ſenſus elocutum eſſe fatetur. Series perplexa & confuſa. Satyram hic ſcribit in medicos ſui ſæculi.

EJ. *Select caſes and conſultations in Phyſik.* Poſthumum opus edidit PETRUS TEMPLEMAN. London 1737. 8. *. Iterum hypotheſis bilem in ſanguinem reſorbtam & vitam facere & nimiam in ventriculo fermentationem cauſam febrium eſſe & convulſionum & fere omnium morborum. Medicinam adeo fere verſari in bile evacuanda aut alteranda. Iſtud emeticis obtineri hoc oleoſis & unguinoſis. Amara & adſtringentia vehementer adverſatur. Hiſtoriæ morborum fuſæ, per ſeriem morbos & medicationem cujuſque ægri continent, nimis vero manifeſtum eſt, ſcopum fuiſſe ſcriptoris ornare utilitatem ſuorum oleoſorum, adverſariorum malos effectus demonſtrare, vix unquam ſuam curationem infeliciter cecidiſſe fatetur, ipſam appetitus debilitatem ab oleoſorum uſu accedentem, potius utilem eſſe defendit. Ipſe ſenſit cogitationes & animi paſſiones ex ventriculo adſcendere. Bilioſam febrium materiem paucam a cortice ſuperari, ſi majori fuerit copia, corticem nocere. Ei vias debere emeticis aperiri. Paſſim invenio utilia adnotata diſperſa. Separatas vires cordis eſſe

eſſe & nervorum oſtenditur quod in paralyſi in brachio pulſus nihil patiatur & celer ſuperſit idem. In ſuam ſententiam, vomitum alvumque motam etiam pluries, paroxyſmum febrilem avertiſſe & epilepticum. In ipſa hæmoptyſi vomitum ciebat. Utebatur opio etiam in peſſimis variolis cum cruento lotio. Inciſiones ſæpe utiliter adnotavit. In ictero nullum viarum bilariarum vitium. In variolis cum cruento alvo emetica repetita ſaluti fuiſſe. Ab ictu veſpæ ſudor frigidus, convulſiones, pulſus intermittens. Femina quam fulmen percuſſit, ante ictum odorem ſulphureum percepit. Aliquas adnotationes editor adjecit.

§. DCCCCLXXXII. Varii ad a. 1700.

J. Henricus Heucher poſtea *de* Heucher Vindobonæ natus, profeſſor Wittenbergenſis, archiater ſaxonicus, in varia ſtudia ſe diffudit, philologica, mathematica, botanica, practica. Ejus opera edita & nondum edita amicus olim noſter Christianus Fridericus Hænel deinde eo mortuo frater collegit. Lipſ. 1745. 4. 2 vol. *. Vitam viri Hænelianorum major præmiſit. Minora fere ſunt opuſcula & quæ vocantur diſputationes, facundæ.

Ej. *de vegetabilibus magicis.* Witteb. 1700. 4.

Ej. *Morbi ex nimio veneris uſu.* 1700. 4. Femina quæ a concubitu numquam non ſanguinem vomuit. Alius cui inde occiput dolebat. Puella quæ ad conſpectum elegantioris juvenis humum decubuit.

Ej. *Araneus homini pernicioſus & ſalutaris.* 1701. 4. *.

Ej. *de erroribus circa cauſas mortis ſubitæ.* Lipſ. 1704. 4. Thoracis hydrops repertus cum apoplexia accuſaretur, quæ non ſit unica mortis repentinæ cauſa exempla collecta.

Ej. *Medicus ex clinico philoſophus.* 1706. 4.

Ej. *Mithridates ſ. præſervatio principis a veneno.* 1706. 4. Antidota recenſet, examini ſubjicit, negat dari quæ omni veneno reſiſtant. Venenorum cauſæ. Venena temporaria admittit. Monet ne ſacharum ſaturni interno uſui deſtinetur.

Ej. *Strumæ & ſcrofulæ.* 1707. 4. Sales volatiles, ſapones & alia remedia commendat.

Ej. *de mechanicis non mechanicis.* 1708. 4. Contra mechanicos fere omnes.

Ej. *de ſiti immodica.* 1709. 4.

Ej. *Anatome practica.* 1709. 4. In puerpera inciſa vidit lienem prægrandem cum ovario, inteſtina coarctata. In ovario cicatrices, quas variolis tribuit. In

In puero ex calculo exſtincto aqua ventriculi villoſam tunicam erodens, glandulæ meſenterii ſcirrhoſæ.

Ej. *Ingeniorum præſidia.* 1709. 4. Ut a morbis ingenium patiatur ita a medicamentis juvetur.

Ej. *de calculo per adſtringentia pellendo.* 1711. 4. Nephrotomen ridiculam habet. Nec injectionum aliquam eſſe efficaciam, ipſas gallas laudat. Eaſdem etiam fetum expellere.

Ej. *de arthritide ægrotorum culpa inſanabili.* 1712. 4. Ob diætæ errores, impatientiam & conſultationes empiricorum.

Ej. *Cautiones in cognoſcendo & curando ſcorbuto neceſſariæ* P. I. 1712. & II. Diſcrimen ſcorbuti a lue venerea, febre & colica, ab aſthmate, arthritide &c. Non uno ſigno fidendum ſed omnibus. Non fortibus auxiliis indulgereris, venæſectioni, emeticis, draſticis, marte, opio, hydrargyro.

Ej. *de igne per ignem exſtinguendo ſ. de præſtanti camphoræ uſu in febribus acutis.* 1712. 4. Nihil camphora aptius in acutis adque expellendam morbi materiam efficacius, in gravi cephalæa ſibi optime ceſſiſſe.

Ej. *Cautiones in cognoſcendo curandoque hydrope neceſſariæ.* 1713. 4. Ne in ſignis fallamus & alios tumores nobis patiamur pro hydrope imponere. Non unum viſcus in hydrope peccare poſſe. In draſticis acribus oportere cautum eſſe tum diureticis. Emetica poſſe utiliter exhiberi. Contra ſudoriſera opium, acida, externam inciſionem.

Ej. *Selecta phyſiologica, anatomica practica &c.* 1711. 4. Theſes breviſſimæ aphoriſticæ. Morbi ad ordinem anatomes.

JACOBI GAVET Medici apud Cambarienſes.

Nova febris idea, ſ. novæ conjecturæ phyſicæ circa febris naturam. Genev. 1700. 12. Bona pars operis phyſiologici eſt argumenti. Signum febris pathagnomonicum eſſe pulſum frequentiorem. Motus in ſanguine fermentatorius ex quo calefit, inde pulſus frequentior. Subtiliter noſter ea expoſuit. Sanguinem in febre lentius moveri, quod ad arteriam recurſus quam in ſano homine minor ſit, eaque magis dilatata maneat. Febris ſanguinea a plethora. Febris humoralis a humore heterogeneo ad maſſam admiſto.

Ej. *Traité ſur la peſte ou conjectures phyſiques ſur ſa nature & ſes cauſes par* M. G. de *Rumilles en Savoie.* Lyon 1722. 12. Peſtis quam non vidit theoriam tradit. In ſanguine fibras fieri, quæ conſtrictæ interceptas particulas ſpirituoſas exprimant, ita diſſolvi ſanguinem & ſanguis nunc diſſolutus liquor eſt in quo

 fibræ

fibræ natant. Diſſolutio multa mala facit, neque minora coagulatio. Contra vapores arſenicales peſtis auctores. Utique tamen ignotum corpus minerale intra terram fermentans ab igne ſubterraneo diſſolutum exhalare, eoſque vapores lanæ panniſque adhærere. Peſtiferas nubes campanarum ſonitu & tormentorum fragore diſpelli poſſe. Ipſos nummos contagium ſpargere. Peſtin fieri unione particularum mineralium cum ſalibus exaltatis. Æolipilarum laudes. Odorem fimetorum & excrementorum animalium utilem eſſe, congeri debere. Quo plus fumi eo minor peſtis metus. Moribundum hominem ſe vino & laudano ſuſcitaſſe. Vitriolum album inter emetica præfert. In peſte venæſectionem & purgationem nocere. Bolos certiſſima eſſe auxilia. Boreæ ſalubritas. Infuſo capillorum grato aromatico ſe vomitum ſibi commode moviſſe. Aceti deſtillati laudes.

YVONIS GAUKES *Praxis medico chirurgica rationalis*. Grœning. 1700. 8. *. Emden 1708. Amſterdam 1708. 8. Neapoli 1723. 8.

Germanice *wohlgegründete Praxis der Chirurgie und Arzneykunſt*. Dreſden 1709. 8.

Viginti ſunt hiſtoriæ morborum ab auctore ſanatorum cum mechanica expoſitione ſymptomatum, quæ per ſuas cauſas exponit, rationemque dat quare morbum hoc neque alio modo curaverit. Multa hypothetica, ut ſanguis in cholerico alcalinus, aliqua erronea. Laudat æthiopem mineralem. In variolis ſudorifera. Lumbrici de abſceſſibus proripientes.

EJ. *Genees en heelkonſtige redenvœring van de Scheurbock*. Utrecht 1701. 8. LIMBERG.

EJ. *Redenvœring over de buytengewoone zoogenamde Slaapſiekte te Stolwyk voorgevallen*. Emb. 1707. 8. ABKOUDE BR.

EJ. Diſſ. *de medicina ad certitudinem mathematicam evehenda, quomodo ex principiis artis omnia mechanice & methodo mathematica demonſtrari poſſint*. Amſt. 1712. 8.

Morbi tamquam problemata proponuntur quorum ſolutio eſt inventio aptorum auxiliorum quæ ex theoria eruit. CARTESIANUS, etiam ſanguinis fermentationem retinet, & glandulam pinealem animæ ſedem. Vulgaria veſte induta mathematica.

EJ. *Introductio in praxin medicinæ & chirurgiæ univerſalem*. Græning. 1721. 8. Aliud opus ab eo quod primo loco diximus diverſum. 1. De victus ratione, rebus ſex non naturalibus. 2. Medicamenta in claſſes diſpoſita deinde formularum præſcribendarum ratio & medicamentorum præparatio. Noſter paſſim aliqua medicamenta aliter præparat quam vulgo ſolent.

JACOBI

Jacobi Tollii *Epiſtolæ itinerariæ.* Amſterd. 1700. 4. 1714. 4. Paſſim aliqua interſparſa. Ren a calculis exeſus ut ſola membrana ſupereſſet. De horto Lipſienſi & Vindobonenſi & bibliotheca. Thermæ Tœplicenſes (Hungariæ). Strumæ incolarum Stiriæ. Ex morbo regio ren eroſus, ſolis membranis ſuperſtitibus.

Sebastiani Backmeister *Hiſtoria academiæ Roſtockienſes ab incunabulis anno* 1419. *uſque ad a.* 1700. Conring. In actis maris Balth. promiſit.

Antonius Suarez de Feria Eborenſis.

Ej. *Faſciculus medicus practicus.* 1. *De fonticulis.* 2. *De thermis.* 3. *De lacte.* 4. *De riſu, recreatione & vino.* Lisbon. 1700. 4.

Ej. *Chirurgia medica Salmontæ.* 1709. ad finem habet diſſertationem de cortice peruviano.

Ej. *Collection de ſecretos di medicina e di chirurgia.* 1737.

Ej. *Dictionario medico chirurgico anatomico univerſal.* 1730. fol. 2 vol.

Ej. *Breviario medico y chirurgico de nuevos y ſelectos ſecretos.* 1739. 1740. 4. 2 vol.

Alia chirurgicis miſta v. Bibl. Chir. I. p. 501. (*)

Emanuel Lopez Perez medici noſodochii Almaidæ.

Xeniolum medico theoretico practicum humanæ vitæ utiliſſimum, doctiſſime ex nervorum ac febrium univerſali tractatione magna ſollicitudine depromtum, tironibus neceſſarium doctis non injucundum. Salm. 1700. 4. C. d. V.

Samuel Dwight *de hydrope.* Haag 1700. 8.

Ej. ut puto *de vomitione & purgatione nec non de emeticis & catharticis, item de variolis & morbillis.* Leid. 1722. 8.

A. B. *Diſſertatio de febribus continuis ſ. nova de febribus hypotheſis.* Leid. 1700. 12. Falc.

Michael Hertel *Medicinæ generalis & compendiariæ veteris & novæ conjunctio.* Ingolſt. 1700. 8.

Ej.

(*) Commutatio nominum hic ſubeſſe videtur, cum tria poſteriora ſcripta Francisco Suarez de Ribera Hiſpano in Bibl. Chir. II. p. 617. tribuantur. Br.

Ej. *Inſtitutiones medicæ.* Ingolſt. 1700. niſi idem eſt.

J. H. J. *de hydrophobiæ cauſa & cura.* Ulm 1700. 8.

Harmonia a disharmonia tubarum. Hanov. & Guelf. 1700. 8.

HIERONYMUS RAGUSA *Siciliæ bibliotheca vetus.* Romæ 1700. 4.

DOMINICI AULISII Neapolitani. *de origine & progreſſu medicinæ.* Venetiis 1700. SYLVESTRE in Phil. Tranſact. nr. 264.

§. DCCCCLXXXIII.

J. BOECKLER per multos annos profeſſor Argentoratenſis. Non ſatis certus ſum, num idem ſit qui hæc omnia ſcripſit, fere dimidio ſeculo diſtantia, cur vero ſeparem cauſam non habeo, neque ſeparat HEFTER.

Non certe novi num hic pater eſt J. BOECKLER *de vomitu.* Argent. 1673. 4. HEFT.

Sed utique *de potu frigido.* Argent. 1700. 4. HÆN.

Ej. *Spiritus vini atque aceti examen.* ib. 1709. 4. HÆN.

Ej. *Quæſtiones phyſicæ.* 1709. 4. HEFT. & *iterum meteorologicæ.* 1710. 4. HEFT. *phyſicæ.* 1714. ſi huc faciunt. Solummodo phyſici ſunt argumenti neque huc faciunt. V. Bibl. Rivinianam p. 63. BR.

Ej. *de poris corporum, effluviis & odorum hiſtoria.* 1711. 4. PL.

Ej. *de vino.* 1716. 4. HEFT.

Ej. *de ira.* 1716. 4. HEFT.

Ej. *de cataracta* Reſp. FREYTAG. 1711. 4.

Ej. *de vera vitæ & ſanitatis moderatione.* ib. 1721. 4.

Ej. *de morbillis.* ib. 1720. HÆN.

Ej. *Theſes medicæ miſcellaneæ.* ib. 1726. 4. HÆN.

Ej. *de variis diætæ etiam nimis ſtrictæ noxiis.* ib. 1728. 4. HÆN.

Ej. *de venenis.* ib. 1729. 4. HÆN.

Ej. *de fonticulo.* 1732. 4.

Ej. *de neglecto remediorum vegetabilium circa Argentinam naſcentium uſu, ſpecimen* I. ib. 1732. quod XII. comprehendit plantas.

Ej. *Specimen* II. *quod ſex comprehendit plantas.* 1733. 4.

Ej. *de coriandro.* 1739. 4.

Ej. *Variarum medicarum controverſiarum decas.* 1741. 4. De auro fulminante, menſtruis, nuptiarum utilitate medica PHILIPPO HENRICO BOECLER tribuitur a CARRERIO, de quo etiam ſequentes ſcriptas eſſe ſuſpicor.

Ej. *An nitrum ſanguinem reſolvat aut coagulet.* 1741. 4.

Ej. *Quæſtiones medicæ varii argumenti.* 1745. 4. HEFT.

Ej. *de cinnabaris factitiæ vulgari cinnabari nativæ & antimonii non ſolum æquiparanda ſed & præferenda.* 1749. 4.

Ej. *Recueil des obſervations qui ont été reconnues les plus efficaces dans le traitement des maladies en Provence par les plus habils medecins de Montpellier, diverſes lettres contenant des reflexions intereſſantes miſes en ordre par* M. BOECKLER. Strasburg 1721. 8. GUNZ.

Collectio eſt obſervationum circa peſtem Maſſilienſem, per DEIDIER & PONS, MAUGUE, MARTIN, MONTRESSE & FABRE, CARR.

Ej. *Epiſtola.* ib. 1728. 4. occaſione fraudulentæ meretricis ſcripta. Femina ex pannis ſibi factitium ventrem ſtruxerat, ob enormitatem tumoris ab ordine medico annuum acceperat, ut cadaver a morte incidere liceat. Mortua cum eſſet detectis pannis res in riſum abiit.

Demum cum SIGISMUNDUS HENNINGER, PAULI HERMANNI *Cynoſuram materiæ medicæ* edidiſſet, noſter eam diſſ. ſuis exſtructam compoſitorum medicamentorum recenſione auctam curavit. Strasb. 1726. 4. & addidit *continuationem* I. ib. 1729. 4. *. & *ſecundam* 1731. 4. *. Noſter ad medicamenta ſimplicia deſcriptionem deinde vires medicatas & œconomicas, & medicamenta quæ inde confecta in officinis pharmaceuticis proſtant. In ſecunda continuatione tituli ſunt plantarum & ſimplicium medicamentorum minus notorum & omiſſorum ab HERMANNO cum ſimili commentario. Animalium longiorem hiſtoriam naturalem dedit collectam ex TOURNEFORTIANIS.

§. DCCCCLXXXIV. NICOLAUS ANDRY.

Ex facultate Pariſina, non indoctus cenſor Regius, in chirurgos aſperior, ob eamque cauſam demum ab officio remotus. Facundus cæterum, WINSLOVIO calamum dicitur commodaſſe.

Ej.

Ej. *Traité de la generation des vers dans le corps de l'homme, de la nature & des eſpeces de cette maladie, des moyens de s'en preſervir.* Paris 1700. 1714. 1741. 12. 2 vol. *. quæ tertia editio adeo aucta eſt ut pro novo opere haberi poſſit, germanice. Lipſ. 1716. 8. In præfatione dat iconem tæniæ a. 1698. ejectæ, capite prægracili, oculis binis, orificiis quatuor, vaſis ſpecie corporis longitudinem ſequente, cum ſtigmate modo uno in uno latere modo binis. Negat ſe ad objectiones VALISNERII reſponſurum, qui numquam tæniam humanam viventem viderit neque mortuæ caput. Integros ſibi vermium quos medicando expulerit theſauros eſſe. HECQUETI cenſuram inſerit, nihil mutat niſi titulos aliquos. In ipſo opere vermes tribuit acido dulci nato ex corrupto lacte & horæis fructibus, exque ovis per aërem obvolitantibus excludi. Tæniam homini connaſci & caput habere. Varia vermium genera hæc ad phyſica. Humani vermes fuſiſſime. In encephalo, ſaliva, corde, ſanguine, vermis renalis quem teretem vidit. Vermis ex vena cum ſanguine prodeuns & alii qui aquam tingunt (grumos ut putes eſſe ſanguinis. Vermis piſcis ſimilis. Vermes urinarii varii.

Vermes teretes breviter, inter eos aſcarides. Nunc tænia. Prima ſpecies *articulis remotis* in medio etſi in finibus ſibi ſunt proximi, cum ſtigmate in quoque articulo, nonnumquam etiam duobus. Dari etiam ab uno latere gibbos. Altera ſpecies *articulis proximis* papillis ægre conſpicuis nonnumquam conjugatis, capite nullo ſed ovis inſtructus, granis aſperis ſecundum ſpinam eminentibus. Cucurbitinæ vermes partes tæniæ ſunt, neque ſe comprehendunt ut in catenam coaleſcant. In una tænia ova vidit. Partes ſejunctæ vivunt per exempla. Vermes in ſenio in monſtra abire, hiſtoriæ improbabiles. Symptomata, etiam pleuritis. Vermes peſtem non facere. Contra VIEUSSENII libellum de tænia.

In T. II. Cauſæ & curatio. Farrago medicamentorum. Radicem filicis feminæ valde laudat & cum diagrydio, Cremore Tartari & Antimonio diaphoretico præbet contra tæniam. Forficulæ de aure pueri, porro innumeræ ex naribus ut putat. Experimenta collecta. Contra HECQUETUM pro purgantibus. Compendium operis. Apologia adverſus LEMERYUM.

Adjecta FAGONI *de nicotiana* theſis ab ANDRYO converſa. Prodiit a. 1699. Tabaci noxæ.

Et epiſtola HARTSOECKERI. Omnes fere morbos a vermibus oriri poſſe creditur, & BAGLIVI. In Italia raram eſſe tæniam, experimenta quæ fecit ad occidendos vermes. Epiſtola GEOFROI phyſiologica.

Ej. *Remarques de medecine ſur differens ſujets principalement ſur ce que regarde la ſaignée & la purgation.* Paris 1710. 12.

Contra

Contra libellum HECQUETO adſcriptum anonymi. Venæſectionem in febribus minus probat purgationem magis. De potu &c.

EJ. *le thé de l'Europe ou les proprietés de la Veronique.* Paris 1712. 12. CARR.

EJ. *Traité des alimens de careme, les qualités des legumes, des herbages, des animaux, des fruits, des poiſſons, des amphibies, des aſſaiſſonemens, des boiſſons, de l'eau, du vin, de la bierre, du cidre, du thée, du caffé, du chocolat, pluſieurs queſtions importantes ſur l'abſtinence des liqueurs.* Paris 1710. 12. 1713. 12. 2 vol. *.

Directe contra HECQUETI Tr. *des diſpenſes du careme* ſcriptum opus. Eum refutat, oſtendit carnes magis alere quam vegetabilia aut piſces & ob eam ipſam rationem iſta quidem alimenta ab Eccleſia permitti, dum carnibus jubet abſtinere, tamquam nimis nutrientibus. Carnium laudes, neque nimis acres eſſe neque aut terra abundare aut phlegmate. Ventriculum humanum non factum eſſe, ut ventriculus avium granivororum neque ut ruminantium ventriculi, ſed ſimplicem debilem qualis eſt avibus & animalibus carnivoris. Contra trituram pro fermento ſalivæ. Tellurem multum de bonitate primordiali fructuum amiſiſſe. Fabas & alia ſemina farinoſa difficulter coqui. A piſis quæ homo religioſus comederat peſſima colica. Panem non ita facilem coctu eſſe. Ita percurrit radices & olera, deſcribit etiam & vires addit alimentarias & medicas. Lugduni dari Truffles quæ ſunt ſolanum eſculentum & quæ diſtinguit a Toupinambours. Lactucæ ſuccum & poma cruda flatulenta eſſe. Errores HECQUETI & plagia ex PETRO GONTIER & ex BONNETO. Fuſe defendit Fulicæ eſum licitum eſſe, oleum enim dare piſcium oleo ſimile, non adeps, ſanguinem frigidiorem eſſe quam anatum, ſic caſtorem & lutram ad licitos cibos pertinere. Nimiæ laudes vitium medicarum murium. Sic etiam lite mota de eſu avis *Pilat* ex fulicæ genere, ſenatum pro ejus eſu decidiſſe. Cornu cervi non pertinere ad carnes.

T. II. Condimenta & potus. Salem ſteriles reddere fecundas. Vini laudes, aquæ criminantur morbi & convulſiones ab ejus potu nati. Coffeam vult bibi crudam, nempe non toſtam ut in Perſia. Vinum (de gallico ſolo) poſt ſecundum annum degenerare & aceſcere (imo vero Rhenanum demum maturari). Vinum Pictonienſe cujus potui CITESIUS colicam ſiccam tribuit eſſe de adfinitate vini Rhenani. Infantibus lactis loco panem dari ſuadet in cereviſia coctum, ſapientia legis quæ jejunii loco carnium præcipit abſtinentiam.

EJ. *Examen de divers points d'anatomie, de chirurgie, de phyſique & de medecine au ſujet de deux lettres plaintives touchant la critique qu'on a fait dans le Journal des ſavans du tr. des maladies des os.* Paris 1725. 12. *.

Contra J. L. PETIT querentem de cenſura ſui de oſſium morbis operis in *Journal des ſavans.* De oſſificatione vitioſa. Abſurda PETITI adverſus difficilem dentitionem auxilia. Paſſim ad hiſtoriam litium nuperiorum aliqua. Venam medinenſem verum eſſe animal. WINSLOVII epiſtola in qua conqueritur de PETITO qui caſtigato a ſe opere multa emendaverit.

EJ. *Lettre à l'auteur de l'article ſecond du Journal des ſavans du mois de Mars* 1722. Paris 1725. 12. CARR. BR.

EJ. *Remarques de chymie touchant la preparation de differens remedes uſités dans la pratique de la medecine.* Paris 1735. 12. CARR. BR.

EJ. CLEON a EUDOXE *touchant la préeminence de la medecine ſur la chirurgie.* Paris 1738. 12. 2 Vol.

In ipſo fervore litium medicos inter & chirurgos hunc librum oppoſuit chirurgorum ſcripto. *Mémoire en quoi peut conſiſter la préeminence de la medecine* &c. Acuti ſalis plerumque ſolidi ſcriptum. Fuſe de litibus medicos inter & chirurgos Pariſinos. Anno 1660. chirurgos omnes tonſores fuiſſe medicis ſubjectos, pauciſſimos chirurgos literatos & ipſos tamen facultati obnoxios. Olim cum literati chirurgi facultati obſequium negarent, eam a. 1499 & 1505. tonſores adoptaſſe, eos tamquam diſcipulos docere ſuſcepiſſe, fœdere ſæpe renovato. Hos ipſos tonſores quorum humiliſſimas ad ordinem medicum epiſtolas noſter laudat, nunc eſſe chirurgos D. COSMÆ qui ad examen invitare tenentur decanum ordinis cum duobus rectoribus & ad a. uſque 1725. cadaverum incidendorum copiam a Decano petiiſſe. Primus PETITUS a. 1729. jusjurandum Decano præſtare renuit. Infelices chirurgorum curationes, lithotomiæ potiſſimum & aviditas. Qui 2500 l. pro calculo incidendo exegerit. Errores & temeritates chirurgorum, ut in ſpiritus ſalis ammoniaci applicatione ad locum dolentem. Solos bonos medicos teſtimonia dare, quibus ſacerdotes moveantur, ut carnium eſu indulgeant. Ita ferventibus odiis, quæ melius numquam inter adfines artis ſaluberrimæ cultores nata fuiſſent, noſter medicorum partem defendit.

EJ. *Orthopædie ou l'art de prevenir & de corriger dans les enfans les difformités du corps par des moyens à la portée des peres & des meres.* Paris 1741. 12. 2 vol. *. Bruxelles 1743. 12. 2 Vol. *. Germanice 1744. 8.

Longa præfatio in qua SCÆVOLÆ SAMMARTHANI & CLAUDII QUILLET ſimilis ſcopi libros recenſet. Libro inde ſecundo vitia humani corporis vitanda & corrigenda exponit. Multæ hic minutiæ. Non debere infantem ſedili uti in medio depreſſo, ideo fiat propria cochlea, quæ mediam ſedem in umbilici ſpeciem expellat, verticem retrorſum trahendum veſtibus ne antrorſum promineat. Vincula quo mentum ſurſum pellitur, caput in ſitu erecto tenetur. Collum

Collum obliquum curari dum violenter aliquo tempore ad alterum latus detorquatur. Pultes de puerorum alimentis vult exſulere eas etiam quæ lacte cocto fiant. Strumas naſci conatu in ſtando loquendi. Superſtitioſe ſpongiis uſtis pannos uſtos quatuor colorum addit. Infans qui humerum ad dextra curvat, cogi debet ſoli pedi ſiniſtro inſiſtere. Gibbum eſſe a nimia tenſione muſculorum abdominis. Morbi manuum pedumque fuſiſſime etiam unguium. Soleis ex linteo cerato factis & geſtatis certe ſudorem pedum cieri.

P. II. Vitia capitis. Confectionem de hyacintho negat validam eſſe. Virginem non debere ſoli ſe exponere niſi munita fuerit larva ex linteo cerato facta. Multa hic minus placent, adjecta eſt latina & gallica theſis in hæc verba E. *præcipua valetudinis tutela exercitatio* defenſa. Paris 1723 & 1741.

Ej. *Suite de l'orthopædie ou obſervations ſur la critique de cet ouvrage par l'Abbé des* Fontaines. Paris 1742. 12.

§. DCCCCLXXXV. Varii Nuper. Ling.

Franc. Lambert *Relation de la maladie de* Bernard d'Armaignac *dont le corps aprez la mort ſe trouvoit tout ramolli, ſes os, ſes tendons & ſes ligamens entierement diſſous & toutes les parties deboitées avec la recherche des cauſes d'accidens ſi extraordinaires.* Toulouſe 1700. 12. Bur.

Junioris eſſe Panthot puto *Effet du Mercure dans la verole.* Lion 1700. 4.

Ej. *Bulimus.* Exibant vermes tæniæ ut videtur male pictæ cum pilis lateralibus ab uſu hydrargyri. Lion. 1704.

Ej. *Diſcours ſur les bains d'Aix en Savoye.* Lion 1700. 4. Meth. St. Med. p. 1016. Br.

D. N. Lasson *Art de guerir les maladies longues avec le ſecret de les prevenir & de prolonger la vie.* Challons 1700. 8.

Disarme *du ſel polychreſte de Razoux.* Bern. 1700 8.

Ludov. Liger *Nouvelle maiſon ruſtique.* Paris 1700. 4. 2 Vol. v. Bib. Bot. II. p. 56. huc facit ob morbos pecoris.

Vigneul Marville de Sangonne *Melange d'hiſtoire & de literature.* Rouen. 1700. 12.

Chambon *Traité des metaux & des mineraux & des remedes qu'on en peut tirer avec des diſſertations ſur le ſel & ſouffre des philoſophes & ſur la goute, la*

 prunelle,

prunelle, la petite verole & autres maladies avec un grand nombre des remedes. Paris 1700. 12. BURM. 1714. 8. CARR.

EJ. *Principes de phyſique rapportés à la medecine pratique & autres traités ſur cet art & une diſſertation ſur le principe univerſel.* Paris 1711. 12. ib. 1750. 12. 2 Vol. CARR. BR.

Anticornaro Remarques critiques ſur le tr. de la vie ſobre de L. CORNARO. Paris 1700. 12.

Nimis rigide victum determinare. Monachorum portionem eſſe triginta unciarum neque duodecim ſufficere.

CÆSAR BAUDELOT *Lettre a* Mr. LISTER *medecin du Duc de Portland.* Paris 1700. 8. *. In generoſo equo qui maximis torminibus periit, caſu aperto abdomine magna vis lapidum exiliit, quæ flatuum exitum impediverat. Pondus erat 28 unc.

Alia exempla calculorum in equis reperiuntur in *Journal des ſavans* 1700.

J. BRUNET *le bon uſage du tabac en poudre, les differentes manieres de le preparer & de le preſcrire.* Paris 1700. 12. 1703. 12. BUR.

Recueil des pieces concernant le proces des advocats & des medecins de Lyon. Lyon 1700. 4. ASTR.

PLACIDI BERTUCCII *il deſimpegno al cavar ſangue o tr. in cui ſi moſtra non deverſi mai adoprar il ſalaſſo.* Meſſin. 1700. 8.

FELIX GALACIOS a. 1700. 4. ediderat NICOLAI LEMERY corſo chymico.

EJ. eſt *Palæſtra pharmaceutica chymico galenica.* Madrit 1706. fol. 1721. fol.

EJ. *La farmacopœa triumfante de las calumnias.* Madrit 1717. 8. C. de V.

TEOFILO JAMATO *Riſpoſta apologetica.* Coſmopoli 1700. 4. HOTTON.

RADCLIFF celeberrimus medicus qui ad ingentes divitias medendo pervenit (*). Jacobita qui R. Mariam variolis laborantem neglexit, cauſaque mortis optimæ Principis fuit (†). Judicium quidem potiſſimum laudabant, quo in adgnoſcendo morbo & periculo polluerit, formulas tamen & præſcriptiones ediderat.

(*) Burnet Mémoires T, II. P. I. p. 139.
(†) In Anglia nunc celeber ob varia legata ad promovendam artem ſalutarem; unum præſertim memoratu dignum, quo duo juvenes medici per duodecim annos 300 libr. ſterl. quotannis accipiunt, ad peregrinationes inſtituendas. BR.

ediderat. Lond. 1718. 8. ab E. STROTHER editæ ib. 1721. 8. 1730. 8. *. Germanice verſum Lipſ. 1721. 8. interprete LUDOVICI 1727. 8. Plenior titulus eſt. *Practical diſquiſitions containing a complet body of preſcriptions fitted for all diſeaſes internal and external.* In mea noviſſima editione ſubjungitur. *From various authors from* RADCLIFFS *beſt præſcriptions from* BATE *and* FULLER *with remarks explainings the virtues and right application of each receipt.* De reliquo libro cum STROTHERO dicam, hic de RADCLIFFII formulis ſermo eſt, quæ cuique capiti ſubjiciuntur latine & anglice ſcriptæ. Simplices ſunt, de gentis genio, boli, doſes magnæ etiam in mole ut clyſter lib am excedat. Non temperavit anglorum peculiaribus ſæpe parum efficacibus medicamentis, ut pulvere de chelis cancri, aqua pæoniæ &c. Voces ſæpe barbaræ, vinum hœcmerium (*Hochheimer Wein*). Farraginem vitat, efficacia ſæpe medicamenta adoptavit, ut gummi ammoniacum & galbanum ad hyſterica mala.

JOH. PURCELL *Treatiſe of the colick.* Tempus verum primæ editionis ignoro, invenio Lond. 1702. 8. 1714. 8. Germanica verſio cum notis ab AUG. PHIL. GESNERO Nœrdling. 1775. 8. Satis plene egit de diverſis cauſis & ſymptomatibus colicæ cum ætiologia. Sedes morbi, ubi non ſit, ita neque in nervis, ſed in peritonæo, capſulis renalibus, utero, pancreate, liene qui in pleuritidem tranſeat, in hepate, ventriculo & potiſſimum in inteſtinis. Cauſæ per anatomiam detectæ etiam rariores. Symptomatum expoſitio, dolores varii, tenſorius, preſſorius, terebrans, ſeverus, urens, rodens, pulſatorius, lancinatorius. Deinde univerſalis, topicus, fixus, ambulatorius. Lienem canibus excidit. Signa colicæ quæ cauſam definiunt, a qua orta fuerit, fuſe iterum iſta & ubertim. Prognoſes & pericula, denique curatio quæ ſit in ſedando dolore, in roborandis viſceribus, in deſtruenda cauſa mali, quare cuique cauſæ ſua medicamenta opponit. Clyſteres ad ſolvendam alvum fortiſſimos ſubjicit, quoties vulgatiores nihil operantur, addit tres uncias infuſi croci metallorum aut octo grana tartari emetici. Clyſteres opiatos plus efficere quam laudanum intus ſumtum. Emplaſtra inania eſſe. Cucurbitulos umbilico GALENUS imponit, periculo plenum auxilium. Mollientes clyſteres, optimum primo oleoſum alterum cum hiera picra SANCTORIUM utiliter commendaſſe. Medicum flatus bono effectu ſiphonis ope eduxiſſe. Ita optimum a frigidis effectum vidiſſe & impoſitæ nivis. Chalybem bene datum fuiſſe cum bilis reſorberetur in tunicas primarum viarum. Anodyna convenire quando viridia vomuntur. Cum nulla in homine veſicula fellis eſſet, acerrimi ejus humores fuerunt, ut incidentis chirurgi digitos eroderent, rheumatiſmum inteſtinorum patiebatur. Adnotationes Ill. GESNERI ſuo loco dicam.

EJ *Of Vapors and hyſteric fits.* London 1701. 8. Morbi hiſtoria, ſedes eſt in ventriculo & in vitiata ciborum digeſtione unde turbatos motus ſpirituum, mechanice omnia exponit.

Bartholomees Beale *Eſſay attempting a more certain and ſatisfactory diſcovery both of the true cauſes and of the diſeaſes ariſing from vicious blood.* Lond. 1700. 8. Suadet ſanguinis aliquantum de vena emittere ut ejus natura detegi & propria medicamenta offerri poſſint.

Johnson *Manual of phyſik.* Lond. 1700. 8.

Andreas Wright *Venus decived or a account of the ſeat and nature of the clap in man and woman with a preſent cure in 24. hours.* Lond. 1700. 8. Arcanorum mercator.

Sic Th. Needam *Treatiſe of conſumtion and venereal diſeaſe.* Lond. 1700. 8.

An account of the diſſection of William Duke of Glouceſter. Lond. 1700. 4.

Wouter Schouten chirurgus etiam per ſuas peregrinationes notus. Ejus operum primas editiones ignoro, multo autem potuiſſet ſerius recenſeri, cum jam a. 1658. examen chirurgicum ſubierit & a. 1704. obierit. In India orientali ſeptennio medicinam fecit. Ante obitum codicem paraverat *Verhandeling von de tegennatuurlyke gezwellen* Ruyschio dicaverat, is a morte viri Roterd. a. 1727. 2 vol. 8. *. prodiit. Multa omnino medica ſunt. Inflammatio meningum ſ. phrenitis & cephalæa, ophthalmia. Gutta ſerena. Inflammatio aurium, Angina, Pleuritis, Eryſipelas, Herpes, Arthritis. Hæmorrhoides, exempla aliqua. In navibus a. 1658. ex erroribus in victus ratione phrenitis graſſata eſt cui furioſa febris ſucceſſit cum periculoſiſſimis puſtulis. Refrigerantibus & venæſectione uſus eſt. Cephalæa a carie oſſis frontis. In cephalæa veſicatoria utilia. Ipſe ei malo obnoxius ſanguinem habuit ſicciſſimum & theæ potu ſanatus eſt. Menſes revocari venæ tali ſectione, non ita brachii. Pro venæſectione ad inflammationes contra ſectam Cornelii Bontekoe.

Medicus politicus dat is underwys voor en jungen medicus wegens de politike. Amſterd. 1700. Uff.

J. Otto de Helwig *Curioſa phyſica Lehre von unterſchiedenen Naturgeheimniſſen, vermehrt durch* Christ. Helvig. Sondershauſen 1700. 12. ib. 1701. 12. 1714. 8.

Ej. *Arcana majora* edidit Christ. Helvig. Lipſ. 1702. 8.

Harmonia & disharmonia taxarum, Vergleichung ſächſiſchen Apothekertaxen mit Anmerkungen. Hannov. 1700. 4.

Gottfried Gottlieb *Neueröfnete Apothekerſchule von der Apotheker und Apotheken Anfang, Fortgang, Privilegien, von Barbirern, Badern, Materialiſten, Oculiſten, Viſitation, Taxe, Ordnung und ob die Medici ihre Medicamenta ſelbſt diſpenſiren mögen.* Francf. u. Leipz. 1700. 4. Hen-

HENRICH ELIAS HUNDERTMARK *Schmachtende Venus.* Leipz. 1700. 8.

HEINSII libellus ad ejus querelas de hac verſione reſpondet in *mediciniſcher Extract von einem Dutzend der gröſſeſten und ſchwehrſten Krankheiten &c.* Leipz. 1712. 8. etiam eſt arcaniſta.

ANNA ELISABETH HORENBURGEN gebohrne GULDENAPFELN *wohlmeinender Unterricht für Hebammen.* Hann. 1700. 8. *. graviditatis tempora, ſigna, ſymptomata. Cura infantis.

MARIA SOPHIA CONRING *wohlunterrichtete Köchin von Confect, Früchten, Säften, Weineſſig.* Braunſweig. 1700. 4. 1702. 4. 1706. 4. 1712. 4. Berl. 1727. 4. MÆLLER.

Kochbuch für groſſe und geringe Haushaltungen. Baſel 1700. 8.

Neu ausführliches und wohlgegründetes Aderlasbüchlein. Schneeberg 1700. 8.

Nürnbergiſche vermehrte Geſetz und Ordnungen dem Collegio-Medico, den Apothekern &c. gegeben. 1700. 4.

Die durch Arzneyen vermehrte Schwachheit der Natur. 1700. 12.

Sendſchreiben, daß die ſympathetiſchen Würkungen nichtig und unmöglich ſeyn. Francf. 1700. 8.

J. FATIO M. D. *Helvetiſche vernünftige Wehemutter.* Baſel 1752. 4. poſthumum opus ſub finem ſeculi XVII. ſcriptum hominis experti. Prægnantium morbos determinat auxilia medica cum formulis. Molas maximas ipſe extraxit. Non frequentes morborum hiſtorias admiſcet. Hæmorrhagia ab exigua mola aut fulſo germine periculoſa. Morbi puerperæ, etiam febres, eæ periculoſæ ſunt, cum frigore fere invadunt. Lochia ſuppreſſa calidis & ſudoriferis vult expedire. Morbi & curatio infantum. Dentitio, febres, quas calidis & abſorbentibus vult expugnare. Variolæ & morbilli. Nimium tamen aëris æſtum improbat. In lethargo caſtoreum dat & cornu cervi.

§. DCCCCLXXXVI. DISPUTATIONES.

BERNH. HOVIUS *de hydrope in genere.* Leid. 1700. 4. HEFT.

J. WOODHOUSE *de medicina inſtituenda & promovenda.* Leid. 1700. 4.

C. ENGEL *de febribus intermittentibus.* ib. 1700. 4.

G. COOL *de bulimo & appetitu canino.* ib. 1700. 4.

BENJAMIN

Benjamin Emrici *de apoplexia.* ib. 1700. 4. *.

L. Christian ab Outschooren *de pleuritide.* ib. 1700. 4.

J. Heslopp *de dentitione infantum difficili ſ. laborioſa.* ib. 1700. 4.

J. Phil. Breyne *de radice Ginſeng ſ. Ninſi & Chryſanthemo bidente Ceylanica Acmella dicta.* ib. 1700. 4. *.

Ej. *de fungis officinalibus.* ib. 1700. 4. *. Agarici laricini hiſtoria, analyſis, natura reſinoſa. Auriculæ judæ analyſis vis ſtyptica.

J. Wilhelm Albus *de arthritide.* ib. 1700. 4.

Christ. Bukky *de medicina ſtercoracea.* Utrecht 1700. 4. *.

Ej. *de atrophia totius corporis ex obſtructione glandularum meſenterii orta.* Gedan. 1704.

Ej. *de hepate gallinæ maculatæ magno & ponderoſo.* Gedan. 1704. 4.

Georg Christiani *de ſomno ejuſque in morbis efficacia.* Utrecht 1700. 4.

Casp. Blass. Diſſ. *exhibens cauſam practicam de iſchuria.* Duisb. 1700. 4.

Nicol. Seerup *Triumphus lithargyrii ſ. diſſ. medico chemica qua vindicatur ſacharum ſaturni & mercurius lithargyrii ab animadverſionibus* D. C. Jægerschmidii. Hafn. 1700. 4. *. Reſp. Erich Moinichen.

Colores ruber & viridis ſuccorum vegetabilium non demonſtrant naturam aut acidam aut alcalinam. Jægerschmidius male excuſat aciditatem vini quæ ſola nocet. Mercurium lithargyrii nihil habere corroſivi nec nocere. Verum nullus in lithargyrio mercurius eſt. Exempla curationum uſu interno ſachari ſaturni impetratarum.

J. Bachwald chirurgus præſ. C. Bartholino.

Diſſ. *de pleuritide atque peripneumonia.* Hafn. 1700. 4.

J. G. Losemdyer *de occultis qualitatibus.* Gedan. 1700. 4.

J. Deodati Blumentrost Archiater Ruſſiæ (*) *medicus caſtrenſis exercitui moſcovitarum præfectus.* Regiom. 1700. 4.

Martin

(*) Academiæ Imper. ſcientiarum quæ nunc Petropoli floret primus auctor & dum vivebat præſes. Br.

MARTIN SYLV. GRABE *de phthiſi.* Regiom. 1700. 4. MENZ.

GOTTF. ES. SAND *Fungus cerebri inventus & extirpatus.* Regiom. 1700. 4. *.

EJ. *Rarus ventriculi abſceſſus.* ib. 1701. 4. & in act. mar. Balth. 1705.

V. Bibl. Chir. I. p. 550. Dolores in dorſo ſæviſſimi, appetitus proſtratus, tumor hypochondrii maximus, vomitus niger, abſceſſus adnatus prope œſophagum, materia in ventriculo nigra. Alius in vomitu nigro ventriculi ſphacelus.

ADAM BRENDEL Profeſſor Wittenbergenſis gener BERGERI, vir doctus.

EJ. Diſp. *de catalepſi.* Wittenb. 1700. 4.

EJ. *de Homero medico.* ib. 1700. 4. *. Loca Homeri ad varias partes artis medendi ſpectantia.

EJ. *de fluore albo mulierum.* 1701. 4. HÆN.

EJ. *de hydrope ovariorum mulierum.* 1701. 4.

EJ. *de curatione morborum per carmina & cantus muſicos.* 1706. 4. *.

EJ. *de lapidicina microcoſmica.* 1711. 4. *.

EJ. *de balneis veterum valetudinis cauſa adhibitis ad* Horat. L. I. Ep. XV. 5. 6. 7. ib. 1712. 4.

EJ. *de uſu & abuſu venæſectionis in curandis febribus.* 1715. 4. HÆN.

EJ. *de febre querquera ex antiquitate eruta.* 1716. 4. HÆN.

EJ. *de fluxu hepatico.* 1715. 4. VATER.

EJ. *Obſervationum anatomicarum Dec.* I. 1716. 4. In variolis œſophagum, ventriculum & inteſtina variolis plena fuiſſe.

Dec. II. 1718. 4.

Dec. III. 1718. 4.

EJ. *de eo quod & quomodo plurimi morbi çurentur, novo morbo per artem introducto.* HÆN.

EJ. περι την εγκοιμησιν. 4.

Ej. *περι των φαρμακων εν τοις ἱεροισιν εγκοιμησεις παρα θεων αιτὴμενων*. 1701. 4.

Christian Wedel *Centuria theſium de theriaca*. Jen. 1700. 4. Pl.

Ej. an Fr. Adolphi Diſſ. *de temperamento viventis*. ib. 1698. Heft.

J. Nicol. Martius *de magia naturali ejuſque uſu medico ad magica curanda*. Erford. 1700. 4.

Georg Henrich Goete *de theologis pſeudomedicis ſ. num theologo artem medicam exercere liceat*. Lipſ. 1700. 4.

Christian Warliz *de ſenio Salomoneo*. Lipſ. 1700. 4. 1708. 4.

Ej. *Scrutinium lacrymarum*. ib. 1705. 8.

Ej. *Diatribe medica ſacra de morbis biblicis e prava diæta animique affectibus* ib. 1714. 8. Pl. Br.

Phil. Hendich *de medicamentorum ſudoriferorum prudenti adminiſtratione*. Marburg 1700. 4. Burm.

Christoph Gottfried Seiler *de privilegiis fetus qui in utero eſt*. Marb. 1700. 4. ad medicinam forenſem.

Georg Michael Reinhard *de tuſſi*. Altd. 1700. 4.

Henr. Frid. Bauman *de Roſeolis ſaltantibus*. Altd. 1700. 4. Riv.

J. Ant. Soldner *de methodo ſanandi per ſimplicia*. Altd. 1700. 4.

Bernh. Hofman *de ſcorbuto*. Argent. 1700. 4. Pl.

Anton Rudolf *Antipathia humana*. Baſil. 1700. 4.

Jac. Sim. Giller de la Riviere & Reneaulme. *E. hydropicæ prægnanti tuta catharſis*. Paris 1700. 4.

Phil. Berth. de Bordegaraye *E. variolis emeticum*. Paris 1700.

Cl. Berger J. Cl. Berger fil. *E. felicior & tutior in balneo purgantium uſus*. Paris 1700. 4.

Dom. de Fancy & Finot *E. aſthmati humido nicotiana*. Paris 1700. 4.

Dionys Dodart & Finot *E. febribus acutis e carnibus juſcula*. Paris 1700. 4.

Raph.

Raph. Maurin & du Pré *E. ſolo cum aëre juncta ægrum ſanat & corpus animæ domicilium conſervat.* 1700. 4.

Petr. Cressé & Lud. du Pré *E. in febribus acutis initii quam inclinationis tempus purgationem potiori jure ſibi vindicat.* Paris 1700. 4.

Alb. Mich. Denyau & Jac. Trinaud *E. oculi ſunt pathematum idola.* Paris 1700. 4.

Cl. Berger & Fourneau *E. ſolus inter medicos qui ſapere poteſt & fari verus Medicus.* Paris 1700.

Franc. Memin *quæſtio medica an vinum rheimenſe burgundico ſalubrius?* Rheims 1700. 4. & gallice ib. 1700. 4.

Plures libellos ad eam litem pertinentes dixi in Bibl. Bot. II. p. 53. qui aliis annis prodierunt. (Pecheur *ibi auctor vocatur.*)

§. DCCCCLXXXVII. Diaria ad a. 1700.

In Phil. Tranſact. nr. 260. Acus calculo circumdata eum in veſicam data fuiſſet Chirurgi Proby.

N. 261. Faſti natales & mortuales Marchionum veteris, mediæ & novæ. Baptiſmi 13776. mortes 7938.

N. 262. Membrana mucoſa aſperam arteriam intus obliniens, ſecreta & egeſta fuerat.

N. 263. Jac. Burrough de fame vix exſtinguenda cum vermibus.

N. 265. Greenhill Abſceſſus circa umbilicum & ex eo oſſicula prunea.

Mors ex infarctu oſſiculorum ceraſinorum. Mors in homine nimium obeſo, cum tumore ſuffocante, qui ſolo flatu fiebat.

N. 266. J. Wallace de calculo circa capillos concreto, & Georg Garden circa ſilicem.

N. 267. La Faye chirurgus de anevryſmate aortæ poſt contuſionem orto in tumorem excreſcente ſub dextra papilla, demum ruptum & mors inde ſubita. Coſtarum duæ cartilagines & ſterni pars deleta.

In *Journal des ſcavans* 1700. du Mont chirurgus hydatides renibus innatos vidit, quas credit cauſas eſſe proprii hydropis.

In *Mem. de l'Acad. des ſcienc.* 1699. de VERNETE retulit de hydrope chyloſo, colore cereviſiæ tinctus fere & ſapore lactis ſalſi humor ut eſſet, a ſale tartari non ab acore coagulabilis. Educebantur paracenteſi 13--14 pintæ intra 15 dies.

RENEAULME. Poſt magnas hemicranias, delirium, autocheiria. In ventriculis cerebri excreſcentiæ ad piam ſuſpenſæ, ovarium juſto majus, in eo maſſa crinium quaſi ſebo obtecta. Tuba erat fiſtula per quam ovarium pus ſenſim in uterum ſtillabat.

A detorto ſubito capite impedimentum in deglutitione inque reſpiratione, aneuryſma eſt ſubclaviæ arteriæ quod partem claviculæ deſtruxerat.

LEMERY ſed uter? Aphonia ſanata cortice, amararum herbarum infuſo.

SIMON BOULDUC chemica equidem experimenta, ſed huc referas. Analyſis Ipecacuanhæ utriuſque.

BURLET de aqua calcis, non eſſe cauſticum & bibi abſque malo. Ejus ſapor, analyſis. In dyſenteria profuit, in aſthmate videtur nocuiſſe, in phthiſi inconſtans levamen adtulit; in ſcrofulis nihil boni fecit, & plurimi ægri in nauſeam inciderunt, adjuvare efficaciam corticis peruviani, Pariſiis minus profuiſſe, ſæpe nihil profuit, nocuit numquam, appetitum frangit, cum lacte in ulceribus profuit & in tumoribus internis nondum ſcirrhoſis. Vires purgantes auget.

In GALERIA di MINERVA T. III. PETRI PAULI PAGLIRI ſermo in conſeſſu medicorum phyſico criticorum dictus de noxa nimiæ ingurgitationis cibi & potus, quæ ibi Saturnalium tempore graſſatur.

PAULI HIERONYMI BANDIERA diſcorſo delle voglie che ſi imprima nel feto rinchiuſo nell utero della matre. Eodem a. 1700. prodiit etiam T. IV. Lis inter medicos Ferrarienſes & Bononienſes, cum iſti negarent fas eſſe Ferrarienſibus doctoribus Bononiæ medicari, hi defenderent licere. Ad eam litem pertinent. Riſpoſto al foſſo preſentato de medici fiſici di Bologna in giuſtificazione del loro attentato contra il collegio di Ferrara Ferr. 1700. fol. Opus eſſe J. MARIÆ NIGRISOLI. Sciurari privilegiis a Bonifacio IX. impertitis. In Veneto dominio Ferrarienſes medicos etiam ad praxin admitti.

VALVASORI (*) de grumo ſanguinis cum urina reddito & pro verme habito.

Compendium

(*) Literæ ſunt ALEXANDRI COCCI ad H. VALVASORUM datæ. BR.

Compendium integrum editurus erat Alexander Cocci cum titulo *Profuſa lucis encomia in phyſiologicis novæ medicinæ fundamentis e veterum tenebris erutis atque cultro anatomico autopſiæque caractere confirmatis.* Habet etiam pathologica, ut de origine calculi, de illo capucini ſerpente.

In act. litt. mar. Balth. 1700. Hoppius de puella ſuffuſione ſiniſtræ pupillæ laborante, ſanata inſtillato ſanguine.

§. DCCCCLXXXVIII.

Annorum Incertorum Libri Seculi, ut puto, XVII.

Hyancinthus Andreas ſub finem hujus ſeculi Bercinonæ dedit *compendium* Riverii *cum deſcriptione ſpaſmi maxillarum inter infantes per Hiſpaniam endemii, quo plurimi nuper nati pueri abripiuntur.*

Anonymi *Reſpueſta al libro intitolado Quechas de la medicina.* C. d. V.

P. Papinius.

Inteſtinum enorme flatubus diſtentiam, intus bilis flava.

J. Boclacker *Diſſertatiuncula de medicina &c.* Berlin 4.

J. Christ. Maul.

Wohlleben ſowohl der Reichen als der Armen oder Unterricht wie ein jeder bey ſo vielen eingeriſſenen Unordnungen ſeiner Geſundheit wahrnehmen ſoll. Gunz.

J. Alb. Husweiel *Neuer Unterricht, wie bey einfallenden Krankheiten ein jeder ſich verhalten ſoll.*

Phil. del Scotto *Philoſophiſcher Wunderbalſam Quinta eſſentia.* fol.

Ej. *Augenwaſſer, Magenbalſam und* Burri *Büchlein.* fol.

Ej. *Relation der groſſen Kraft und Würkung des edlen Balſams vulgo Balſamum philoſophorum genannt.* 8.

Ej. *Verzeichniß aller ſeiner Geheimniſſe.* 4.

Aug. Christ. Olearii Tract. *de podagra & morbis tartareis d. i. gründlicher Bericht wie das ſchmerzhafte Podagra und andere dependirende Krankheiten curirt werden.* Wolfenb. 8.

D. W. M. B. P. M. S. *Das nicht erkannte oft turbirte und ſelten curirte Podagra oder gründliche und deutliche Unterweiſung nicht allein der Gicht und Podagra*

Podagra, nebſt ihrer Vertreibung wahrer und nicht genug bekannten Verſuchen und mit denſelben übereinkommenden Krankheiten, woraus einer lernen kann, wie man ſich vor denſelben præcaviren oder eine vernünftige Cur anzuſtellen habe, nebſt Beſchreibung recht guter Medicin und Anweiſung etlicher Arzneymittel; der Tincturæ antimonii per ſe, des auri potabilis, des auri deſtructi &c. Regenſp. 8.

Bilion *Diſcours ſur la maladie de M. de Bellegarde grand écuyer.* 8. lat. fol. Falc.

Traité en abregé de la cauſe & indication generale de la gueriſon des fievres, avec un traité de la petite verole, rougeole, & les fievres malignes, enſemble un traité du regime de vie des vieillards & un autre des maladies des femmes. 8. Burm.

Joh. Baptista Glussiani protophyſici Mediolanenſis Diſſ. *de vena ſecanda in febribus peſtis cauſa.* 4. Argelat. Br.

§. DCCCCLXXXIX. Codices M. S.

A probable eſſay to aſſert the uſe and health ful effect of cold drink wherein Verulams aſſertion concerning the uſe of warm drinks is diſcurſed and his opinion that the draught of wine or beere or any other drink should be warme is combated, in S. Sloane.

§. DCCCCXC. Antonius Pacchionus.

Regienſis medicus & anatomicus Romanus.

Ejus phyſiologica & anatomica ſcripta diximus. Dein conjuncta prodierunt *opera* edit. IV. *novis acceſſionibus locupletata.* Romæ 1741. 4. *. Vita præmiſſa. In noſodochio ſolebat cum doctis viris convenire, de rebus medicis agere. Promiſit de morbo ſolidorum opus. In opuſculo de duræ meningis morboſa febrica aliqua exempla interjecit. Sero ſupervenientia vulneribus cerebri ſymptomata, die ſexageſimo febricula primum deinde ſopor & tandem mors ſuperveniebat, cerebro purulento facto. Experimenta in canibus facta. A ſpiritibus acidis chemicis ſomnus potius quam convulſiones, etiam cum biduo in vulnere relinquerentur, eventu verum funeſto cum dura mater gangræna adficeretur. Iterum injecto per vulnus ſpiritu acido jactitatio canis, compreſſa ex ſenſu ſpiritus vini, reddito acido non convulſiones & gangræna. Ab anodyno per cranium terebra apertum injecto ſubita fere mors. Sed etiam ne nimium tribuas his experimentis, emollientibus injectis ſpaſmi funeſti. Alia experimenta adjecta J. B. de Toppis cum ſpiritu acido meningi ſuperfuſo.

Inde Pacchionus ipſo a lapſu convulſiones, febris, mors. A lapſu lenta febris, ſingultus, icterus, horror, mors, cerebrum ſanum, meninx ſemiputrida, hepar

hepar enormi mole, in eo ingens abſceſſus. Alia exempla abſceſſuum hepatis a capitis vulneribus. In Epiſtolis etiam pathologica intercedunt. In alia a. 1701. ad TESTUM data varia præmittit de morbis capitis, abdominis, ictero ejuſque cauſa in textu fibroſo poſita. Ejuſdem diſſ. in qua per obſervationes in noſodochio factas oſtendit magna a medicamentis veſicam trahentibus mala oriri. Deinde obſervationes, ut vocant, variæ. Cordis emolliti, enormiter ampli, loco moti & in diaphragma detruſi exemplum, quod pro aneuryſmate impoſuerat. Aliud in quo cor ventriculum inter & coſtas ſaliebat, cor ad ſeptimam coſtam prolapſum diaphragmati innitebatur.

JACOBI ANDREÆ BEGGI orthopnœa, cordis vehemens pulſus, cum in carpis vix ullus eſſet. Hydrops aqua inter albugineam & vaginalem teſtis tunicam & in celluloſa tela abdominis & in ipſis cavernoſis corporibus penis. Aorta ſquamis oſſeis varia, pericardium craſſius cordi adhærens.

JACOBI CHEAPPEAU Notizia intorna alla vita di ANT. PACCHIONI in raccolta d'opuſcoli ſcientifici e filologici T. III.

§. DCCCCXCI. VARII.

ASCANIUS MARIA BAZZICALUVE Lucenſis, medicus in valle Tauri jathromathematicus BELLINIANUS; Ejus eſt *Novum ſyſtema medico mechanicum & nova tumorum methodus, quorum nomine comprehenduntur inflammationes veræ.* Parmæ 1701. 4. *. A cordis conſtrictione & arteriarum reſiſtentia atque atmoſphæræ preſſione adteri globulos ſanguinis, inde ſolvi naturalem ſanguinis quantitatem cum multis heterogeneis ſubtilioribuſque particulis, ita fermentationem perpetuam in ſanguine naſci.

Ex fermentatione aucta aut diminuta morbos naſci. Theoria tumorum inflammatoriorum. Tumores dari calidos & frigidos flatulentos, miſtos. Tumorem calidum fieri vel a viſciditate nimia ſanguinis, vel a raritate, obſtructione facta, quæ forte nulla eſſet niſi arteriæ figura eſſet conica. Fermentatio in loco obſtructo aucta tranſit paulatim in univerſum ſanguinem. Inflammationem fieri a copia ignis exſoluti, hinc inter cauſas veras hydrargyrus inunctus. Suppuratio, febres inflammatoriæ. Inflammationes curari globulis a ſe invicem remotis, aut etiam propius adductis, hinc refrigerantia, incraſſantia.

T. II. Tumor frigidus qui fit a diminuta fermentatione ſanguinis, curari aucta efferveſcentia ſanguinis. Tumores flatulenti. Mechanica omnia & per figuras mathematicas explicata.

GUILIELMUS WIERUS MUYS Prof. Franeckeræ vir induſtrius & ad inveniendum natus.

Diſp.

Diſp. *inauguralis de catalepſi.* Utrecht 1701. 4.

Ej. Diſſ. *& obſervationes de ſalis ammoniaci ad febres intermittentes uſu cum epiſtola ad ſocietatem regiam Par.* Franeck. 1716. 4. Memorabilis libellus quem & ipſe neque ſemel veracem eſſe expertus ſum, in febribus potiſſimum quas milites noſtri ex Seelandiæ peſtilenti aëre adtulerunt. Salem ammoniacum noſter per experimenta reperit febres intermittentes ſanare, doſi ſumma in adulto homine drachmarum indies duarum, minima drachmæ unius, in aqua ſoluti. Succeſſus frequentes fuerunt, 28 felices ad quaternos ubi nihil perfectum eſt. Præfert cortici peruviano, in eo forte nimius eſt. Nitro præferrem quoties non neceſſe eſt alvum ſolvere.

Ej. *de theoriæ medicæ uſu atque recte illam excolendi ratione.* Franeck. 1714. fol.

Laurentii Terranei poſſideo *orationes* pluſculas earum duas ann. 1701. dictas, tertiam a. 1703. demum 1707. 8. Turin. 8. ſed nihil ineſt medici.

Ej. *de glandulis in univerſum & ſpeciatim ad urethram virilem novis.* Turin 1709. 8. *. Leid. 1721 & 1729. 8. Agitur etiam de morbis & ſpeciatim gonorrhœa. De morbis rarioribus ductuum ſalivalium proſtatæ &c. de laxitate glandularum, ſtrumali diſtenſione. Calculos vidit in liene & pulmone. Gonorrhœæ in proſtata nullum veſtigium vidit urethram vero inflammatam. Denique obſervationes ad anatomen practicam. Novimenſtruæ puellæ fluor albus ſanatus. Stranguria ab ulcere urethræ. In gonorrhœa virulenta glans penis livida, in ea duo ulcuſcula, alterum ſinuoſum, urethra deinde livens & pus multum infra proſtatam ad uſque corpora ſpongioſa. Nihil in proſtata & glandulis. Iterum inflammatio glandularum urethræ.

J. Gratiani *Thermarum patavinarum examen & de fonte Lælio acido Ricobario.* Padua 1701. 8. Vires thermarum, morbi quibus conveniunt, utendi modus. Ineſſe ſpiritum acidum & ſulfur, ferrum enixum nigrum. Valere ad renum morbos, incommoda a ſabulo, ad morbos cutaneos, ulcera antiqua etiam inteſtinorum. Læliam conferre ſcirrhis, ſcabiei. Acidulis acidus gratus ſapor eſt, ad melancholiam valere & ad tonum partium reſtituendum, caute tamen oportere adhiberi.

Galignanus *l'Apologo della Pillola antivenerea o ſia miſtura antiacida.* Venez. 1701. 12. Argel. Br.

Franç. Henriquez de Fonseca Luſitani archiatri Regii.

Ej. *Pleurologia de pleuritide & ejus curatione.* Lisbon 1701. 4.

Ej.

Ej. *Apiarium medicum, medico chymicum chirurgicum & pharmaceuticum.* Lisb. 1701. C. de V. Seguier 1710. 8. lego etiam Amſterdam 1711. 8.

Ej. *Aurora medicinal.* ib. 1701. 8.

Ej. *Methodo di conecer e curar o morbo gallico.* ib. 1715. fol.

Ej. *Medicina luſitanica ſocorro delphico á os clamores da natura humana para total profligacaon de ſus malos.* Amſterd. 1710. fol. Seguier.

Diego Mattheo Zapata *Criſis medica ſobra el antimonio y carta reſponſoria a la R. ſocietade ſcritta.* Madrit 1701. 4.

J. Cruso *Theſaurus medicamentorum euporiſtorum* latine. Lond. 1701. 12. Falc. 1704. 12. Falc. inde anglice 1771. 4. germanice 1773. Mietav. 8. prodiit titulo præfixo *Arzneyſchatz oder Sammlung bewährter Mittel gegen die meiſten Krankheiten des menſchlichen Körpers*, multum hic auctus adnotationibus interpolatis. Ex genio ſeculi non ſatis diffidenter noſter de viribus medicamentorum ſimplicium ſcripſit. Tota autem collectio vix pilum meretur. Quid poſſit contra hydropem & calculum Anſerina, quid Betonica, Lithoſpermum, Verbena adverſus eundem morbum, Corylus & Galega adverſus epilepſiam, ſic in aliis exemplis. Oleum tamen Liliorum monet facile rancescere. Abſinthium ad gangrænam. Nihil ad opii nimias doſes aceto utilius. Cynogloſſam tamen noxias particulas continere.

Pharmacopœa collegii Londinenſis auct. Nicolao Staphorst.

Officina chymica Londinenſis Edit. III. Lond. 1701. 8. 1714. 8. Mead. 1738. 8. ubi reformata dicitur.

Thomas Fuller *Ars præſcribendi formulas ſ. pharmacopœa extemporanea.* Lond. 1701. 12. 1701. 8. Roterd. 1709. 8. Amſterdam 1717. 8.

Anglice Body of præſcriptions 1710. 8. 1719. 8. 1730. 8.

Gallice vertente Theod. Baron. Paris 1768. qui notas adjecit.

Germanice. Baſel 1750. 8.

Scriptiones medicamentorum efficaciorum, gratiis noſter non ſacrificavit, ingratiſſimæ enim ſæpius ſunt formulæ & enormes boli, doſeſque paſſim nimiæ.

Ej. *Family diſpenſatory.* Lond, 1739. 8. &

Ej. *Pharmacopæa domeſtica.* Lond. 1723. 8. Lovan 1752. 12. in uſum eorum qui ruri medicinam faciunt.

Ej. *Of the power of exercice with reſpect to the animal œconomy.* Lond. 1705. 8. *. 1718 8. 1740. 8.

Ej. *Medicina gymnaſtica.* Lond. 1711. 8. germanice. Lemgov. 1750. 8. ad ſextam editionem anglicam. Ut corporis exercitatio vires medicamentorum, decoctorum lignorum & acidularum augeat. Equitationis magna ad phthiſin utilitas, ejus alia præſidia tuſſilago, glycyrrhiza. Exercitationis vis adverſus hydropem, cum millepedibus & diureticis. Ejuſdem motus ad hyſteriam & hypochondriam præſtantia, potiſſimum equitatio & balneum frigidum. Equitatio ad diarrhœam & augendam perſpirationem. Laudes balnei frigidi. Veteres ob ſtapedum defectum equitationem minus commendaſſe. Ejus inſignis vis in diri & complicati morbi Fulleri curatione. Verſio non optima.

Ej. *Pharmacopœa bateana.* Lond. 1719.

Ej. *On eruptive fevers eſpecially the measles and ſmallpox.* Lond. 1730. 4. Mead. lego etiam exanthematologiam ejuſdem anni.

In magna collectione Theſauro Belgico philologico ſ. Sylloge diſp. ſelectiorum ad illuſtranda veteris & novi teſtamenti loca in Germania conſcriptarum. Amſterd. T. I. 1701. fol. T. II. 1702. fol. ib. variæ diſſert. continentur, medici & phyſici argumenti, tantum ut memineris theologicum eſſe opus.

Georg David Ziegra *de arbore ſcientiæ boni & mali.*

J. Helv. Willemer *de tunica Adami pellicea.*

J. Huchterlein *de tunicis pelliceis protophaſmorum.*

Henr. Bauman *ſtatus ſolis.*

Aug. Kenericht *de fetura Jacobi artificioſa.*

J. Frischmath *de circumciſione.*

Mich. Bek *de uva magna Cananea.*

Urb. Reussel *de peſtilentia a Deo immitti ſolita.*

J. Frid. Mayer *de vulpeculis Simſonis.*

J. Reiske *de morbo Jobi difficillimo.*

J. Chr. Beier *de peſte diurna & nocturna.*

Paul

PAUL SLEVOGT *de morbis & doloribus Meſſiæ.*

J. GEORG BUCHEIM *de metamorphoſi Nebuchadonaſaris.*

GEORG HENR. GOETZE *de unctura Chriſti Betheſdæ.*

GEORG MULLER *de ſpinis coronæ Chriſti.*

MICH. ARNOLD FRISCHMUTH *de piſcina Betheſdæ.*

DAN. WENDLER *de eadem.*

J. CHRIST. RITTER *de aqua ex Chriſti latere perfluente.*

J. ANDR. QUENSTEDT *de vulneribus Chriſti.*

ANDR. AUSTEN *de genere mortis Judæ.*

HENR. LUDW. MUTHER *de animalibus eſu interdictis.*

JULIUS DORSCHÆUS *de ſanguine & ſuffocatis.*

CARL DRAKE *de cauſa longævitatis patriarcharum.*

THEOD. WINKLER *de bis mortuis.*

Pharmacopœa Amſtellodamenſis. Leid. 1701.

DAVID CHRISTIAN WALTHER *rariſſimus adfectus gloſſagra.* Herfordiæ 1701. 4.

Phyſica reformata Platonis & academicorum. 1701. ſi huc facit.

J. JAC. SYRBII *hiſtorica in phyſicam Pythagoream introductio.* Francof. 1701. 8. perinde.

IDEM *ſcripſit de adfectuum ſpiritualium & naturalium diſcrimine.* Iſenaci. 1706. 4. LL. BR.

J. PHIL. BURGGRAV *libitina ovans ſ. de medicæ artis & medicorum fatis diſſ.* Francof. 1701. 8. In priori parte hiſtoria medica ab HIPPOCRATE ad nuperiora tempora, non favet chemicis. In altera cauſæ morborum mortiſque in celebrioribus medicis.

EJ. *Jatrice omnium lethique univerſalis ſ. de morte ejuſque præſagium.* Francof. 1701. 8.

PETRI LINSING Prof. Inſpruck. *Tentamen medicum ſ. inſtitutiones medicæ per quæſtiones dilucidatæ, nunc emendatæ & auctæ.* Erlang. 1701. 8. Francof. 1710. 8. Pathologia, ſemejotica, diætetica, materia medica & formulæ medi-

camentorum.

camentorum. Theoria acida a qua inflammatio, febris &c. Compendium prælectionum WEDELIANARUM.

ALEX. RUEL *Oratio de vita & morte* PHIL. MATHÆI. Franeck. 1701. fol.

Officina pharmaceutica Quedlinburgica. 1701. HEIST.

§. DCCCCXCII. LINGUÆ NUPERÆ.

J. BESSE CHIRACI diſcipulus jatromathematicus ſed ut hypotheſibus indulgeret, quem vidi Reginæ Hiſpaniæ viduæ archiatrum.

In *recherches analytiques ſur la ſtructure du corps humain.* Toulouſe 1701. 8. 2 vol. Paris 1702. 8. Phyſiologia equidem traditur, ut alcali & acido omnia ſuperſtrueret, admiſcentur pathologica, ut de nævis diſſertatio, quas negat ab imaginatione eſſe materna adque alias cauſas refert. Fetuum a terrore materno mortes. Nulla paralyſis aderat in parte per lapſum deſtructa.

EJ. *Tr. des paſſions de l'homme.* 1699. 8. huc referes ob effectus pathologicos animi adfectuum.

Inde in controverſiam cum Helvetio juniori incidit quæ nonnullis libris occaſionem dedit. *Lettre à M. auteur du nouveau l. de l'œconomie animale & des obſervations ſur les petites veroles.* Paris 1723. 8. *.

IDEM BESSE contendit ſe a. 1711. modum curandorum per venæſectionem & emetica morborum acutorum jam a. 1701. propoſuiſſe ſuaque ſcrinia ab HELVETIO compilari. Emulſionum uſum tuetur, cum HELVETIO varia carpit. Variolas malignas anni 1716. deſcribit quæ inter nobiles virgines ſæviebant, in quarum ſecunda febre, cum peſſima ſymptomata adeſſent, venam ſecat. Sic tuetur utiliter ſecunda vel tertia vice alvum duci in variolis malignis. Inflammationis theoriam ab HELVETIO propoſitam ex BOERHAAVIO compilatam eſſe. Contra errorem loci. Demum defendit theſin ſuam *E. febribus malignis minus tuta alexipharmaca.* Paris 1711. in qua fermentationem quidem mortificam ſtatuit, utiles vero habet cadaverum inciſiones. Poſt diuturnum ventriculi a cibis aſſumtis dolorem hydrops thoracis & abdominis, vaſa exſanguia, glandulæ circa ventriculum induratæ. In alio icterico cum gravi febre veſicula fellea turgida, in ea calculi 13. Febris cum plurima ſalivæ excretione a peruv. cortice ſanata.

EJ. *Replique aux lettres de* M. HELVETIUS *au ſujet de la critique de ſon l. de l'œconomie animale.* Amſterd. (Paris) 1726. 12. aſperum & iners ſcriptum.

EJ. *Diſſert. analytica de febribus.* Paris 1712. habet BUR.

EJ.

EJ. etiam eſt theſis 1730. *An in paroxyſmis febrium intermittentium venæſectio*, de la RIVIERE.

Traité des hernies des hommes & des femmes & des petits enfants avec la maniere de les guerir & un traité des maladies des femmes depuis la generation & après l'accouchement & les remedes neceſſaires. Lion 1701.

ETIENNE MONDON *Reflexions ſur les cauſes de la brieveté de la vie.* Toul. 1701.

DESHAIES GENDRON *ſur la nature & la gueriſon des cancers.* Paris 1701. 12. *. in chirurgicis dictum opuſculum perinde ad pathologiam & ad praxin pertinet, ſed dixi in Bibl. Chir. I. p. 545.

GUYARD *de l'uſage de la frequente ſaignée.* 1701. 12. alii 1702. 12. FALC. 1710. 12. BUR. Chemicus homo, docet ſanguinem corrumpi, neque copia peccare.

J. BAPTISTA MANSANEDA *medici Hiſpani Parodoxa ſobre el carbuero maligno.* 1701. 4. C. d. V.

De la ſobriété & de ſes avantages ou le vrai moyen de conſerver une ſanté parfaite juſqu'a l'age le plus avancé, tiré du LESSIUS & du CORNARO. Paris 1701. 12. cum adnotationibus.

PETRI PAXTON *An eſſay concerning the body of man wherein its changes or diſeaſes are conſidered and the operations of medecines obſerved.* Lond. 1701. 8. 1711. 8. Longus ratiocinator. Dolores in artubus amiſſis percepti argumentum ſunt, ſedem dolorum in mente eſſe. Evacuantia agunt forti ſeparatione partium. Sudor, eum ab opio frequenter cieri. Veſicas trahentia medicamenta. Maculæ in morbis acutis ſunt a ſanguine diſſoluto, ideo frequenter cum hæmorrhagiis conjunguntur. Emetica nimis frequenter & in omnibus morbis adhiberi perperam. Separationes ubi factæ ſunt aut proxime imminent & eædem vitioſæ ſunt huc evacuare oportet. Febres intermittentes. Non ſolum corticem peruvianum laudes ſpecifici medicamenti mereri, etſi fatetur & manifeſte febres curare. Spirituoſa non eſſe cardiaca niſi ſuo loco ſumta. Morbi ſpirituum. Opium in variolis nimis frequenter exhiberi. Hominibus vino & ſpirituoſis remediis abunde utentibus chalybem nocere. Plura perſequi non licet, totam enim morborum hiſtoriam hic edit adjecta diſſ. *de ſalivatione & hydrargyri uſu.* ASTRUCIUS parum facit. Poſthumum fuerit, quod non videtur cum nuperior aliis prodierit.

EJ. *Directory phyſico medical.* Lond. 1707. 8. *. Materia medica.

ADR. PAARS *Index Batavicus ſ. naamroll van de Bataviſche en hollandſche ſchriften van Jullius Cæſar tot deze tyden.* Leid. 1701. BURM.

ARN.

Arn. Leo Vroling *Tr. van ſchuerbock.* Deventer. 1701.

Germanice *Landskrankheiten* vertente Schurigio.

Ej. *der Matroſen Geſundheit* eodem vertente. Dreſden 1712. 8. editio belgica. Amſterd. 1663. Abkoude.

J. Christoph Sommerhof *Lexicon pharmaceutico - chymicum latino germanicum & germanico latinum.* Nurnb. 1701. fol. 1713. fol.

Sächſiſche Hebamme. Leipz. 1701. 8.

Apotheckertaxe der Stadt Baſel. ib. 1701. 8.

M. N. L. M. D. *Rathſchlag vom Lendenſtein.* Græz. 1701. 8.

J. Weickmann *Bericht von dem Tode* Schuders *nebſt einem Abriſſe des gröſten bey ihm gefundenen Steins und Relation des Chirurgi der den Körper ſecirt hat.* Leipz. 1701. 8. Theoria calculi & de eo collectanea, vel in terra, mari vel animalibus reperiuntur. Origo ex ſpiritu petrificante.

Christ. Frid. Richter *de cochinella.* Lipſ. 1701. 4. *. Germanica verſ. 1703. 8. *. Rectius ad phyſica; deſcribit opuntiam, animal in ea natum, ſcarabæis ſimile quod ipſe cominus obſervavit, oſtendit male a Pometo pro planta haberi. Vis tinctoria, coſmetica, medica. Cardiacum eſſe hiſpani, ſudoriferum angli putant. Ad gonorrhœam, colicam, paſſim etiam in variolis & morbillis dari, a Stissero ad calculum.

Mathæus Cast *vom töplizer Baad.* 1701.

M. D. L. H. *Tractat von magnetiſchen und ſympathetiſchen Curen.* Frankf. 1701. 8.

Feld- Land und Leibmedicus, oder wie alle Krankheiten am ſicherſten und geſchwindeſten zu heilen, nebſt einem Roß und Vieharzneybuche. Frankf. 1701. 8.

Der in Teutſchland wiederkommende Feld- Land und Leibmedicus, nebſt einem Roß und Vieharzneybuche. Strasb. 1701. 8. 2 vol. edit. IV. Hebenst.

§. DCCCCXCIII. Disputationes.

A. D. van Welt *de chimiæ oppreſſæ & deſpectæ gemitu ad parentes* Phœbum & Naturam. Leid. 1701. 4. Hæn.

L. L. de Haas *de epiphora.* Leid. 1701. 4.

J. CHRIST. BORNEMANN *de natura & differentiis antacidorum per experimenta demonſtratis.* Leid. 1701. 4. RIV.

H. SCHNELLEN *de urinarum inſpectione.* Leid. 1701. 4.

HENR. du BOIS *de dyſenteria.* Leid. 1701. 4. PL.

C. J. SCHWAB *de contractura.* Leid. 1701. 4.

MENO PAUL HANNEKEN *de febribus malignis.* Leid. 1701. 4. MOELLER.

J. TRAUFELL *de nephritide.* Leid. 1701. 4. *.

BRANDAN MEIBOM *de externorum medicamentorum operatione & in morbis internis uſu.* Utrecht 1701. 4. *. Idem Profeſſor Helmſtadienſis.

EJ. *de rei medicæ per obſervationes incremento earum fallacia & recto uſu.* Helmſt. 1772. 4. PL.

EJ. *de lochiorum ſuppreſſione.* 1717. 4.

EJ. *de naturæ in conſervanda & reſtituenda ſalute viribus.* 1714. 4.

EJ. *animæ ad reſtituendam ſanitatem impotentia.* 1719. 4. HÆN.

EJ. *ægra paralyſi laborans.* 1720. HÆN.

EJ. *de vomitoriorum natura & uſu.* 1719. 4.

EJ. *de provido atque tempeſtivo medicamentorum evacuantium uſu pro diverſitate temporum, morborum prudenter inſtituendo.* Helmſt. 1723. 4. PL.

EJ. *de apoplexia.* 1723. 4.

EJ. *Fundamenta brevioris vitæ quæ in hujus ævi hominibus obſervatur.* 1729. 4. *.

EJ. *de tuenda valetudine recens natorum.* 1731. 4. *.

EJ. *de uſu vaporationum & ſuffituum curatione morborum.* 1734. 4.

EJ. *de cruditatibus ventriculi.* 1735. 4. HÆN.

EJ. *de morbis ex viſcido oriundis.* 1737. 4. *. HÆN.

EJ. *de epilepſia ſtomachica.* 1740. 4.

EJ. *de pilis eorumque morbis.* 1704. 4. *.

EJ. *de arſenico.* 1729. 4. PL. BR.

CONRAD

Conrad Starke *de morbis malignis*. Utrecht 1701. 4. Moller.

Eduardi Worth *Commentarius in Magni* Hippocratis *L. I. aphoriſm.* XXII. Utrecht 1701. 4.

Car. Frid. Schweiker *de veſicatoriis*. Franeck. 1701. 4.

Mich. Aloysius Sygnatius *de Manna*. Harderov. 1701. 4. Burchh.

Just. Conr. Rehemyer *de oſſium ſtrepitu*. Regiom. 1701. 4.

S. Sand *de effœtarum lactatione*. Regiom. 1701. Hæn.

Christ. Cunrad *de hydrope uteri*. Regiom. 1701. 4.

Car. Jac. Roeser *de philtrorum agendi methodo & noxis*. Altd. 1701. 4.

Ej. *de epiphora*. Regiom. 1701. 4. Hæn.

Ej. *de fulminatis*. ib. 1704. 4.

Frid. Pfenning vel præſes B. M. Franck *de venæſectionem indicantibus*. Kiel 1701. 4. Moeller.

Andr. Julius Boetticher *de fatis medicorum*. Helmſt. 1701. 4.

Andr. Hoffmann *de phlebotomia*. Hall. 1701. 4. Moeller.

J. Phil. Hombergk *de marte & remediis martialibus*. Marb. 1701. 4. Vater.

Gerh. Herm. Crater *de veſicatoriorum uſu & abuſu*. Erford. 1701. 4.

J. Adolph Wedel Georgii Wolfgangii filius præter diſputationes nihil reliquit.

Ej. *de punctis medicis*. Jen. 1701. 4.

Ej. *de purpura rubra, die rothen Frieſel.*

Ej. *de peſte*. 1712. 4. Hæn.

Ej. *methodus medendi generalis*. 1714. 4. Hæn.

Ej. *de purpura rubra, vom rothen Frieſel*. 1718. 4. *.

Ej. *de conjectura medicorum artificioſa*. 1712. 4. *.

Ej. *de hydrope*. 1714. Hæn.

Ej.

Ej. *de motus in C. H. natura uſu & abuſu.* 1715. 4.

Ej. *de cachexia.* 1715. 4. Heft.

Ej. *de ſpina ventoſa.* 1715. 4.

Ej. *de diabete.* 1717. 4.

Ej. *de febre hectica.* 1718. 4. Heft.

Ej. *de hæmorrhagiis.* 1718. 4. Heft.

Ej. *de calculi renum & veſicæ pathologia Hippocratica confirmata.* 1718. 4. Heft.

Ej. *de cachexia ſcorbutica.* 1719. 4. Heft.

Ej. *de aëris frigidi in conclave irruentis accumulatione impedienda.* 1720. 4.

Ej. *de liquore non corroſivo lapides abſumente.* 1720. 4.

Ej. *de malignitate in morbis.* 1721. 4. Heft.

Ej. *de variolis.* 1721. 4. Heft.

Ej. *de vi naturæ humanæ medica.* 1725. 4. Heft.

Ej. *de auditus vitiis.* 1720. 4. Heft.

Ej. *de ileo.* 1720. 4. Heft.

Ej. *de febribus.* 1723. 4. Heft.

Ej. *de hæmoptyſi.* 1723. 4. Heft.

Ej. *de hæmorrhoidibus.* 1727. 4.

Ej. *de adfectu hypochondriaco.* 1728. 4. Heft.

Ej. *de lue venerea.* 1729. 4. Heft.

Ej. *de obſtructione.* 1729. 4. Heft.

Ej. *de peripneumonia ex aëris refrigerio.* 1738. 4. Heft.

Ej. *de irritatione.* 1730. 4. Heft.

Ej. *de ſcirrho.* 1731. 4. Heft.

Ej. *de hæmorrhoidibus coecis.* 1732. 4. Heft.

Ej. *de magneſia alba compendioſe paranda.* 1732. 4. Heft.

Ej. *de peripneumonia.* 1733. 4. Heft.

Ej. *de medicamentorum alterantium natura, uſu & abuſu.* 1733. 4. Heft.

Ej. *de paſſione hyſterica.* 1733. 4. Heft.

Ej. *de ſcorbuto.* 1734. 4. Heft.

Ej. *de mictu cruento.* 1735. 4. Heft.

Ej. *de tumore teſtium venereo.* 1735. 4. Heft. reſp. J. Christ. Themel.

Ej. *de phrenitide.* 1736. 4. Heft.

Ej. *de retentione menſium.* 1736. 4. Heft.

Ej. *de febre catarrhali.* 1738. 4. Heft.

Ej. *de colica.* 1739. 4.

Ej. *de convulſione.* 1739. 4. Heft.

Ej. *de dyſenteria.* Jen. 1740. 4.

Ej. *de abortu.* 1741. 4. *.

Ej. *de febre tertiana intermittente.* 1741. 4. Heft.

Ej. *de præparatione antimonii diaphoretici ejus viribus ſalutaribus.* 1742. progr. 3. Heft.

Ej. *de cardialgia.* 1742. 4.

Ej. *de palpitatione cordis.* 1742. 4. Heft.

Ej. *de fluore albo.* 1743. 4. Heft.

Ej. *de deliriis in genere.* 1744. 4. Heft.

Ej. *de torminibus generatim.* 1744. 4.

Ej. *de paralyſi reſp. & auctore* Cannegieser.

Ej. *de viis menſium inſolitis.* 1745. 4. Heft.

Ej. *de hepate obſtructo multorum morborum cauſa.* 1746. 4. Pl.

Ej. *de meteorum actione in corpus humanum.* 1746. 4. Heft.

Ej. *de tumore abdominis poſt partum in nonnullis matribus non ceſſante.* 1746. 4. Heft.

Ej. *diſp. de ſcordio.* 1716. 4. *de calamo aromatico.* 1718. 4. *de helenio.* 1719 4. *de vincetoxico.* 1720. 4. *de verbena.* 1721. 4. *analyſes vireſque medicatas plantarum tractant.* v. B. bot. II. p. 130. ſeq.

H. H. Cunrad *de mola.* Altd. 1701. 4. Hæn.

J. Theodosius Zink *de venæſectione.* Altd. 1701. 4. hæmatophobus.

J. Wilh. Flad. *de abortu.* Baſel 1701. 4. Mieg.

Erasm. Blanck *de uſu matheſeos in medicina.* Baſel 1701. 4.

Jac. Steffanius *de ſomnambulis.* Baſel. 1701. 4. Heft.

Ant. Rodor. du Voisin *de antipathia humana.* Baſel 1701. 4.

J. Henr. Sulzer *de nævis malignis infantum.* Baſel 1701. 4. Mieg.

A. F. Mergilet *de pica.* Argent. 1701. 4. Hæn.

Wolfgang Christian Poliatri Bernenſis, chemici *de natura humana in diſpoſitionibus hereditariis.* Baſel 1701. 4. Mieg.

Ej. *de principio vitali ejuſque cura in declinante ſenectute.* Baſel 1702. 4. Heft.

Ej. *Einladungsbrief zur Erforſchung bewährter Hülfsmittel.* Bern 1708. vel 1709. 4. vires aliquæ plantarum minus cognitæ.

Ej. *Theſaurus Ludovicianus ſ. compendium materiæ medicæ ſelectum ex Ludovici pharmacia moderno ſæculo applicandum.* Bern 1707. 8.

Lud. de Gui de Mondieres & Cl. Vergne. E. *qui optimus medicus is & ingenio veterum præditus.* Paris 1701. 4.

Mich. Lud. Reneaulme *E. matheſis medico neceſſaria.* Paris 1701. 4.

Chr. de Frades & Franc. Aignan *E. ſenum valetudini tuendæ conducit balneum.* Paris 1701. 4.

ARN. THEVART & FR. FOURNEAU *E. improbanda nutrix obnoxia menſtruo profluvio.* Paris. 1701. 4.

EL. QUARTIER & CL. VERGOT *vinum ad tabem pulmonum vergentibus pernicioſiſſimum.* Paris 1701. 4.

LUD. FR. du TAU & JAC. FOURNEAU *E. a ſpiritibus morborum cauſæ.* ib. 1701. 4.

HENR. MAHIEU & J. DEPINEY PESCARD *E. diaphoretica remedia medicinæ vis & magna potentia.* ib. 1701. 4.

§. DCCCCXCIV. DIARIA ad. a. 1701.

In *Philoſ. Tranſact.* nr. 273.

D. IRVIES poſt uſum aluminoſarum aquarum per aliquot menſes continuatum dolor in inguine cum urina inde ſanguinea & cum ea hydatides prodierunt per quoſdam quaſi paroxyſmos.

ID. nr. 275. de colicis doloribus decimo octavo die funeſtis. Vomuerat nigri aliquantum quaſi bilis. Ejuſmodi liquorem in duodeno & tenuibus inteſtinis, ita ad anum uſque, colon gangrænoſum ruptum, fæces in abdomen effuſæ.

N. 277. Ob convulſiones, deliria, & agrypniam opii magnæ doſes ſumtæ, ad grana 102 intra triduum, præter uncias quatuor ſyrupi de meconio. Maxima doſis fuit 40 grana in uno die.

CHRISTOPHORUS BIRBER Oſſa fetus per umbilicum egeſta.

In *Mem. de l'Acad des ſciences.* 1701.

DUVERNOY, quem hic vocant *le jeune*, de hydropicorum cadaverum inciſionibus. Aſcites cum ictero conjunctus. Hepatis pars exſiccata indurata quaſi contabuerat, vaſa biliaria ampliſſima, ex quibus hydatides pullulabant, quarum in magna, ſeri tres integræ libræ repertæ. Multa etiam intus bilis granuloſa ſiccata. Sæpe in pecorum vaſis biliariis ſe ejuſmodi hydatides vidiſſe. Morbum eſſe ovium frequentem. Variolæ ovium. Duæ feminæ hydropicæ per paracenteſin ſanatæ. Aquæ earum partim diſſolutæ ſunt, ſed pars dimidia coivit in igne, ut albumen ſolet, aliæ porro analyſes.

Hoc anno novum diarium prodiit in quo præter librorum cenſuras ſubinde adnotationes peculiares & propriæ, medici etiam argumenti reperiuntur. Auctores Jeſuitæ. Titulus *Memoires pour l'hiſtoire des ſciences & des beaux arts*, locus impreſſionis Trivultis *Trevoux.*

GIOV.

Giov. Allegrino Dandi Giornale de letterati. 1701. fol.

In Eph. N. C.

J. Bapt. Werloschnig Styriæ phyſicus.

Dec. III. *Ann.* IX. & X *Obſ.* 24. Fumo incenſæ Gentianæ corpore excepto ſanatus hydrops anaſarca, & *Obſ.* 26. poſt emeticum data potione calida, & 27. febris maligna, ut putat, muſica, & 28. alvi adſtrictio contumax illito in abdomen butyro.

Obſ. 152. Noctambulus antiſpaſmodicis ſanatus.

Obſ. 154. In morbo hyſterico cum convulſionibus, cum ſuperveniret fluxus uterinus purulentus, ægra ſanata eſt.

Obſ. 155. Laudes ſachari lactis in morbis arthriticis.

Ej. & Ant. Loigk hiſtoria peſtis quæ ab a. 1708. ad 1713. Tranſylvaniam, Hungariam, Auſtriam, Pragam & Ratisbonam depopulabatur per experimenta conſcripta, Styriæ 1715. 8.

Non video laudari.

Wilh. Romberg medicus palatinus, in hepate vitulino vena porta ſcirrhoſa, vermes plurimi cucurbitini (Faſciolæ Lin.).

Obſ. 107. Febris petechialis in corpore ſicco bilioſo, poſt uſum medicamentorum calidorum, tamen etiam vena ſecta die 23 icterus optimo eventu ſucceſſit.

Obſ. 108. Sanguis e naribus, gingivis & utero ſimul fluens in principio & eruptione petechiarum, a quibus tamen febris aberat.

Obſ. 109. In militari tertiana febre a cortice peruviano ad drachmas duas in dies dato, plurimi hydropes, cum purgando & mercurio dulci eædem febres cederent.

J. Henr. Hottinger Poliater Tigurinus. Ejus plurimæ ſunt adnotationes.

Obſ. 89. Aſthma, cordis palpitatio, hydrops, pulmo alter putridus, pericardium ampliſſimum, craſſum, corii ſimile, aquæ plenum. Cor ampliſſimum, flaccidum, valvulæ tricuſpidules lapillis plenæ, alii in valvulis ſemilunaribus.

Obſ. 91. Scorbutica femina hydrargyro ob ſcabiem uſa orto ptyaliſmo. Poſt biennium ſucceſſit febris catarrhalis quam ptyaliſmus ſpontaneus & ſalutaris ſecutus eſt.

Obſ. 92.

Obſ. 92. A ranunculorum odore dolor capitis, epilepſia.

Obſ. 130. Menſes retenti, menſium loco mirificus labiorum tumor, ut farciminum ſimilia eſſent ſingulis menſibus redux.

Obſ. 135. Poſt dyſenteriam quaſi tympanites, flatus & per alvum & per penem erumpentes.

Obſ. 223. Ex aqua borraginis, qua manus lavarant, puſtulæ & prurigo.

Obſ. 226. In octogenaria nunc per triennium ſanguis menſtruus manavit.

Obſ. 227. Ulcera pedum gonorrhœa ſpontanea ſanata.

Obſ. 228. Diarrhœa colliquativa & diabetes.

Obſ. 236. Poſt tabem meſenterium vomicis purulentis repletum, lien putridus ulceroſus, ren alter ſcirrhoſus putredine abſumtus, coſtæ carioſæ.

Obſ. 132. Ulcus renum pro calculo habitum, urina lactea acerrima.

Christ. Gottwald phyſicus Gedanenſis.

Obſ. 157. Ovi gallinacei in monſtroſam molem abeuntis hiſtoria.

Obſ. 159. In ovo abortivo humano fetus rudimentum.

David Christian Walther phyſicus in Glaucha. Excreſcentia membranacea guttis aliquot ſpiritus vitrioli per errorem inſtillatis, feliciter ſanata.

Obſ. 184. Stranguria per multos annos tertia ſubinde hebdomade periodice invadens, demum abſtergentibus, acrimoniam corrigentibus & carminativis ſanata.

Obſ. 186. Felix ſanguinis in octogenaria miſſio.

Andr. Myrrhen phyſicus in Michelſtadt.

Obſ. 260. Fiſtula anguſta umbilici, per quam ſanguis & pus ſed etiam poſt tres horas deglutita grana uvarum excreta.

Obſ. 121. Mors a congeſtis ceraſi oſſiculis.

Obſ. 213. Convulſio, artuum tremor per terrorem ſublati.

Obſ. 218. Ex ſcirrho glandularum meſenterii atrophia.

Obſ. Arſenici infuſio naribus adtracta, inde vertigo, catarrhus ſuffocativus, non tamen funeſtus.

Obſ.

Obſ. Ex terrore mania, deinde redeunte ratione convulſiones.

Gottlob Schober phyſicus Revalienſis.

Obſ. 253. Cephalalgia vires debilitans, nonnumquam motus epileptici. Fruſtra ſalivatio & trepanatio adhibebatur, cum apoplecticus interiiſſet, tumor oſſeus in bregmate, cranium pertenue.

Obſ. 254. Agrypnia eſſentia ambræ ad guttas 60 ſuperata.

In appendice hujus anni, collectio iterum occurrit conſtitutionum medicarum Germaniæ. Primo Breslavienſium pro a. 1699. 1700. 1701. ſynopſis, dein Berolinenſis a. 1702. fere tantum meteorologica.

Inde auguſtanæ Schroeckii.

Tunc Martini Grünwald catechetæ Zittavienſis. Epilepſia ſecundi gradus a faſcino in catalepſi admiranda. Germanice 1702. ſcripta, a J. Casp. Westphal latine reddita. Morbus convulſivus cum morboſa ratione, deinde variæ illæ hyſtericis familiares artuum contracturæ. Adjectæ plurimæ nugæ, neque enim alio nomine dignæ ſunt, ex quibus conſpiciebant, faſcinum eſſe a vetula illatum, qua mortua, ægrota continuo convaluit.

DCCCCXCV.

J. Melchior Verdries Profeſſor Gieſſenſis.

In E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* IX. & X. *Obſ.* 250. Icterus in febre maligna criticus & ſalutaris.

Obſ. 251. Medulla in Gallinæ oſſibus petrefacta.

Ej. pluſculæ ſunt diſputationes. *De pinguedinis uſu & nocumentis in corpore humano.* Gieſſ. 1702. 4. *. pro licentia. Nimiæ obeſitatis noxæ & remedia.

Ej. *de inflatione ureterum & proceſſuum peritonæi præter naturam.* Gieſſ. 1704. 4. *. braſſicæ rubræ per urinam decedentis exemplum.

Ej. *de actione ventriculi in comminuendis cibis.* 1712. 4. 1721. 8. appetitus etiam vitia recenſet.

Ej. *vera ad veram medicinam via.* Gieſſ. 1714. cum cathedram adiret. 1721. 4.

Ej. *de cupri origine tractatione & uſibus.* ib. 1715. 4.

Ej. *de aquæ frigidioris potu utili & noxio in febribus ardentibus.* Gieſſ. 1723. 4. Heft.

Ej. *de appetitu depravato, quem vulgo picam vocant.* Gieſſ. 1726. 4. *.

Ej. *de aſthmate puerorum.* 1726. 4. Pl.

Ej. *de vertigine.* ib. 1727. 4. Pl.

Ej. *de pullitie verminoſa in primis viis nidulante.* ib. 1728. 4. Pl.

Ej. *de convulſionibus ſpeciatim quatenus a remediorum ſaturninorum & mercurialium abuſu provocantur.* ib. 1732. 4.

Ej. *Theſes ex pyretologia deſumtæ.* ib. 1734. 4. Hæn. Ad ejus libros pertinet.

Ej. *de æquilibrio mentis & corporis* diſp. 1712. 4. *. & denuo recognita & maxima parte aucta, acc. diſquiſ. *de veneno canis & animalium rabidorum & hydrophobia.* Gieſſ. & Francof. 1726. 4. Pl.

In priori libello, qui phyſiologici eſt argumenti, de ſomnambulatione, inſomniis eorumque indiciis, delirio, adfectibus animi, febribus in quibus nervi patiuntur a ſtimulo incitati. Morborum ſalubritas, Natura medicatrix. Adfectuum animi efficacia & noxæ, melancholia, idioſyncraſia, vi imaginationis efficacia fidei medicamentis datæ curatione huic innixa, ſympathetica, nævi, quos admittit.

Poſterior libellus totus eſt pathologicus & clinicus.

Varii modus quibus contagium propagatur, etiam Venus, oſculum, cujus tamen contrarium exemplum novi in viro nobili, qui a fele rabida demorſus antequam periret non poterat ſe continere, quin liberos exoſcularetur & tamen nihil inde mali his accideret. Hiſtoriæ morbi. Noſter vidit univerſum corpus exſiccatum, ileum inteſtinum tenaci pituita plenum & corrugatum. Antidota varia hic probantur.

DCCCCXCVI. Medici Vratislavienses.

Utile conſilium fuit eorum qui Vratislaviæ dirigebant Academiam Naturæ curioſorum conſcribendi *hiſtoriam morborum* qui in patria urbe graſſarentur. Primo ediderunt eorum hiſtoriam qui a. 1699. 1700. 1701. graſſati ſunt. Prodierunt Breslau 1706. 4. inde Lauſannæ 1746. 4. ad quam editionem præfatus ſum. Scriptorum nomina ſunt Maximilianus Preuss, Michel Pauli, Godofredus Claunig, Sam. Glass, Carol. Oehme, Christianus de Helwich qui calamum præſtabat. Synopſin hujus tomi ediderunt in E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* IX. & X.

Adjecerunt huic primo volumini tr. *de experientia.*

Inde

Inde a. 1706. 4. peculiarem libellum ediderunt *de hydrope pericardii morbo.* Demum hiſtoriam morborum qui anno 1708. Vratislaviæ graſſati ſunt ediderunt Vratisl. 1710. 4. *. quæ omnia Lauſannæ conjuncta prodierunt.

Stahlii fere de ſecta prodierunt viri doctiſſimi, non ideo vero minus utiles morborum hiſtorici. Etſi enim nullo modo velim medicam artem anatomes luce deſtitui aut botanices theſauris, certum tamen eſt, ut finitum hominum eſt ingenium eo melius quemquam artem aliquam excolere, quo minorem particulam ſibi excolendam ſumſerit, atque adeo clinicum in ſolis morbis ſpeculandis & curandis vitam impendentem, majorem in ea præcipue artis parte peritiam adquiſiturum, quam de altero ſperari poſſit, qui polyhiſtor accurate & anatomen & plantas & chemica experimenta & phyſica voluerit ſua facere.

Exemplum ex libro ſumo *de pectoris hydrope* paucis eo ævo medicis cognito, qui nunc morbos inter chronicos certe in patria mea fere funeſta frequentia ſuperat, ut ex eo plerique exſtinguantur quibus morbi acuti pepercerint. Symptomata ergo noſtri indicant ex quibus agnoſcatur, ineffabiles anxietates, ſuffocatio nocturna, pulſus ſæpe intermittens. Sic palpitatio cordis & ſicca tuſſis, tum ſuperveniens tumor aquoſus ſcroti & tibiarum, febrem etiam adnumerant & paralyſin brachii. Inde ſectiones cadaverum fere collectitiæ. Fuſe de cauſis mali. Colluvies in ipſis pulmonibus congeſta. Curatio. Paracenteſis, ſcarificatio pedum & ſcroti, ab iſta plena aliquando ſanitas. Multa imbellia, ut in univerſum diaphoretica. In paroxyſmo linctus oleoſus cum ſpermate ceti & liquor cornu cervi ſuccinatus, fumus etiam Nicotianæ. Quæ in reliquo opere memoriæ digna ſunt de iis quædam hic quaſi guſtum exhibemus. Hiſtoriæ diligenter ſcriptæ febris petechialis, febris purpuratæ tum rubræ miliaris tum feralis albæ. In petechiis adnotaverunt non venæſectionem ſolum ſed ipſam a natura profectam hæmorrhagiam funeſtam eveniſſe. Porro febris hectica, ex variis viſcerum malis nata. Hæmorrhoides veſicæ & ani, febres intermittentes mali moris, cum maxima virium proſtratione, ſenſuque confractorum artuum, intermiſſione paulatim in remiſſionem degenerante, cardialgia, nauſea, vomitu, cephalæa, agrypnia, etiam purpura. Inde ſparſæ utiles adnotationes numeroſæ. Hic aliquas. Ingens ſarcoma uteri de orificio propendens, inde funeſta gangræna. Arteriæ cordis oſſeæ. Cum balneo aluminoſo fluor albus compeſceretur, uteri ulcus. In atrophia hepar ſiccum, friabile, in alio atrophico peramplus ventriculi abſceſſus. Scirrhus ovarii a frigore ut putant admiſſo. Poſt puris diuturnum mictum & tabem, ren conſumtus ut ſola tunica ſupereſſet. Ab hæmoptyſi repercuſſa penis hæmorrhagia. Sic a veſicatorio emplaſtro capiti admoto. Enormis prolapſus inteſtini recti, cujus tunica interior ſphacelata. Aneuryſma abſque magno malo totis quinquaginta annis geſtatum. Diabetes verus lacteus. A veſicatorio ſapor zibethicus. Scorbutus contagioſus. Faucium & œſophagi paralyſis. Puſtulæ venereæ variolarum ſimiles.

Febris quintana, octana, Hydrops uteri. Veſica nulla, fæces ex colo inteſtino rupto effuſæ & urinæ ex ureteribus in duo foramina ſupra pubis oſſa manantes. Apoplecticos fere integro ante inſultum anno de oculorum ſegnitie conqueri. Spiritus vitrioli adverſus vermes utilitas. In ophthalmia cum cantharides ad pedes admoverentur fauſtus eventus. Parietariæ contuſæ ad iſchuriam benefica virtus & Oreoſelini apii folio majoris ad podagram. Aſari uſus in quartana infauſtus. Ab auro fulminante morbus cœliacus. Contra GRÆBNERUM ſe tuiti ſunt in E. N. C. A. C. U. *examine caſtigationum & animadverſionum Græbnerianorum.* Breslau 1703. 4. *. Brevis refutatio. Utilitates adnotationum meteorologicarum. Utique ſe in morbo petechiali vidiſſe icterum criticum. Hæmorrhagias non debere ſupprimi.

§. DCCCCXCVII. RICHARDUS MEAD.

Jatromathematicus. Illuſtris & præclarus medicus, archiater literis humanioribus imbutus, in beato ſenio mortem obiit rariſſimorum laborum & antiquitatis theſaurorum inſignium poſſeſſor, ex ſchola Leidenſi prodiit, doctor tamen patavinus, inde Oxonienſis GEORGII II. medicus (*) FREINDIO nobiliſſima officia præſtitit. BOERHAAVII pariter amicus, Inoculationis variolarum promotor & SUTTONIANÆ methodi & medicamentorum STEPHENIÆ. Puriores ejus laudes forent, ſi in admittendis hypotheſibus laudibuſque medicamentorum ſe difficiliorem præſtitiſſet. Vita ejus & ſeorſim prodiit *Authentic memoirs of the life of* R. MEAD. Lond. 1751. 4. & a Cl. MATY data eſt in *diario ſuo Edinburg.* 1754. Jul. Auguſt. & in editione operum.

Primum Cl. viri opus eſt.

Mechanical account of poiſons. Lond. 1702. 8. 1708. 8. 1738. 8. 1743. 8. Dublin 1729. 8. latine vertente JOSUA NELSON. Londin. 1737. 8. 1750. 4. Leid. 1737. 8. *. 1750. 8. Neapoli 1739. 8. 1758. 8. Amſterd. 1749. 8. Francof. 1763. 8. Gœttingæ Ill. Oederus editionem curavit 1749. italice prodiit 1744. 4.

Dudum cum viperis conſueviſſe, eaſque audacter tractaſſe, arſenicum, mercurium ſublimatum &c. examinaſſe. Cæterum capita ſunt. 1. Viperæ. Apparatum venenatum deſcribit, veneni guſtum acrem eſſe reperit, ſpiculas etiam in eo detexit, hic ab Ill. FONTANA valde diverſus, cum ſanguine commiſceret non mutatum vidit, neque per admiſtos alios liquores chemicos. Neque ſalivæ venenatam vim eſſe ex DUVERNOYI experimentis contra MOSEM CHARAS confirmat.

Symptomata

(*) Ut tamen prudentiſſimus Princeps non maximam in eum fiduciam poneret. ILL. HALLER.

Symptomata deſcribit etiam anatomice. Ea occaſione agit de diabete, cujus cauſam in hepate ponit, ejus enim viſceris de vitio (ſteatomatica degeneratione) ſanguinem in venas urgeri. Curatio, Suctio cui plurimum tribuit viri exemplo, qui vipera caudiſona demorſus, hoc potiſſimum auxilio ſervatus fuerit. Suctionem ipſi uſtioni præfert. Olei vires nullas eſſe & tamen in Philoſophicas Tranſactiones irrepſiſſe, lapidis Indiæ nullam eſſe efficaciam. Adipi tamen viperino multum & nimium tribuit, eo potentiorem vero ejus efficaciam eſſe perſuadetur, quod vipera inſectis vivat & aviculis, colubres plantis alantur ideo innoxii.

2. Aranea & Tarantula. Morbum ſaltatorium & muſices in eo ſanando potentiam admittit. Aculeum deſcribit. Morbum ad deliria refert. De vi medica muſices collectanea ex veteribus. 3. *Canis rabidus* uberius tractatus. Recte adnotat miſerorum, quos rabidum animal momordit, nervos eſſe peſſime affectos, nempe acutiſſimos ſenſus ut, ne lucem quidem, abſque horrore ferant. Venenum tamquam fermentum agere, tumultuoſum in ſpiritibus motum ciere. Hydrophobiam eſſe a dolore, muſculos enim in deglutitione laborantes, convulſive male laborare, ut deglutita in aſperam arteriam illabantur, hinc metum adeſſe ſuffocationis Neque tamen hunc aquæ metum perpetuum eſſe ſymptoma, exempla enim profert in quibus ex hoc morſu homo periit, etſi nullus aquæ metus præceſſerit. Pro antidoto habet lichenem pulmonalem cinereum vulgatiſſimum cum pipere intritum, quod ventriculi gratia addatur. Plus millies ſe efficaciam lichenis expertum numquam ſpe ſua fuiſſe fruſtratum, tantum ut prius antidotum ſumatur, quam hydrophobia eruperit, conjungit etiam balnea frigida quæ alioquin in mania ſalutarem effectum præſtant. Hydrophobia ſi jam eruperit, nullam ſpem ſupereſſe. Hoc ſuum antidotum etiam in proprio libello, a. 1735. & in bibl. botan. 1736. T. II. mireris vero & GEORGII II. judicium probes, quod MEADIUS totis quinquaginta annis inertiam lichenis non adgnoverit.

4. *Venena mineralia.* Hydrargyrus ſublimatus. Canis inciſio quem hoc veneno enecaverat, ſanguis plurimus in abdomen effuſus, ſanguineus per inteſtina ichor, eadem tota inflammata, in ventriculo ſanguis grumoſus ſub tunica nervea effuſus. Effectum hydrargyri mechanice interpretatur & a pondere atque acuminatis cryſtallis. Ut hydrargyri in lue venerea efficacia detecta fuerit. Arſenicum. Eo aliquoties propinato cani, ventriculus inflammatus, inteſtina eroſa etiam ut foramina pateant. 5. *Plantæ* venenatæ. Oenanthe apiifolia ſ. Cicuta veterum. 6. *Opium.* Analyſis chemica, vires eſſe a ſale volatili-alcalino intime miſto cum oleoſa ſubſtantia. Vires medicæ opii. Canis ab intruſo opio convulſus paralyticis cruribus periit. Ventriculus diſtentus quaſi deraſus, vaſa carotica ſanguine repleta. Vis venenata aquæ lauroceraſi cum analyſi & experimentis a genero MEADII F. NICHOLS factis. 7. Aër, aqua, vapores venenatæ indolis. Mephitides. Specus canina & ſymptomata canis in vaporem

 demerſi,

demerſi, qui candelam exſtinguit, hydrargyri altitudinem non mutat. Morbos contagioſos potiſſimum inficere, quando nunc declinant.

Ej. *De imperio ſolis & lunæ in corpora humana & morbis inde oriundis.* Lond. 1704. 8. 1746. 8. 1762. 4. Leid. 1637. 8. cum l. de venenis. Neap. 1739. 8. Amſterd. 1749. 8. Francf. 1763. 8. anglice 1733. 8. Novam editionem video multum auctam. NEWTONIANA tunc theoria fluxus & refluxus maris uſus eſt, nunc atmoſphæram alternis vicibus a luna elevari iterumque delabi, ita preſſionem in corpus humanum invicem augeri & minui. Quærit quidem ſed parum firmiter reſpondet, quare in barometro hydrargyrus non adſcendat & deſcendat. Porro vero putat aërem tempore novilunii & plenilunii multum de ſuo pondere amittere atque adeo pulmones minori vi premere, aërem adeo internum humorum noſtrorum minus premi & expandi potiſſimum vero contra cutem niti ita fere eadem ſequi quæ ab aëre per antliam rarefacto. Quare novilunii & plenilunii tempore epilepſiæ paroxyſmi frequentiores, ad epilepſiam laudat inciſionem ad occiput, ſic maniam & malum hyſtericum exacerbari, aſthmaticis moleſtum eſſe peſtemque exacerbari. A luna menſes eſſe & criſes, morbos vero a luna natos pertinere ad majorem diſtentionem vaſorum & curari minuente plethora. Sedes amauroſeos in nervo optico, cui cauterium in vertice diu apertum medetur.

Cum FREINDII editione primi & tertii libri epidemicarum prodiit *epiſtola* MEADII a. 1710. data, qua purgantium medicamentorum efficaciam in avertenda aut curanda ſecunda febre variolarum laudat.

Ej. *A ſhort diſcourſe concerning peſtilential contagion and the method to be uſed to prevent it.* Lond. 1720. 8. 1721. 8. BURM 1722. 8. 1744 4. Latine Lond. 1721. 8. Haag 1725. 8. 1723. 4. vertente WARDIO quam verſionem nuperæ Gœttingenſi MEADIUS prætulerat.

Gallice Leid. 1721. 8. BURM. Paris 1721. 8.

Germanice *Rathſchlag wegen der in Frankreich entſtehenden Seuche* vertente KIRCHHOFF 1723.

Ad ſecretarii ſtatus deſiderium eo tempore ſcripſit, quo peſtis Maſſiliam depopulabatur. In peſte omnino contagium eſſe per experimenta conſtare, infectionem potiſſimum cum lana tranſmitti. In Africa originem ſumere ejus regionis endemica, ex ea ad nos propagari. Ignem accenſum nocuiſſe, malum propagaſſe neque eo auxilio HIPPOCRATEM uſum. Nullam ante navem Sidone advenientem Maſſiliæ peſtem fuiſſe. Secluſionem ita commendat, ut infectarum ædium incolæ in domos ab hominum commercio remotas transferantur. Hoc conſilium Parlamentum rejecit, cum reliqua MEADII conſilia adoptaret. Per pulmones contagium facile ſorberi, in nervos agere. Ipſas aves ab explicato infecto

infecto goſſypio periiſſe. Calcem in ſepulturis rejecit quia putredinem augeat. In viſceribus peſte occiſorum gangrænam apparere perinde ut in variolis & eandem curationem locum habere, expurgationem primarum viarum, regimen frigidum, niſi jam pulſus languet. Bubonum ſuppuratio adjuvanda. Theriacam ſudorem non ciere.

Ej. *Oratio anniverſaria Harveyana in Theatro* Coll. Reg. Med. Lond. *habita* a. 1723. *adjecta eſt diſſ. de nummis quibuſdam Smyrnæis in medicorum honorem percuſſis.* Lond. 1724. 4. Leid. 1725. 8. In oratione medicinæ ſera dignitas & nobilitas adſeritur; quo faciat lex Athenienſium, in qua ſervos & feminas medicinam feciſſe vetitur. Chirurgos & unctores nomen medicorum ſibi ſumſiſſe, eos eſſe medicos ſervos & libertos quorum monumenta veterum meminerint. Multas familias Romanas artem exercuiſſe. Hæc oratio occaſionem præbuit liti medicis a CONYERS MIDDLETON excitatæ, qui ſervilem medicorum conditionem fuiſſe adfirmat.

Altero libello nummi deſcripti & depicti dantur, quos ex Græcia & Aſia minori D. CHISHULL retulerat, MEADIUS ſuos fecerat. Scholæ duæ fuerant, ERASISTRATÆORUM & HEROPHILEORUM. Illorum frequentes nummi ſunt, HICESIUS, APOLLOPHANES, JASON, HERMOGENES, in quorum capitibus inſignia artis medicæ expreſſa ſunt. HEROPHILEORUM pariter aliqui hic nummis illuſtrantur, XEUXIS, ATHENAGORAS &c. In notis hiſtoriæ horum medicorum illuſtrantur. Oſtenditur nummos medicorum eſſe, eoſque in civitate majores magiſtratus geſſiſſe. Subjunguntur Romanarum familiarum nummi, AESCULAPIO, HYGEIA, TELESPHORO inſigniti. Nummus elegans HIPPOCRATIS.

SUTTONUS facilem modum invenerat quo abſque ſumtu ignis ope culinaris, aer putridus & corruptus de nave extraheretur. Valde queritur SUTTONUS etiam de bene meritis alioquin viris, qui nihil neglexerint quo infeliciter experimentum eveniret. Noſter ſimplicitatem & efficaciam artificii propria diſſertatione retulit & obtinuit ut experimentum fieret. SUTTONUS edidit a. 1749. 8. ſuum Scriptum *Hiſtorical account of a new method for extracting, the foul air out of the ſhips.* Lond. 1749. 8. huic adjectus eſt ſermo *of the ſcurvey* MEADII qui in operibus omnibus deſideratur, ea excepta quam dedit CL. COSTE. Morbum oriri ab humiditate cum putredine conjuncta, quo turba hominum conferat in navem conſtipatorum, & ſordida aqua. Ut morbus invaleſcat ſanguinem de vena nigriorem fluere, totus præterea diſſolutus. Exemplum calli oſſium diſſoluti a ſcorbuto, quo per diætam vegetabilem curato callus ſe confirmari paſſus eſt. Salem fontanum melius carnes condire quam marinum, quod valde improbabile. Exempla ſcorbuti diæta vegetabili ſanati, & ſervos navales celerrime convaleſcere in terram depoſitos. Laudat acetum ad longas potiſſimum marinas expeditiones.

Ej.

Ej. *De variolis & morbillis.* Lond. 1747. 8.

Anglice 1748. 8. *On ſmall pox and meaſles* germanice Augsſp. 1762. 8.

Latine jam prima rudimenta ſcripſerat a. 1719. Freindio teſte. Idem a. 1721. regis juſſu experimentis adfuerat teſtis, quibus de inoculationis effectu volebat conſtare. Conditus liber & eloquens. In præfatione aſperiuſcule Woodwardum tractat, ſibi etiam conſilium purgandi in ſecunda variolarum febre tribuit quod Freindio amico ſuo aperuit. Peſtis genus eſſe in Africa nativum. Hottentottas vallo & præſidio contra variolas ſe muniviſſe. Chinenſes varioloſas cruſtas ſiccas naribus reſorbere, cerebrum & nares gravius inde laborare. Variolæ malignæ, quo verrucoſæ & ſanguineæ & cryſtallinæ. Sanguis per urinam oculos & aures. In primo ſtadio eruptionis bis vel ter venam ſecat, tum ſi convulſiones adfuerint ante eruptionem, etiam alvum ſolvit, ita feliciores erumpere. In malignis nitrum dat, in ſanguineis Oleum vitrioli, Corticem peruvianum & veſicatoria emplaſtra. In confluentibus gangrænam fieri, ſuperari tamen inciſionibus & fomentis ad gangrænam ſolitis. Specifica medicamenta nova ſperat; In teterrimo caſu ſalivæ fluxus felix. Nonnumquam eundem hominem bis variolis infici. In inſula Chriſtophori afri ſervi numeroſi inoculatione ſervati. In morbillis in principio morbi venam ſecat, dat medicamenta pectoralia cum nitro. Summum eſſe a peripneumonia periculum, quæ fere cum hoc morbo conjungatur. Inſitionem enixe laudat.

Adjectus eſt Rhazes de variolis commentarius a tribus viris linguæ peritis latine verſus. Plurima Rhazeo Noſter tribuebat.

Ej. *Medicina ſacra ſ. de morbis inſignioribus qui in bibliis memorantur.* Lond. 1749. 8. Amſterd. 1749. 4. cum l. de venenis. Lauſann. 1761. 8.

Anglice verſus a D. Strak. Lond. 1755. 8. Fidei ſuæ firmitatem demonſtrat, ut decet utilis theologi filium, noceri vero bonæ cauſæ, quando ſupra verum miracuſa ornantur. Lepram cum veſtibus inficere nihil eſſe inſoliti, lanam enim contagia promtiſſime propagare. Lepram ædium etiam explicat, eſſe efflorescentias in parietibus, fere ut nobis nitrum ſolet. Sermonem Salomoneum de ſenectute aliter interpretatur quam vulgo ſolet. Piſcinam Betheſdæ, ſolam aquam habuiſſe bolo rubra prægnantem quæ potiſſimum circa feſtum tabernaculorum validior fuerit. Obſeſſos fuiſſe furioſos, lunaticos, epilepticos, curationem etiam addit.

Ej. *Monita & præcepta medica.* Lond. 1751. 8. Leid. 1758. 8. Hamburg & Lipſ. 1752. 8. Venet. 1754. 8. Paris 1757. 8. Lipſ. 1759. 8. Anglice vertente Strak. Lond. 1751. 8.

Germanice

Germanice *Mediciniſche Erinnerungen und Lehren* vertente G. MOLLER. Francf. 1759. 8.

Plurimis notis auctas a CLIFTONO WINTRINGHAM rediit. Lond. 1735. 8. quam editionem ſuo loco dicam.

Senex nova ex adverſariis ſuam per experientiam ſibi probata recoluit, addidit quæ ſcribenti in mentem veniebant. STAHLIANAM ſententiam præfert, cum putat per eam theoretice & practice materiam morboſam demonſtrari. Morbi. Criſium optiones. Sudor, periculo pleniſſima hæmorrhagia ſi delirium cum febre conjunctum fuerit. In febre continua veſicatoria commendat, in peticulari ſudorifera, Serpentariam, Contrayervam &c., tamen cum nitro acida minercalia. In pleuritide ſanguini hirci non nihil tribuit, tunc ſalibus alcalinis volatilibus. In febribus intermittentibus cortici peruviano rheum addit. In phthiſi cum tuberculis cortici confidit, nocituro tamen ſi pus in pulmone collectum fuerit, vaporem ibi ſuccini, benzoes, balſami tolutani laudat. Vomicæ facilius ſanantur. In apoplexia occiput ſcarificat. Angina in qua linguam & uvulam incidere neceſſe fuit. In ileo hydrargyrum dabat deglutiendum. Vermes raſo ſtanno & muſco corallino arcet. Tympanitis a colo inteſtino gangrænoſo. Quando calculus cum dolore per ureteres protruditur, clyſteres dat & opium. Suum eſſe inventum muſcas obvolitantes non reſidere in humore aqueo. Podagram victu vegetabili lenit. Lienem in ſcorbutico omnino maximum fuiſſe. Helleborum nigrum peculiari vi menſes pellere. Adverſus fluorem uterinum alumen cum melle ægyptiaco injicit. In longo partu opium dat.

EJ. *Pharmacopœa Meadiana* P. I. Lond. 1756. 8. P. II. 1757. 8. P. III. 1758. 8.

Primum formulæ ex ordine morborum, cum adjunctis adnotationibus practicis de vera utilitate medicamentorum quæ in officinis proſtant. Multum tamen chelis cancrorum & ejuſmodi antiquis medicamentis utitur. Deinde formulæ cum morborum hiſtoriis. Morbi vulgares, neque ideo labor minus utilis, eventu ſcriptionum interpoſito. Intercedunt cadaverum inciſiones. Sarcoma de utero dependens ſex librarum. Demum quatuor libelli peculiares. 1. De calculo, quem ſola chirurgi manu curari putat. 2. De cancro. 3. De ſtruma ſ. ſcrofula; purgantia dat, lignorum decoctum. Non repugnat operationi. Hæc omnia in omnibus editionibus operum conjunctorum deſunt.

Operum Viri illuſtris pluſculæ editiones prodierunt.

Latina 1751. 8. & 1757. 8. Neapoli 1752. 4. 1758. 4. Gœttingæ 1748. & 1749. 8. 2 vol.

Anglice

Anglice 1744. 8. 1762. 4.

Gallice vertente COSTE. Bouillon 1774. 8. 2 vol.

In editione Gœttingenſi Ill. OEDERUS ea latine reddidit, quæ ab auctore non erant latine ſcripta, deſunt autem monita medica & l. de ſcorbuto.

Editio Pariſina ea quæ MEADIUS non ipſe latina dederat, vertit ANNA CAROLUS LORRY, OEDERIANAM editionem non vidit. Reperiuntur in ea Medicina ſacra & Monita medica.

Gallica verſio D. COSTE medici in noſocomio Nancyenſi plenior eſt, quod l. de ſcorbuto contineat. Notas numeroſas præterea editor adjecit, quas ſuo loco repetamus, præter eas quæ proprie ad MEADIUM pertinent. Verſionem RHAZES contra eam tuetur quam PAULET dedit ad editionem CHANNINGII. MEADIUM paſſim contra WINTRINGHAMI refutationes tuetur. Vita excerptum eſt ejus quam dixi.

§. DCCCCXCVIII. J. ASTRUC.

Vir inter Gallos ex doctiſſimis, profeſſor Toloſanus inde Pariſinus Doctor, aliquamdiu Auguſti II. archiater, ex paucis latine ſcripſit, multorum operum auctor, etiam ad hiſtoriam naturalem atque philologiam ſpectantium. Idem longævus.

EJ. Tr. *de motus fermentatorii cauſa.* Monſpel. 1702. 12.

EJ. *Reſponſio ad* FR. VIEUSSENS *animadverſiones de cauſa motus fermentatorii.* Monſpel. 1702. 4.

EJ. *de ciborum coctione* quem fermentationi tribuit, trituram refutat, fere etiam ad diætetica referas.

EJ. *de la digeſtion des alimens pour prouver qu'elle ſe fait par le moyen d'un levain.* Montpel. 1710. 4.

Memoire ſur la digeſtion de alimens. Paris 1711. 12. Montpel. 1711. 4. CARR. etiam cum HECQUETIANIS 1730. T. II.

Tr. *de la digeſtion pour detourner le nouveau ſiſteme de la trituration.* Toulouſe 1714. 12. Morbos ventriculi, nauſeam, cruditatem, anorexiam non poſſe ex tritura explicari. Carnem quam piſces & *macilenta* cibum eſſe ſalubriorem & magis nutrire.

Epiſtolæ quibus reſpondetur epiſtolicæ diſſertationi THOMÆ BOERII & GREGORII *de cauſis concoctionis ciborum.* Toulouſe 1715. 12.

EJ.

Ej. *Diſſ. an judicii exercitium ſ. rectum ſ. depravatum a cerebri mechaniſmo & qua ratione pendeat.* Montpel. 1718. 8. Burm.

Ej. *de hydrophobia.* Montpel. 1720. 12. Hydrophobia ſero erumpens. Carnem ſubito putreſcere.

Ej. *Sur l'origine des maladies epidemiques principalement de la peſte.* Montp. 1721. 8. gallice. Morbi character, natura contagioſa, celeritas, periculum, Bubones & carbones frequentia ſunt ſymptomata, non tamen perpetua. In aliqua regione primum naſci, potiſſimum in Æthiopia. De peſtilentiis celebrioribus relatio. Peſtilentiam a. 1348. quintæ & demum centeſimæ parti hominum peperciſſe. Peſtem Maſſilienſem utique Sidone cum nave adventam. Sic in aliis urbibus a contagio primum natam. Morbus eſt peregrinus ex Europa. Hinc intra aliquot annos fere quinquaginta ſponte exſtingui. Cauſa peſtis humidus & calidus aër. In regionibus paludoſis morbos malignos reddi maligniores; in provinciali peſte ventus calidus humidus pernicioſus fuit.

Ej. Tr. *ſur la contagion de la peſte ou l'on prouve que ce mal eſt contagieux.* Toulouſe 1724. 8. 1725. 8. Astr.

Nullam Maſſiliæ & in Gallia peſtem fuiſſe priuſquam navis Sidonia adveniſſet. Vomitu oſtendit per gulam advenire. Excerptus eſt in magna collectione, 1744. 4.

Ej. *Diſſ. ſur la peſte de Provence* gallice & latine. Tiguri 1721. 4. inde Montpel. 1722. 8. Peſtem a coagulatione humorum eſſe aque acido veneno. Numquam niſi a contagio peſtem perceptam fuiſſe. Ex literis Garidelli ſanguinem fere concreſcere & in vaſa congeſtum reperiri. Integra familia extincta cum ſubito infecta eſſet. Cœnobia inviolata manſiſſe media in peſtilentia. Aliam eſſe peſtem humanam aliam luem pecorum, de beſtiarum morbis aliqua. Ut publicæ valetudini proſpiciendum peſtis tempore. Utique in peſte contagium eſſe. Non eſſe ab aëre neque ab alimentis. Tutos fuiſſe qui ſe incluſerint, ut veſtales virgines. Hæc Scheuchzer. Astrucius morbum ex coagulatione exponit, hinc laudat æthiopem mineralem, &c. Analogiam aliquam ſuſpicatur inter luem veneream eſſe & peſtem.

Redit in Collect. ſur la peſte p. 546. Paris 1744. 4.

Ej. *Memoires pour l'hiſtoire naturelle de Languedoc.* Paris 1737. 4. Aquarum Balarucenſium hiſtoria datur, moduſque quo iis ægroti utuntur. Valide purgare, ventriculum confirmare. Balneum etiam in uſu eſſe. Sic de thermarum Tœplicenſium uſu, non ipſe Astrucius eas adiit. Balneum tamen vix ſupra 30 minuta ferri. Sed etiam bibi, per lotium reddi. De ventorum natura.

Ej. *Tractatus pathologicus.* Genev. 1745. 8. Venet. 1748. 4. Paris 1766. Ab

Ab auditore aliquo editus. Bonum compendium ſatis planum, copioſas morborum cauſas continet, obſervationes tamen paucas admiſcet. Pulſuum differentias ex antiquis plurimas repetit.

Ej. *Tractatus therapeuticus.* Genev. 1773. 8. 1753 Lorry. Venet. 1748. 4. Bibliopola cum nomine de la Mothe habuit, ſed eſt codex prælectionum Astrucii additis nonnullis ex Boerhaavii de viribus medicamentorum opere. Non malo vero ordine neque inconcinnus l. continet P. I. formulas medicamentorum. In II S. 1. aliorum auxiliorum recenſionem. In S. 2. indicationes veræ ad cognoſcendum morbi ſtatum, ejus cauſas & auxilia idonea.

In litibus medicorum Pariſinorum cum chirurgis multus fuit Astrucii labor. Nomen rarius præfixit, ſed tamen in *lettre ſur un écrit intitulé ſecond memoire pour les chirurgiens.* Paris 1737. 4. In *vita* Lorryus Cl. viro tribuit (*). Ad hiſtoriam medicinæ pertinet. Luem veneream curandi rationem inventum eſſe medicorum Italorum, ab iis Theodoricum de Hery habuiſſe. Calmetteum a medicis Pariſinis ſuis fautoribus adjutum fuiſſe tum ab Adamo Fontaine qui librum emendaverit. Carpensem medicum fuiſſe, medicis Johannem de Hery adnumerari poſſe, ſed remedium luis non inveniſſe. Antonium le Cog frictionem in Franciſco I. adminiſtraſſe, Paulum Theodoricum exſcripſiſſe.

Seconde lettre 1738. 4. Sanandæ luis curam ſpectare ad medicos.

Troiſieme & quatrieme lettre à M. de Laine *ſur un écrit intitulé reponſe d'un chirurgien de S. Come à la lettre de* M. Astruc. ib. 1738. 4. Johannem. De Vezo nihil inveniſſe. Dudum ante Theodorum medicos Gallos Romam petiiſſe.

Cinquieme lettre ſur l'extrait qui a été fait de la quatrieme par de la Fontaine. 1738. 4. Berengarium Carpensem utique medicum fuiſſe. Chirurgos ſua a medicis habuiſſe.

Ejd. tribuitur *Etat des conteſtations entre la faculté de medicine & les communautés de M. les chirurgiens & le S. de la* Peyronie. Paris 1747. 4. Pro medicorum prærogativa. Ab antiquiſſimis retro temporibus nuſquam in regno chirurgum ullum receptum fuiſſe, niſi præſentibus & conſentientibus medicis. Franciscum *de la* P. ambitioſe ſibi privilegium tribuendorum honorum chirurgicorum adrogare. Medici petunt ne chirurgis medicinam facere liceat, neve majoris momenti curationem adgrediantur niſi præſente medico.

Ej. *de la neceſſité de maintenir dans le Royaume les écoles de Chirurgie qui y ſont*

(*) P. XLVIII.

ſont établies dans la faculté de Medecine. Paris 1749. 4. Facultatem Pariſinam duos profeſſores chirurgiæ conſtituiſſe, qui abſque ſtipendio artem doceant. Vix uſquam a Regia munificentia ſublevari, & annonam utique mereri qui chirurgos doceant.

EJUS magnum & præcipuum opus *de morbis venereis* L. IX. Paris 1740. 4. (in editione 1735. fuerunt octo) Venet. 1760. 4. 2 vol. quæ editio aucta eſt cum IMMAN. BERTINI Diſſ. de uſu mercurii. Gallice. Paris 1755. & alia 12. 4 vol. Anglice. Lond. 1754. 8. SMITH. Germanice vertente GOTTLOB HESSE. Leipz. 1761. 8.

Doctum certe opus. Partes præcipue duæ, quas breviſſime recenſeo nimius ne ſim. Libros noſter legit quos ſibi potuit curare omnes, ex ordine chronologico, certe permultos in aliis etiam præter Gallicam linguis ſcriptos. Singulos quatenus ad luem veneream pertinent excerpſit & iis quæ propria habent ſuum judicium addit. Certe opus in quo nullos ſupereſſe errores & omiſſiones nullas, non dixerint paucos puto.

In prima parte operis multo labore contendit oſtendere, luem veneream eſſe morbum ab omnibus aliis diſtinctum novumque, ab Hiſpanis ex America nobis allatum, etſi etiam in aliis zonæ torridæ regionibus Africæ endemius reperiatur. Varia ratione contagium communicari, dum partes molles humidæ mutuo contactu fricentur & calefiant, numquam autem certius quam in ipſa Venere. Morbi fomitem numquam in noſtro corpore generari, ſed in ſanguinem receptum mire multiplicari. Clam tamen in corpore ſæpe per annos latere abſque indicio, ſed vividum tamen, qui occaſione aliqua data recrudeſcit & aucta ferocia ſe explicat conſpicuum. Solum hydrargyrum hoc malum fideliter & efficaciter curare. Salivam inde moveri, ſive inungas, ſive ſuffias, ſive per os ſumas, præſtare tamen illitum. Melius vero operari ſi quam lentiſſime ſanguini admiſceatur, omnes vero præparationes minus conducere. Neque neceſſe videri corpus humoribus exhaurire, neque ſalivæ fluxum neceſſario cieri.

Inter luem veneream & venenum peſtilentiale analogiam intercedere, & æthiopem peſti convenire.

Inde longo ordine ſymptomata cum ætiologia & curatione. Porro catalogus medicamentorum.

Subjectæ diſſertationes, quarum in prima noſtra curandi ratio comparatur cum Sinenſium medicorum curatione. Sinenſes ipſi ſalivam hydrargyro cient, miſto ex puro hydrargyro & dulci (*) addunt decoctum buſonis & decocta ſudorifera.

(*) Vix dulci ſed præparato ex vivo cujus deſcriptio parum genuina eſſe videtur. BR.

riſera. Noſter contendit in pilulis nimis parcam eſſe hydrargyri doſin, emplaſtrum vero ſolummodo ad ulcera eſſe, fumoque nimis debili uti. Quare etſi morbus mitior eſt, in eo curando tamen minus felices ſunt.

EJ. *Diſſ. inauguralis pariſina. E. in anatomia ſubtiliori medicina certior.* Paris 1743. 4.

EJ. *Colicæ pictonum rectius cardialgiæ conducit venæ ſectio in cubito.* Paris 1757. De plumbo nihil habet. Morbum eſſe medullæ ſpinalis.

EJ. *Doutes ſur l'inoculation de la petite verole propoſés à la faculté de Paris.* Paris 1756. 12.

EJ. *Traité des tumeurs & des ulceres ou l'on tache de joindre à une theorie ſolide la pratique la plus ſure & la mieux eprouvée. Avec deux lettres.* 1. *Sur la compoſition de quelques remedes.* 2. *Sur la nature & le ſucces des nouveaux qu'on propoſe pour la gueriſon des maladies veneriennes.* Paris 1759. 12. 2 vol. *. auctoris nomine omiſſo. Latine Venet. 1766. 4. 2 vol. Germanice Dreſd. 1761. 8.

Pus ex ſanguine fieri. De tempore legitimo aperiendorum abſceſſuum. Corticem peruvianum in Gallia gangrænam non ſuppreſſiſſe. Arcanum YVONIS de la MOTTE eſſe mitiorem aquam fortem. Furunculi ſedem eſſe in glandula ſebacea. De vena medinenſi ſubcutanea cum bibliographia. Herpetem ſæpe ſalutarem eſſe neque debere ſupprimi. Febrem *la porcellaine* idem Arabum Eſſera malum eſſe. Scabiem præcipitato albo curari. Ephelides incurabiles eſſe, ſponte vero evaneſcere quæ ex graviditate oriuntur. Tineæ ſedem eſſe in bulbillis capillorum, eam cauſam eſſe, ob quam capillos evellere neceſſe ſit, id ſuum inventum eſſe, dari caſus ubi ad pericranium uſque eradere oporteat. Nævos non eſſe a materna imaginatione, Gummi Gutte utile adverſus anaſarca. Fuſe de hydatidibus, per vomitum dejici, & per alvum, & hepar in tabido hydatidibus plenum fuiſſe.

T. II. Cancri nullum eſſe peculiarem humorem, non ſatis firmo experimento. Clavos eſſe unice a calceis neque in diſcalceatis reperiri. Periculum eſſe ſi in tendine radiculam firmaverit. Ad ſcrofulas medicamentum D. ROTLOV & aquas Barregas. Strumas in thyreoidea glandula habitare, ab aqua glaciali oriri, ſpongiam commendat, tum inciſionem & deſtructionem erodentibus involucrum, Gummi oſſium. Tumor alterius orbitæ alterum oculum de ſede expulit, nervi, vaſa, membranæ in unam maſſam duram degeneraverant. Emphyſema de ore per ulcus meatus auditorii per ſubcutanea ſpatia continuabatur, ad hoc malum frigus proficuum videtur. Reliqua vide in chirurgicis.

In Epiſt. I. De vino MOURATI aliiſque ad ſcorbutum medicamentis. Vinum ſinapi recipere & ſal ammoniacum. Contra KEYSERI pilulas antivenereas, tamen

hydrargyrum

hydrargyrum eſſe in acido liquore ſolutum, nauſeam facere etiam vomitum. KEYSERUM pilulis non perficientibus ad fumigationem confugere. Suſpicatur ſublimatum mercurium ſubeſſe, TURNERUM agyrtam vidiſſe eo hydrargyro uſum, BOERHAAVIUM in aqua ſolvere. Inutile eſſe medicamentum.

Recueil de pluſieurs pieces concernant le traité des tumeurs & des ulceres. Paris 1759. 8. In priori diſſertatione ASTRUCIUS contra A. VAN DER MONDE defenditur. Dudum ante FRANCISCUM QUESNAI ASTRUCIUM eadem docuiſſe, quæ nunc in libro expoſuit KEYSERI pilulas hydrargyro fieri in aceto ſoluto, obſolevíſſe, teſtimonia etiam adducuntur infelicis aut fruſtranei uſus. Colicos dolores ciuiſſe & vomitum. Quæ eas pilulas ingrediantur, a pharmacopolis FIAT & CADET oſtenſum eſſe.

Varia ſcripta contra hunc librum edita dicemus.

EJ. *Tr. des maladies des femmes.* Paris 1761. 12. 4 vol.

Germanice Dreſd. 1770. 1772. 8. vertente CHRIST. FRID. OTTO.

Latine Venet. 1767. 4. 2 vol.

Prodierant *Treatiſe on all the diſeaſes of woman.* Lond. 1747. 8. quæ ſunt Aſtrucii prælectiones. (Aliam verſionem citat CARR. Lond. 1762. 8. BR.

Poſt paradoxam uteri anatomen medicamenta recenſet ſimplicia etiam chemica, inter illa non expectaſſem refrigerantem ſalem ammoniacum, neque ſales medios, neque æthiopem aut cinnabarim, quam tamen cum panacea mercuriali pro efficaciſſimo habet remedio. Polium omittit, Chamomillam debilem vocat, ferri pulverem dat, I. & II. de chloroſi agit, de hæmorrhagia, de fluore albo, de menſium ſpontanea ceſſatione. In choroſi colorem ſanguinis corrumpi; Adverſus hæmorrhagiam aquam dat RABELII. BAGLIVI ſignum quo gonorrhæam a lue venerea diſtinguit non fidum eſſe. Adverſus fluorem album caro bubali fumo indurata. Contra uſum internum plumbi varie larvati & ſublimati enormes doſes, trium granorum & ultra. Menſes vetulis reſtitui periculoſe.

Cum L. II. prodiit caput latinum de furore uterino, ne gallico ſermone caſtis auribus moleſtus eſſet.

Tom. III. Morbi uteri proprii. Inflammatio. Inter auxilia vix diſtinguas quæ auctor fida expertus ſit, quæ non. Cortici peruviano ipſi extractum comitis de la GARAYE præfert. Ulcera uteri benigna. Cacarilla cum tartaro emetico ſolubili ad ſcirrhos uteri. Thermæ vici Baragos. Cicutam in cancro neque boni quid præſtitiſſe neque valde nocuiſſe.

T. IV. Morbus hyſtericus. Catalogus morborum uteri. ARETÆUM, GALENUM facit empiricos. Laudes SENNERTI quem RIVERIUS exſcripſerit. Simarubæ non fidum effectum eſſe. Febrem miliarem *Frieſel* novum morbum eſſe. De inoculatione. Cæterum hic catalogus parum plenus eſt.

Succeſſerunt a. 1765. Tom. V. & VI.

T. V. De morbis agit prægnantium earumque cura, quam ſui gerere debeant & fetus, deinde pueri nuper nati. Hæmorrhagiam ſuperaſſe injecto aceto gelido. De metaſtaſi lactis in cellulosa ſpatiola.

T. VI. De mammarum morbis. Facile fieri ut glandulæ mammæ induratæ pro veris ſcirrhis habeantur, ita fieri ut putent medici ſe ſcirrhos ſanaſſe; FERNELIUM tamen anno ætatis 72 obiiſſe. Aliqua contra cenſuram in diario *Journal des ſcavans*.

T. VII. ſ. *l'art d'accoucher reduit à ſes principes*. Paris 1766. 12. Anglice 1766. 8. Primum hiſtoria & cenſus obſtetricum celebrium. THEODORUM PRISCIANUM ad octavum ſæculum rejicit, qui auctor ſit epiſtolarum ad SALVINUM. Magni facit poſitionem uteri obliquam. Primos dolores eſſe a motitatione pueri. Raram eſſe vitioſam pelvis fabricam. Conſilia pro obſtetricibus etiam caſuiſtica.

ASTRUCIUS præter gentis morem in indicibus copioſus fuit.

EJ. Et reſp. Cl. de la POTERIE qui auctor eſt. *E. inciſione corneæ in curatione corneæ præferenda embroche*. Paris 1766. 4.

EJ. *Lettre à* M. H. *Journal de Trevoux*. 1731. fol. Schema hiſtoriæ profeſſorum medicinæ Monſpelienſium. De auctoribus hiſtoriæ ejus ſcholæ.

Poſthumum ejus opus prodiit *Memoires pour ſervir à l'hiſtoire de la faculté de medecine de Montpellier revue & publiée par* Mr. LORRY. Paris 1767. 4. Præfixa eſt vita ASTRUCII. Scholam Monſpelienſem ante a. 1050 jam celebrem fuiſſe, non ſatis ſolide demonſtrat facultatem medicam reliquis antiquiorem eſſe, præcedere etiam Salernitanam quæ a. 1237. orta ſit & Pariſinam. Anno 1380. & alias medicis non doctoribus jus curandorum ægrotorum interdictum eſſe. Anno 1376 facultati Medicæ quovis anno cadaver conceſſum quæ tamen ars, notante LORRYO inventis minime fecunda fuerit. Privilegia & ſtatuta ſcholæ medicæ. Hortum magnificum HENRICUS IV. inſtruxit, chemiæ cathedram LUDOVICUS XIV. 1715. Curſum intra annum abſolvere intra 40 lectiones. Examina candidatorum longa & difficilia. Vitæ breves medicorum Monſpelienſium, BENGELLA non fuit CAROLI M. archiater qui a. 1275 vixerit, neque auctor academiæ Monſpelienſis. ARNOLDUM DE VILLA NOVA vere aurum

aurum arte præparaſſe. Laudes GUIDONIS de CAULIAC, RAIMUNDI de VINARIA, peſtis hiſtoriam bonam eſſe, Zoſterem etiam primum dixiſſe. Mireris ſilere de RICHERI de BELLEVAL tabulis, quas Cl. GILIBERT (GOUARIN in Bib. Botan.) edere incepit. Litigioſum fuiſſe hominem, CHIRACI lites. Medici qui Monſpeliis ſtudiorum gratia vixerunt. Contra RABELAYUM & de VIEUSSENIO non mite judicium.

LORRYUS ASTRUCIUM laudium academiæ Monſpelienſis ſtudioſiſſimum ſolet refutare quoties ſuæ laudes Pariſinæ ſcholæ nocere videntur. SYLVIUM in exemplo Pariſiis non Monſpeliis artem didiciſſe. Monſpelienſem ſcholam non eſſe Pariſinæ antiquiorem.

Ad hiſtoriam etiam medicinæ & Arabum potiſſime aliqua habet. ARNALDUM primum fuiſſe qui Arabes non compilaverit. Copioſas notas adjecit.

Adjecta eſt operi ASTRUCII FRANCISCI RANCHINI *de Monſpelienſis academiæ origine Apollinarium ſacrum &* GUILIELMI PELISSIER *facultatis Monſpelienſis bibliotheca.* ZANCHINUS *privilegium ſcholæ,* PELISSIER *brevem medicorum Monſpelienſium hiſtoriam habet.*

Bibliothecæ catalogum dedit Bibliopola, 1766. 8. Non multi libri ſed rari plures.

Vita extat in *Galerie francoiſe.*

§. DCCCCXCIX. VARII.

J. PALFYN chirurgus Gandavenſis quem vidi annui itinera Pariſios etiam Leidam ſuſcipere, quo nova anatomica & phyſiologica inventa colligeret. Medici proprii argumenti nihil ſcripſit, varia tamen adnotata ſuis chirurgicis & anatomicis admiſcuit.

In *Naauwkeurige Beſchryving der beenderen van's menſchen lychnam.* Gendt 1702. ſæpe recuſo, Germanice. Breslau 1730. 8. Gallice. Paris 1731. 8. cum morbis oſſium theoriam conjungit. De dentium morbis. A hydrocephalo diſcedentes ſuturæ calvariæ. Gibbus ut fiat. A vulnere poſt plurimam ſanguinis jacturam demum longum poſt tempus ſubnato ulcere, cauſtico medicamento ſuppreſſus ſanguis.

In Gallica editione. Paris 1731. 12. *. aliqua, plura ad morbos chirurgicos pertinentia adſunt.

EJ. *Deſcription des parties de la femme qui ſervent à la generation &c.* Leid. 1708. 4. Paſſim interſperſæ adnotationes clinicæ. Partus difficilis a FRANCISCO MAURICEAU expeditus, cum purgans medicamentum dolores ſuſcitaſſet,

taſſet, anguſtiam pelvis ſuperare non potuiſſe. Fetus in utero materno retentus, cum ob hydropem per abdomen ſauciaretur, oſſa, capilli, ſebum hydatides prodierunt. Miſeram porro pro obſeſſa habuerunt ſuperſtitioſe, fetus in ſacculo craſſiſſimo continebatur, dentium nempe ſuperſtes ſeries oſſa & capilli. Alia cyſtis utero adnata ampliſſima, effectus lapſus infelicis, intus ſphærulis pleni inter ſe communicantibus ſero turbido plenas. Collectio monſtrorum etiam morborum nonnullorum ex Tulpio & aliis.

Ej. *Naauwkerige Verhandeling van de voornaamſten handwerker der heelkonſt.* P. I. Leid. 1710. 4. Germanice. Nurnb. 1717. Ut in aliis chirurgiæ compendiis agit etiam de hydrope, empyemate, angina, aneuryſmate. Ita in capite de empyemate agit de diſcrimine abſceſſus in pectore collecti, & in hepate, etiam in pericardio demum de empyemate, hujus exempla, etiam in ſcroto, cum quo ſimilis aëreus in pectore inque abdomine tumor continuabatur, quod inciſum aërem emiſit.

Idem collectionem edidit cum qua ANTONII PETIT morbi oculorum, epiſtolæ WOOLHOUSII ad PALFYNIUM, & D. ANELLII l. de fiſtula lacrumali, aliqua etiam de cataracta & natura iridis ex Monumentis Acad. Scient. Leid. 1714. 4. WOOLHOUSII epiſtola de cataracta agit, diſſertationes adjectæ ſunt. Vermes in ductubus lacrumalibus & palpebris.

Ej. *Heelkundige ontleeding von menſchen lichnam.* Leid. 1718. 8. *Anatomie du corps humain avec des remarques utiles a un chirurgien.* Paris 1726. 8. 2 vol. recuſa gallice cura A. D. BOUDOU. Paris 1734. 8. 2 vol. *. & multum emendata atque aucta ab ANTONIO PETIT.

Italice verſa a JOHANNE LARBER. Venet. 1758. 4. 3 vol. *. hinc in germanicum ſermonem reſtituta a D. HUTH. Nurnberg 1761. 4. *. PALFYNUS ſolet ubique morbos partium chirurgicos adjicere, qui nonnumquam etiam ad medicinam magis ſpectant. Oſſa emollita vidit in femina, de qua SAVIARDUS & oſſa mollia a DUVERNOYO oſtenſa. Obſtetrices lue venerea infectæ, quod feminis eo morbo laborantibus opem tuliſſent. De calculis felleis collectæ adnotationes. In COLBERTI ureteribus impacti calculi, quos urina perforaverat, ut ſibi viam aperiret. A gonorrhœa iſchuria; Gangræna ſcroti, felici eventu ab auctore ſanata. Strumæ audax & infelix curatio. Hæc ex T. I. editor notulas adjecit. T. II. quem in titulo ajunt totum *correctum* eſſe, vix mihi mutatus videtur. Acceſſerunt autem centum obſervationes RUYSCHII quæ cum Muſeo prodierunt & ANTONII BRISSEAU ſex obſervationes.

In editione quam curavit ANTONIUS PETIT. Paris 1753. 8. 2 vol. plura emendata ſunt & perfecta, equidem anatomica potius quam alia. Oſteologia tota nova eſt, novæque & multo meliores oſſium icones. In reliquis partibus anatomes pluſcula etiam noſter adjecit neque tamen ab antiquis diſtinxit. Ita repetite

repetite inteſtina in ſe mutuo ſuſcepta vidit. Animi deliquia nata a vacuato abdomine, ab hepate diaphragma non ſuſtinente, quando ipſum ab inteſtinis nunc male ſuſtineretur. Tibia bis fracta abſque claudicatione ſanata. Mortuum nervum tamen a lapide infernali adrodi, germanice vertit G. L. HUTH. Nurnberg 1761. 4.

Iterum in editione LARBERIANA plura reperio medici & chirurgici argumenti. Per tuſſin ejectus calculus corallii ſimilis, ita ſanitas reſtituta. Poſt morbum atrabilarium ſeptemdecim in pulmone corpuſcula piſiformia. In ſcirrho maligno cavea cum canali per quem ichor exibat. Inciſiones cadaverum morboſorum multæ & experimenta quæ inſenſilem naturam membranarum demonſtrant. Monacho ventriculus eroſus & ſanguis funeſto eventu effuſus. Icterus & alvus ſicca a tribus calculis in veſicula fellea. Calculi circa acus nati. Mala cerebri abſque terebratione curata. Calculi de pulmone felici eventu egeſti, aut a morte reperti. Epiſtolæ VALSALVÆ & LANCISII.

§. M. VARII.

JOH. LINDER poſtea LINDENSTOLPE diſputavit *de heſperidum pomis*. Aboæ 1702. 4.

EJ. *de virulentia luis venereæ*. Upſal 1708. 4. Præſ. ROBERG. Ex venere cum ſimiis ortam.

EJ. *de venenis prodromus*. Lond. 1708. 12. Recuſus & animadverſionibus illuſtratus a C. GOTTFR. STENZEL *L. de venenis in ordinem redactus & animadverſionibus auctus*. Lipſ. 1739. 8. Collectanea de venenis quæ numeroſiſſimis aliis compilatis editor auxit. Neque ideo LINDERUS minor compilator cenſendus eſt. Multas adnotationes proprias habet quarum aliquas exſcribo. Primam gonorrhœam magis dolorificam eſſe. Noxarum exempla ex coloribus venenatis quibus pueri pingunt, arſenico rubro, ſmalta &c. A croco metallorum hypercatharſis, mors. Sic per mineralia. Mortes militum ſubitæ in caſtellis recenti calce illitis; a vapore calefacti hypcocauſti frequentes vomitus, ſomnus, ipſa mors. In lapide calcario acidus ſpiritus. Aquæ lapide Lazuli & armeno impregnatæ venenatæ. Nummi a fulgure conferruminati. Venena animalia.

Leporum marinorum vapor oculos inflammat, ſternutationem ciet, cimices fugat. Scolopendræ per nares excuſſæ exempla. Vermem brevem vento adflatum tumorem faciei manuumque facere & febrem. Noſter aſthma paſſus ex hauſto fumo incenſorum coriorum balenæ cum adipe deflagrantium. HOTWENIUS pia fraude feminam hyſtericam ſanavit, quæ ſerpentem in corpore ſe

 alere

alere perſuaſa erat. Ab aranea cum vino infuſa anxietas, deliquium animi. Equus ab apibus occiſus. A catello demorſus ſi recte intelligo adſtantes & viciniam infecit. De veneno peſtilenti digreſſio. Morborum per aliquot annos cum tempeſtate conſenſus. Peſtis a putreſcentibus cadaveribus. Sed plura perſequi nequeo. Cum plantis venenatis narcoticas etiam tradit & draſticas.

STENZELIUS nihil proprii addidit.

EJ. *Tankar om ſurbrunnors kraft och werkan*. Stockh. 1718. 8.

& *ſurbrunnors fragor*. ib. 1718. 8.

& *Tankar om maskar och skridfa i manniskans kropp*. ib. 1718.

& *Tankar om fraſſar och kinkina barken*. ib. 1718.

In actis Sueciæ 1723. De tumore pro graviditate habito, qui erat enorme quadraginta librarum tuber omentum inter & peritonæum.

OLAUS CELSIUS Theolog. P. Upſalienſis. In plantis S. S. enucleandis multum laboravit, ejuſque numeroſæ ſunt diſſertationes. Demum jam ſenex edidit Upſal. 1745. & 1747. 8. *Hierobotanicon ſ. de plantis S. S. diſſ. breves, in quo circa* 100 *biblicarum plantarum ſpecies in noſtris plantis detegere adniſus eſt*. Multa etiam ad earum hiſtoriam medicam contulit. Sed vid. B. Bot. II. p. 64.

JANI FOSSII *Diſſ. epiſtolica de vera medicinam inſtituendi & promovendi methodo*. Leid. 1702.

CAMILLI MANARA *de moderando tabaci uſu in Europæis & maxime in Inſubribus corrigendo & commendando*. Madrit. 1702. 12. Mediolan. 1707. CORTE.

CASPAR REALIS *Exercitationes de convulſione & pleuritide*. Rom. 1702. 8. HEIST.

RAPHAEL FABRETTI *Inſcriptiones antiquorum ex Plinio & additamentum cum emendationibus*. Rom. 1702. fol.

JAYME SALA Profeſſor Barcinonenſis *Medica & legalis inſtitutio in nobiles corporis partes*. Barcellona. 1702. C. d. V.

ICTRUS AQUERZE y MOSSA Sardus. LUDOVICI I. archiater.

EJ. *Tr. de febre intemperata ſ. mutatione vulgariter dicta Angina Sardinica & analogia aliarum mundi partium veterum & modernorum medicorum doctrinis illuſtrata*. Madrit. 1702. 4. C. d. V. alii 1703. 4.

J. BRAN-

J. Brancaccii *Ars memoriæ vindicata.* Panormi 1702. 12.

Cyr. Amanrich Profeſſor Perpignamenſis.

Ej. *Medicus in conſpectu magnatum extollendus.* Perpiniani 1702. 4. Carr.

Ej. Prgr. *de inſania circulationis & circulatorum.* Perpin. 1705. 8. Id.

Ej. *Diſquiſitiones de univerſa medicina.* ib. 1706. 4. Id.

Pharmacopœa Bruxellenſis. Bruxell. 1702. 12.

In eam breves animadverſiones. Lovan. 1704. v. Wachendorf.

§. MI. Nuperi.

J. Moyle Senior Chirurgus navalis regius qui Tingitano in præſidio militaverat.

Ej. *Chirurgus marinus ſ. Chirurgiæ.* P. I. *De medicamentis & inſtrumentis.* P. II. *De praxi mari & terra dirigenda.* Lond. 1702. 8. *. quæ equidem quarta eſt editio ſed priores ignoro. Praxis etiam clinica hic traditur & præſertim militaris. Antiquas hic conſuetudines reperias, ut ſubmerſos aqua extractos invertat. Febris acuta continua in dilirium abeuns. Theriacam dat, deinde venam ſecat,

In febribus intermittentibus alternis vicibus cum cortice peruviano opium dat. In arthritide mitis ſalivatio ſalutaris. Opium appetitum ciborum auget. Inveterata lues venerea ſola hydrargyro eget. Mercurium dulcem dat. Sudorem etiam ciet pleniorem cum ſpiritu ſanguinis, ſed interceptum ita ſudorem & purgationem alternatim etiam per duas menſes continuat, ſed ipſi videtur ſalivam potius turpetho minerali ciere ut ceſſet uti hydrargyro quando prima ſalivationis ſymptomata adparent; purgandum ſi ſalivatio moleſta fuerit. Poſt eam ſalivationem denuo ſudorem movet. Clyſteres colocynthide roborat.

Ej. *Chirurgical memoires, being an account of many extraordinary cures wich occured in the auctors practice eſpecially at ſea.* Lond. 1708. 8. *. Multi morbi interni intercedunt. In angina & venam ſublingualem aperit & cubiti venam, partes tumidas in balneo continet. Interno uſu calida & antidota adhibet. Podagram incongruam ſanat venæſectione, balneo in vini ſpiritu & balſamo catholico cum oleo ſuccini. Elephantiaſis demum curata epiſpaſticis impoſitis, intus dato præcipitato mercurio albo, videtur auctor grana decem dediſſe, ſalivationem purgando avertiſſe. Salivationem motam purgando intercipit. Poſt ſalivationem ſudorem movet gummi guajaco, Theriaca. Caries ſiphylitica interrupta

 ſalivatione

ſalivatione curata. Sanguinis micturitionem curat terebinthina copaiva, Laudano. Superſtitioſus idem bufonis pulmones inter ſarcotica numerat.

The preſent ill ſtate of the practiſe of phyſik in his nature truly repreſented. Lond. 1702. 4.

Fr. H. de Garsault ab equitibus regiis. Idem a. 1702. Sinapii hiſtoriam equi gallice reddidit.

Ej. *Le nouveau parfait marechal, aliquoties recuſus eſt.* Paris 1755. 4. 1770. 4. germanice Berlin 1770. 8.

Plenum opus ad veterinariam facit. Diæta & vitæ ratio animali præſcripta. Alimenta pro temperamentorum ratione. Fœnum ſpernit. Formularum medicamentorum equis aptorum longa ſeries. Febris, aut continuam equi patiuntur aut lentam, illæ fere inflammatorii generis cum ſpiſſitate aucta conjunctæ. Venæſectionem poſſe uberrimam admitti, neque nocere etiam ſi equum animus liqueat. Calida non ferunt. Icterus, adverſus eum mel, cineres vitis. Rheumatiſmus quem calidis curat. Morbus catarrhalis periculoſus, ſi febris conjuncta fuerit. *Gras fondu* non eſſe adipis egeſtionem ſed muci. Tetanus, *mal de cerf* qui ſit inimicus nixus temporalis muſculi, a quo ſanguis in celluloſitatem ſubcutaneam effunditur, febris conjuncta periculum habet. Angina a glandulis obſtructis tumidiſque. Tormina, frequenter calida dat & ſemidrachmam laudani. Colica a retractis teſtibus. Inflammatio inteſtinorum. Morbus ab hauſto fumo ſoporoſus, multam ſanguinis miſſionem requirit. Cordis palpitatio violenta, non ideo lethalis. Soricis morſum cum antiquis admittit. Rabies, ad eam radix eglanteriæ. Febris lenta, Catarrhus ſimplex & catarrhus peſtilens, morbus qui ſit ſanguinis in pulmones congeſtio per contagium funeſtum, aſthma, tuſſis, dyſenteria, hypercatharſis, diabetes, epilepſia, lethargus, crampus, convulſio faucium cum ructu. Demum diſpenſatorium ſimplicium & compoſitorum. Acutos morbos magnas requirere doſes, non ita chronicos. Purgantia equis non facile exhibet, niſi laxantia. Doſes octuplo & decupto quam homini fortiori requiruntur. Inter vehementia purgantia Nicotiana. Quindecim guttis ſpiritus Vitrioli hypercatharſin vult compeſcere. Inter diuretica bufo ſiccus & cancer. Sed plura omitto.

Ej. *Le Guide du cavalier.* ib. 1770. 12. ſi huc facit.

Le Mareseur *Obſervations critiques ſur un livre intitulé l'ancien medecin à la mode.* Paris 1702. 12. Burm.

Maurel *Tr. des tumeurs & des obſtructions.* Paris 1702. 12.

Ej. *Principes phyſiques de la raiſon & des paſſions des hommes.* ib. 1705. 12.

Ej.

Ej. *de la dyſenterie.* Paris 1712. 12. Laudat hypecacuanham.

Nicolaus Boirel *Nouvelles obſervations ſur les maladies veneriennes.* ib. 1702. naturæ acidæ venenum eſſe.

Lettres edifiantes & curieuſes écrites des miſſions étrangeres. Jeſuitæ calamo uſi P. Gobien ceperunt Pariſiis edere epiſtolas, a ſodalibus ex utraque India acceptas. Iis ſæpe miſta reperies de artibus regionum peregrinarum, deque morbis & medicamentis indicia. Primum *Recueil*, ita vocant volumina, prodiit Paris 1702. 12. Falc. 1718. 12. *.

Itineraria aliqua cum nonnullis adnotationibus ad rem naturalem facientibus.

De la Marre *Obſervations critiques ſur un l. de* S. Aignan *intitulé l'ancienne medecine à la mode.* Paris 1702. 12. Vita Aignani autodidacti. De oſtreis, aqua animali circumſperſa cum acido minerali cogi, ſalubria eſſe, coctionem ciborum adjuvare.

l'Anticornario, remarques critiques ſur le tr. de la vie ſobre. Paris 1702. 12. Burm.

Hautefeuille a M. Bourdelot *ſur les moyens de perfectioner l'ouie.* De injiciendis adverſus auris morbos in tubam Eustachianam liquoribus.

Paul Anton Bufaletti *Lettera al* Magliabecchi *ſopra un idrofobo, divenuto tale coll impeto dello ſdegno.* Maurato 1702. (Gal. di Minerva T. IV.).

Andreas de Gomez R. Phillppe V. medicus. *Carta pacifica en qua raſanganon a los profeſſores medicos, defenſores de ſa prencipe Geleno, de lo poco verſados que eſtan en ſus obras. Summamente a la bada la replication a las doctrinas medicas de los ſocios de la R. ſociedad de Sevilla.* Sevilla 1702. 4. C. de V.

Joannes Munnoz de Peralta Societatis medicæ Hiſpalenſis ſodalis. *Triumfo del antimonio, y contra reſpueſta a la carta anonima, que contra la verta viſas de* D. Diego Matheo Zapata *produxo el triumvirato de la ignorancia la audacia y la malevolencia.* Cordova. 1702. 4. Seq.

Christ. E. Herbstens *Poculum ſanitatis oder allgemeine Feldapotheke.* Arnſt. 1702. 8.

Helena Adelgunda de Nolde *Medulla medicinæ, kurzer Begriff, wie man die Medicin recht gebrauchen ſoll.* Wahrendorf. 1702. 8.

J. Nalte *Mediciniſche Lobrede des Theriaks.* Lubeck 1702. 4.

Circa hæctempora fama medicamentorum Hallenſium increbreſcere cepit. Ad eam ſpargendam Richteri potiſſimum fratres varios libellos ſcripſerunt, fere anonymos. His

His paucis concinnæ formæ & anguſtæ doſis medicamentis, ad Stahlianam theoriam accommodatis univerſos morbos ſe curaturos ipſis paſſim Hiſpanis ſed potiſſimum Germanis perſuaſerunt.

Selectus medicamentorum zu einer compendieuſen Haus- Reiſe- und Feldapotheke. Halle 1702.

Ej. *Bericht von der Arzney Eſſentia dulcis.* 1702. & 1713. generales celeberrimi ſuo ævo medicamenti laudes.

Christ. Frid. Richter an idem qui nuper nominatus eſt.

Bericht von der Eſſentia dulci, ihrer Zubereitung und Reiſe. Halle 1708. 8. &

Merkwürdige Exempel ſonderbarer durch die Eſſentiam dulcem geſchehener Curen.

Ej. *Erkenntniß des Menſchen oder Unterricht von der Geſundheit und der Erhaltung.* Leipz. 1708. 8. 1712. 8. 1715. 1719. 1722. 1725. & Compendium medicinæ cujus pars clinica redit ad medicamenta illa Hallenſia.

Ej. *Recenſio ſuccincta de uſu & officio medicamentorum quæ Hallæ in orphanotrophio diſtribuuntur.* ib. 1708.

Ej. *Nachricht von einem pulvere ſolari.* Königsberg (Halle) 1718.

Samuel Richter *Concentrirte Reiſe- und Hausapotheke.* Halle 1715.

Ej. *Nachricht das Podagra ſicher und gewiß zu curiren.* Hall. 1715. 8.

Ej. *Haus- Feld- und Reiſeapotheken.* ib. 1718.

Porro Christ. Sigm. Richter *fernerer Bericht von den Würkungen der Eſſentiæ dulcis.* ib. 1703. 4.

Nachricht von Chr. Sig. Richter *und* E. Wolfg. Funstel *pulvere ſolari.* ib. 1718. 8.

Ej. *Recenſio de uſu & effectu aliquot medicamentorum ſelectorum quæ Hallæ in orphanotrophio diſpenſantur.* ib. 1720. 8.

Ej. *Nachricht von einem pulvere ſolari und deſſen Nutzen.* ib. 1722. 8.

Ej. *Kurzer und deutlicher Unterricht von dem lieben natürlichen Leben des Menſchen, nebſt einem Selectu medicamentorum.* ib. 1705. 8.

T. A. H. *Hiatrophili curieuſer Patient nebſt einer verſtändigen Anleitung zu den vornehmſten Diäts und Geſundheitsregeln.* Leipz. 1702. 8.

Ej. *Nothwendiger Unterricht, wie man ſich bey jetziger Peſt und andern Seuchen præſerviren uud curiren konne.* Leipz. 1710. 8. Günz.

Ej. *Kluger und luſtiger Medicus.* Zittau 1721. 8. 1728. 8.

Paul Henrich Juch *Aufgedeckte Blöſſe der Curtadler, welche in der geführten Cur des F. von Schönberg ein Verſehen geſucht.* Leipz. 1702. 4.

J. Ernst *Herzogs zu Sachſen Verordnung wegen beſorgenden anſteckenden Seuchen.* Jenæ 1712. 4.

Mediciniſch chemiſche Kunſtkammer. Tubing. 1702. 8.

Misbrauch des Salzes in den Speiſen, als eine Urſach des Scharboks. Berlin 1702. 8. Heist.

Natorum & demortuorum cenſus ad a. 1702. Hafniæ illi 2256. hi 1666. magna portione pauciores, quod in magna urbe rarum.

§. MII. Disputationes.

D. v. Visviliet *de variolis.* Leid. 1702. 4.

G. Kulmius *de morbillis.* ib. 1702. 4.

J. G. Reichhelm *de legitima particularum ſanguinis earumque perturbata mixtura.* ib. 1702. 4.

B. Michel *de orthopnœa.* ib. 1702. 4.

Jac. Willich *de nephritide.* ib. 1702. 4.

Gottf. Spranger *de obſtructione menſtruorum.* ib. 1702. 4.

S. C. Koch *De acquirenda ſcientia medica per lecturam judicioſam.* ib. 1702. 4.

J. Zoetmann *de imaginationis maternæ viribus in fetum.* ib. 1702. 4. *.

Emanuel Kehr *de ileo per intus ſuſceptionem.* ib. 1702. 4.

J. Wilh. Ulrich *de arthritide.* ib. 1702. 4.

Joh. Theod. Meisner *de febre catarrhali.* Utrecht 1702. 4.

J. Bornhout *de ſanguinis pravitate.* Utrecht 1702. 4.

Francisci Eyre *an propter canis exortum difficiles æſtate purgationes.* ib. 1702. 4. *.

THEODORI van EE *de aſthmate.* ib. 1702. 4. *.

CHRISTOPH ANNAARD *de dolore colico.* ib. 1702. 4. *.

CAR. FRID. LUTHER Diſſ. inauguralis *de experientiæ in arte medica prærogativa.* Kiel 1702. ſi edita eſt.

EJ. Prgm. *Utrum ratio an experientia præferenda ſit.* ib. 1702. ad hiſtoriam medicorum.

EJ. *an potus theæ exſiccandi virtute polleat.* ib. 1702. 4. Apologia theæ, non ſiccare, debilem humectare, ſaturatam autem ſiccare.

EJ. *de partus humani vitalis naturali & vero termino.* 1707. 4.

EJ. *de ſpica deglutita & per apoſtema hypochondrii dextri rejecta.* ib. 1704. 4. HEFT. BR.

EJ. *de pericardii, pulmonis & partium genitalium anomaliis.* 1704. 4.

EJ. *de uſu frictionis in medicina.* ib. 1725.

EJ. *de fonte ſoterio Kenzenſi Diſſ.* I. *qua phænomena in examine fontis obſervata recenſentur.* ib. 1706. 4. HEFT. BR.

EJ. *de fonte ſoterio Kenzenſi diſſ. poſterior qua medicas fontis virtutes illiuſque uſum exponit.* ib. 1709. HEFT. BR.

EJ. *de morbis ſimulatis ac diſſimulatis.* ib. 1728. HEFT. BR.

EJ. *de epilepſia.* ib. 1730. 4. HEFT. BR.

EJ. *de incubo.* ib. 1730. 4. HEFT. BR.

RUD. CHRIST. WAGNER *Meteorologia animalium brutorum.* Helmſt. 1702. 4.

J. NICOLAS Prgm. *de mercurio ægyptiaco præconico romanorum & germanorum.* Lipſ. 1702.

FR. WILH. KLOK *de tumore aneuryſmatico.* Lipſ. 1702.

GUILH. KERGER *de refrigerantium modo operandi mechanico & uſu medico.* Erford. 1702. 4.

In E. N. C. Cent. II. *de ſurdis & mutis ad* AMMANNI *modum loqui doctis.*

HENR. BERNHARD ASCHEBERG *de morbis religioſorum eorumque cura præſervatoria.* Erf. 1702. 4.

J. EL.

J. El. Müller *Caſus monſtroſus affectus verminoſi.* Erford. 1702. 4.

Egemann *Theſes inaugurales medicæ generales.* ib. 1702. 4. Vater.

Georg Alb. Hamberger, Georg Ehrh. pater.

Ej. *Optica oculorum vitia.* Jen. 1696. 4. & 1707. 4.

Ej. *de ventriculi per æſtatem imbecillitate.* Jen. 1702. 4.

Ej. *de anomalis & paradoxis morborum cauſis.* Kiel 1706. 4.

Christ. Roeper *de ſalivatione critica in morbis acutis & chronicis.* Hallæ 1702. 4.

Le Baume *Theſes medicæ miſcellaneæ.* Marb. 1702. 4. Vat.

J. Henr. Bretthauer *de aſthmate convulſivo.* Gieſſ. 1702. 4. Menz.

Petr. Pauret. Snell *de polypo cordis.* Gieſſ. 1702. 4. *.

El. Alberti *de lue venerea.* Altorf. 1702. 4.

Theodori Balthasar *de ſale communi.* Altd. 1702. 4. Acidum ad ſcorbutum cujus fons eſt putredo, tum ad febres & ipſam peſtem, ad hydropem, adverſus vermes.

Ej. *von einem Geſundbrunnen unweit Erlangen.* Erlangen 1709. 4.

Fernere Nachricht. ib. 1709. 4.

Ej. *de peſte Erlangenſi.* ib. 1713. 8.

Ej. *de doſibus medicamentorum diatribe.* Lipſ. 1729. 8. Erlang. 1709. 8.

J. Henr. Gernler *de febribus.* Baſel 1702. 4. Cortice peruviano febres abſque recidiva ſanari. Zwingeri experimenta.

L. E. Binninger *de plica polonica.* Baſel. 1702. 4.

Claud. Guerin & Fr. Aignan *E. Theriaca antidotus optima.* Paris 1702. 4.

Lud. Morin & Cl. Vergne *E. in acutis cerealia.* Paris 1702. 4.

Michael de la Vigne & J. Depyney Peschard *Ergo omni ſcorbuto volatilia.* Paris 1702. 4.

J. Franc. Vaillant & Fr. Aignan *an variolis diaphoretica.* Paris. 1702. 4.

RAYM. JAC. FINAT & ANT. PEPIN *an quo fluxilior ſanguis eo ſanitas firmior.* Paris 1702. 4.

§. MIII. DIARIA.

In Phil. Tranſact. nr. 277. ABRAHAM de la PRYME de hydrophobo ex morſu canis rabidi. Ab eodem animali alius juvenis demorſus poſt gravem cephaleam ſponte convaluit.

N. 280. JOH. YOUNG. Dedit in iſchuria pertinaci 4½ gr. cantharidum, quibus lotium liberatum eſt, abſque ullo malo, etſi camphoram non addidiſſet. Sæpe ſe interno uſu commendaſſe. Qui inde læſi fuerint, cum ſcopo venenandi datum fuiſſet, facile reſtituti.

Idem n. 252. Tumor periodicus abdominis diuturnus. Cauſa erat pruni oſſiculum calcaria materia obductum. Calculi bilarii per alvum ejecti, inter eos qui olivæ mole eſſet, inde icterus. Idem & alius choledochum ductum dilatatum vidit, ut digitum admitteret. Calculoſæ pilæ ex tenui inteſtino.

N. 281. HENRICI VAUGHAN inciſiones hominum morbis enectorum. A nimia copia devoratorum pomorum, mors a perforato recto inteſtino.

N. 282. Poſt colicos dolores magnus ſpongioſus glomer pilorum aut fibrarum circa oſſiculum pruni congeſtarum. Aliud ſimile exemplum. Sic magna pila intus oſſiculis, pruni & ceraſi farta externe lamellata, Difficillimum malum a ſeminibus fragorum collectis, his egeſtis ſanatum.

N. 283. J. SHEPTON Magna pars inteſtinorum in cane experimenti cauſa reſecta felici eventu,

N. 285. J. WRIGTH Hæmoptoe, ulcus pulmonum, abſceſſus erat pulmonis. Exempla concrementi pituitoſi, figuram aſperæ arteriæ exprimentis.

N. 256. Duæ epiſtolæ CAROLI ELLIS de puella quam AMMANNUS, ſurda cum eſſet, loqui docuit.

Ridicula fabella de iride literis hebraicis inſcripta.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1702. MALEBRANCHE. De clyſteribus Coffeæ apoplectico proficuis.

In *Act. Mar. Balth.* 1702. Febr. Poſt ſævos dolores animal abſurdum utcunque aviculæ ſimile per alvum excrevit, eventu funeſto. Eadem eſt hiſtoria de qua STANGE præſide HOFMAN eodem anno diſputavit, deſcribit CHRISTIAN LUDWIG KOTZEBUE,

In

In *Memoires de Trevoux* 1702. Sept. Vir cui duæ veſicæ ſibi inſidentes, ureteres duo, quorum alter urinam dabat in ſuperiorem veſicam. In inferiori duo tumores non minores ovo gallinaceo, per quorum intervallum urina ægre fluebat. Quare & ex iſchuria mors acceſſit.

§. MIV. Christian Michael Adolphi.

Ej. Diſp. inauguralis ut puto prodiit. Ultraject. 1702. 4. *de febre catarrhali.* Sed nunc video præcedere *de ſiderum influxu.* Lipſ. 1700. 4. Heft.

Inde.

Ej. *de ſpina ventoſa.* Lipſ. 1705. 4. Heft.

Ej. *de frictione.* Lipſ. 1707. 4. Pl.

Ej. *Ægrotorum conclave.* ib. 1711. 4. Auſter malignus.

Ej. *de equitationis eximio uſu medico.* ib. 1713. 4. 1717. 1729. 4. Hæn. Inter gymnaſtica equitationem fuiſſe ſæpe ab Aesculapio imperatam. Omni alteri exercitationi equitationem præfert, morbi adverſus quos proſit.

Ej. *de aëre Lipſienſi.* ib. 1713. 4. Pl.

Ej. *de morbis frequentioribus & gravioribus pro ſexus differentia.* ib. 1718. 4. Heft.

Ej. *de ſalubritate Sileſiæ.* ib. 1719. 4. Heft.

Ej. *de paſſione cholerica.* ib. 1720. 4. Heft.

Ej. *de incolatus montani ſalubritate.* ib. 1720. 4. *.

Ej. *de tunica villoſa inteſtinorum, plurimorum morborum foco atque immediato curationis ſubjecto.* ib. 1721. Heft. Depravatio digeſtionis, tunica villoſa eroſa & inflammata.

Ej. *de remediorum ſolarium præſtantia.* ib. 1722. Heft. 1723. Meaz.

Ej. *de fonte ſoterio Kukuſſenſi in Bohemia.* ib. 1726. 4. Heft.

Ej. *de porcello Caſſovienſi.* ib. 1728. 4. Tumore nempe in hypochondrio ſiniſtro ſenſim emergente. Anno 1710. febrem puerperarum miliarem Sileſiis ignotam fuiſſe, nunc frequentem & funeſtam.

Ej. *de ſtatu reconvaleſcentiæ.* ib. 1732. Heft.

Ej. *de affectu mirachiali.* ib. 1734. 4. Malo nempe hypochondriaco in ventriculo & inteſtinis ſedem habente.

Ej. *de ſolvendo bono corporis habitu ſecundum* A. C. Celsum Med. LII. Cap. 2. ib. 1741. 4. *.

Ej. *de forma medicaminum pro curandis morbis optima exhibenda.* ib. 1749. 4. *.

Tres diſputationes *de porcello Caſſovienſi; de affectu mirachiali & de eructatione flammante* ſcorſim excuſæ prodierunt. ib. 1746. 4. Chino Ciro dictum morbum in Polonia & Lithuania frequentem occurrere.

Tres aliæ *de morbis frequentioribus & gravioribus pro ſexus differentia, de paſſione cholerica & de febre catarrhali.* Lipſ. 1725. 4.

Iterum tres aliæ ad diæteticam, *de ægrotantium conclave. De frictione & de balneis particularibus.* ib. 1726. 8. Hæn.

Demum *Diſſertationes phyſico medicæ ſelectæ collectæ prodierunt.* ib. 1747. 4. Collectanea fere. Continent præter eas quas recenſuimus alias multas quarum annos ignoro.

De Thermis Hirſchbergenſibus (prodiit Lipſ. 1726. Heft. Br.).

De fonte Carolino melum ſic dicto.

De balneis particularibus.

De colo inteſtino multorum morborum nido.

De morborum per manuum adtrectationem curatione.

De morbis convaleſcentium.

§. MV. Hieronymus Ludolph.

Profeſſor Erfordienſis clinicus, in refutando aſperior.

Ej. *Caſus elephantiaſis in brachio obſervatæ & decenter curatæ.* Erford. 1703. Vater.

de polymathia medica. ib. 1715. 4. Pl. Br.

Ej. *de Hepatitide.* ib. 1717. 4. Pl.

Ej. *de purpura puerperarum.* ib. 1720. 4. Heft.

Ej.

Ej. *de utilitate fluxus hæmorrhoidalis præſertim adſueti, poſitivam curationem prohibente.* ib. 1721. 4. Heft.

Ej. *de medicamentis lapidoſis.* Erford. 1721. 4.

Ej. *de therapia anhelationis.* ib. 1721. 4.

Ej. *de pleuropneumonia.* ib. 1721. 4.

Ej. *de ſudore.* 1722. 4. Heft.

Ej. *de mercurio vivo.* 1722. 4.

Ej. *de ardore ventriculi.* ib. 1722.

Ej. *de ægroto ſyncopali.* ib. 1722. 4. Heft.

Ej. *de morbis gingivarum.* 1722. 4.

Ej. *de apoplexia.* 1722. 4. Heft.

Ej. *de fabis Coffeæ earumque infuſi uſu & abuſu.* 1724. 4.

Ej. *de Calculi renum tortura, pathologico therapeutica conſideratio.* 1723. 4.

Ej. *de uſu & abuſu medicamentorum expectorantium.* ib. 1723. 4.

Ej. *de tabaci noxa poſt paſtum.* ib. 1723. 4.

Ej. *de eo quod dicitur, ſui medicus quilibet eſſe poteſt.* ib. 1725. 4.

Ej. *de lacte.* 1724. 4.

Ej. *de plica.* ib. 1724. 4.

Ej. *de requiſitis medici conſcientioſi.* ib. 1724. 4.

Ej. *de ſudore naturali, non naturali & præternaturali.* 1724. 4.

Ej. *de erroribus male imputatis naturæ.* 1725. 4.

Ej. *de malo hypochondriaco & hyſterico incolis Saxoniæ inferioris proprio.* ib. 1725. 4.

Ej. *Caſus de cardialgia.* ib. 1725. 4.

Ej. *de fine hæmorrhoidum principio variorum morborum.* ib. 1725. 4.

Ej. *Caſus de metu hydropiſeos mature curandæ.* ib. 1725. 4.

Ej.

EJ. *de medicina in S. ſcriptura fundata.* ib. 1726. 4. PL.

EJ. *de vitiis appetitus circa eſculenta.* ib. 1726. 4.

EJ. *de cancro mammarum.* ib. 1726. 4. HEFT.

EJ. *an & quomodo pharmacopœus vel etiam chirurgus in arte ſua peritus felicem in univerſa medicina progreſſum facere poſſit.* ib. 1726. 4.

EJ. *de pathologia & therapia icteri ſeu morbi regii.* ib. 1727. 4.

EJ. *Pathologia & therapia palpitationis cordis.* ib. 1727. 4. PL.

EJ. *de polypo cordis.* ib. 1727. 4. HÆN.

EJ. *de apepſia, dyſpepſia & bradypepſia.* ib. 1727. 4. HEFT.

EJ. *Caſus novi mali ſpaſmodico convulſivi rigidi dicti vulgo Steifenuß, Kriebelkrankheit.* ib. 1727. 4. HEFT.

EJ. *de cauſo.* ib. 1727. 4. HEFT.

EJ. *de hæmoptyſi.* ib. 1727. 4. HEFT.

EJ. *de vitiis appetitus circa potulenta.* ib. 1728. 4. HEFT.

EJ. *de acidi vitrioli præſtantia.* ib. 1739. 4. PL.

EJ. *de variolis adultorum.* ib. 1746. 4. HEFT.

EJ. *de artis pharmaceuticæ ad ſtudium medium neceſſitate & utilitate.* ib. 1746. 4. PL.

EJ. *Demonſtratio quod atrociſſima luis venereæ ſymptomata non ſint effectus morbi ſed curæ mercurialibus inſtitutæ.* ib. 1747. 4.

EJ. *de mercurio per alcali ſoluto tutiſſimo ſpecifico antivenereo.* ib. 1747. 4.

EJ. *de inſigni clyſterum utilitate atque noxa.* ib. 1748. 4. HEFT.

EJ. *de olei animalis faciliori præparatione & modo agendi.* ib. 1748. 4.

EJ. *de hydrope a vermibus cauſato.* ib. 1748. 4.

EJ. *de ſale ammoniacali cum ſpiritu vini parato ejuſque præſtantia.* ib. 1750. 4. HEFT.

EJ. *de prærogativa remediorum pharmaceuticorum in morbis oculorum.* ib. 1750. 4. HEFT.

EJ.

Ej. *de alvi obſtructione hypochondriaca.* ib. 1750. 4.

Ej. *de clavo hyſterico.* ib. 1750. 4.

Ej. *de methodo ſpeciali tumores glandularum chronicos in ſcirrhos degenerantes ex fundamento curandi.* ib. 1751. 4.

Ej. *de gonorrhœa.* ib. 1751. 4.

Ej. *de catarrhis tamquam cauſis frequentiſſimis febris lentæ earumque legitima curatione.* ib. 1752. 4.

Ej. *de febribus epidemicis.* ib. 1753. 4.

Ej. *de menſtruorum fluxu nimio.* ib. 1753. 4.

Ej. *de febribus inflammatoriis.* ib. 1754. 4. Heft.

Ej. *de diureſi critica.* ib. 1756. 4.

Ej. *de ſaponaria ejuſque virtutibus ſpecificis.* ib. 1756. 4. Heft.

Ej. *de arthritide tamquam inflammationis ſpecie.* ib. 1756. 4.

Ej. *de vehiculis medicamentorum caute & convenienter adhibendis.* ib. 1760. 4.

Ej. *de morborum generatione ab aëre vitiato.* ib. 1761. 4.

Ej. *Vollſtändige Einleitung in die Chymie.* Erfurth. 1752. 8. *. Proceſſus ut vocant & operationes atque arcanorum medicamentorum deſcriptiones.

MVI. Varii ad a. 1703.

Vitus Eberhard Roht phyſicus in Blaubeuren.

Ej. *Diſſertatio de aſtrorum influxu in humana corpora.* Ulm 1703. 8.

Ej. *Medicina portatilis ſalubriora remedia ſuccincte exhibens in Pharmacotheca.* ib. 1709. 8. *. Auctor eſt Sempronius Grachus, medicamenta ſunt tredecim, ea Rohtius ſuis adnotationibus illuſtrat. Experientiam provocat & ad morbos epidemicos & alios curatos variorum medicorum medicamenta communicata aperit. De tinctura martis cœrulea (utique ob cuprum ſuſpecta quæ nauſeam cicet). Hic pro pectorali medicamento laudatur. Sal volatile narcoticum vitrioli Hombergii. Cenſus medicamentorum pro pharmacotheca itineraria.

Ej. *de podagra, ſterilitate & variolis rite curandis.* Ulm 1711. 8. alii Aug. Vindel. 1712. 8.

Ej.

Ej. *Kurzer Bericht vom Rötelbad.* Ulm 1700. 8.

J. Cruger.

Ej. *Caſus medicus de morbo literatorum ſ. malo hypochondriaco.* Zittau 1703. 4. Falc.

Ej. *Caſus tres medici, quorum agit 1. De febre petechiali. 2. De femina phthiſi hæreditaria laborante. 3. De virgine in incendio Sprembergenſi a fumo & vapore quaſi mortua.* Budiſſ. 1708. 4. Febris petechialis ictero ſoluta. Tabida pus expuens ex hereditario vitio. Femina fumo incendii pœne extincta ſuſcitata inſtillato ſpiritu vitrioli. Aliud exemplum venæſectionis in ſuffocata, ſpiritus vitrioli, in febre petechiali.

Ej. *Caſus medici VIII. IX & X. De mictione in ſomno, ſyphilide atque ulceribus.* Dresd. 1712. 4.

Ej. *de virgine chloroſi laborante.* Francof. ad Viadr. 1710. 8. 1715. 4.

Ej. *de ardore ſtomachi pulmonis & lienis.* Cotbus 1715. 4.

Ej. *Præjudicium curioſum theologico medico chimicum de Mundi creatione & tempeſtatis origine & de oculis & utero.* Zittau 1720. 8.

Ej. *Affectus chirurgici plerique aphoriſtice expoſiti.* Thurnau 1722. 4. Medica admiſcet. Tractatio plicæ polonicæ. Medicamenta ſuperſtitioſa & chemica. Bufones ad morſus venenatos, ſaphiros ad peſtem laudat.

Ej. Epicriſis VI. & VII. *De magnetiſmo rerum & de uteri aſcenſione.* Zittau 1712. Heft. Br.

Ej. Epicriſis IX. *De magnete philoſophico.* Cervimont. 1713. 4. Heft. Br.

Ej. Epicriſis X & XI. *De nævis maternis & de epilepſia.* Zittau 1712. 4. Heft. Br.

Ej. Epicriſis XXI. *De coloribus & urinoſis ſalibus.* Zittau 1714. Heft. Br.

Ej. *Præjudicium curioſum de ſambuco de comparatione tabularum Smaragdinarum & Archidoxorum, item de Vitriolo & Nitro.* ib. 1720. Heft. Br.

Ej. Epicriſis XII & XIII. *De menſtrui obſtructione & de ephialte infantum.* ib. 1712. Heft. Br.

Ej. *de verborum poteſtate & Alcaheſto.* ſ. l. & a. Heft. Br.

Melchior Ernest. Wagenitz *Meditatio medica curioſa, de mercurio dulci*

dulci pulverato, quem adoleſcens quidam XV annorum ad grana XV hauſit, aſt ſexto poſt hauſtum die vitam finiit. Quedlimb. 1703. 8. GUNZ. Titulum etiam lego literis initialibus tantum expreſſum. M. E. W. M. D. PL.

EJ. *de hemicrania Diſſ.* Altd. 1697. 4. PL. BR.

J. JUSTI APPELII *Tabaci bibulus medicinæ tumulus, axiomata pronuntiata theoremata phyſico medica in artis formam redacta continens, quorum in diſſertationibus academicis potiſſimum eſt uſus ex probatiſſimis auctoribus concinnatus juxta ſeriem alphabeti digeſtus.* Cöln 1703. 8. TR.

J. ADAM HOFSTETTER.

EJ. *Epiſtola gratulatoria de requiſitis medicinæ profeſſoris.* Hall. 1703. 4.

EJ. *de ſumma auctoritate & excellentia medicorum hujus & ſuperiorum temporum e jure & hiſtoria demonſtrata.* Hall. 1703. 4.

EJ. *Epiſt. gratulatoria de medicina non incerta etſi conjecturas admittat.* Hall. 1704. 4.

EJ. *Epiſt. grat. de legendis libris medicis*, ad M. ALBERTI Hall. 1704. 4.

EJ. *Epiſtola de papavere & opio eſculentis.* Hall. 1704. 4.

EJ. *Erläuterung der Frage: ob der natürliche und noch nie gewaſchene Zinnober gebraucht werden könne.* Leipz. 1708. 4. & 8. PL.

EJ. *die fürtrefliche Güte des natürlichen noch nie gewaſchenen Zinnobers wider* J. GOTTF. BECKER. 1711. 4.

J. FERD. PICHLER *Medicus officioſus praxi rationali methodica, aphoriſtica cum ſelectis remediorum formulis inſtructus.* Oen. 1703. puto diſp. eſſe TR.

NICOLAUS LANZANI *in Pſeudogalenicos ſ. in eos qui phlebotomiam, cathartica & veſicatoria præſcribunt rationes tres.* Neapoli 1703. 8. FALC.

EJ. *Metodo di ſervirſi dell' acqua fredda.* ib. 1717. 4.

EJ. *Opus medicum quadripartitum complectens characterum chymicorum ἑρμηνείαν Vocabulorum medicorum εὐφωνείαν, dictionum medicarum ὀρθογραφίαν, formulas breviandi κανονες.* Neapol. 1721. 4. Tria lexica ſunt. Conſilia de formulis concinnandis.

J. ALBERGUS *Summa tractatuum chirurgiæ praxis. In capite primo diſcurritur de morbis capitis ſolutæ unitatis, in ſecundo de morbis externis humani corporis, de tumoribus, ulceribus, vulneribus, fracturis & luxationibus.* Panorm. 1703. 12.

Secundus tractatus de cutis morbis & de tumoribus ad nos facit.

J. GEORG KULMUS Medici Vratiſlavienſis, *Meirologia ſ. de ſomniis cum excurſione ad deliria.* Breslau 1703. 4. *.

De re medica. Haag. 1703. 12. Lego de medicamentis agere ſecundum indicationum claſſes. Opium in dyſenteria aliiſque morbis laudat. Ratiocinia cum rebus conjungit.

GOTTFR. STEIN *Lithographia curioſa, deſcriptio diverſorum in corpore principis repertorum calculorum* Bareuth. 1703. 4. V. B. Chir.

Germanice coram eſt. *Eigentliche Abbildung eines groſſen und vieler kleinen Steinlein, welche in der Marggräfin Sophia Luiſa Körper gefunden worden ſind.* ib. 1703. 8.

In veſica urinaria grandis calculus numeroſi vero in fellea.

THOMAS GUIDOT diximus editionem THEOPHILI ſcripſit etiam *Apology for the bath being an inquiry into the right uſes and abuſes of the Bathes in England ſo far as may concern the hot waters of the Bath, with ſome reflexions on cold bathing in ſea water and dipping in baptiſm.* Lond. 1718.

§. MVII. SAMUEL CARL.

Medicinæ licentiatus, tamen Archiater danicus. Stahlii princeps diſcipulus, polygraphus.

Dederat Francof 1703. 8. alii 1705. 8. *Lapidem lydium ad oſſium foſſilium docimaſiam demonſtrandam.*

EJ. *Anmerkungen von der Diætordnung vor geſunde und kranke* Francof. 1713 8. Büdingen 1719. 8. 1728. 8 In univerſum pro diæta vegetabili minus putreſcente. Panis laudes. Judicium de potu & reliquis ad victus rationem ſpectantibus ſatis rectum. Excrementorum habenda ratio. Deinde victus ratio ſecundum temperamentum, ætatem, ſexum. Contra prægnantium feminarum voracitatem & deſideria. Porro diæta ſinguli vitæ generis etiam literatorum, conſuetudinis &c. Inde diæta ægrotorum. Non placeat in morbis cum potu acido coffeam commendari, cujus longe alia vis ſit, in febribus ingrata & noxia. Inde ſecundum morbos. In febribus malignis ſacharum laudat, carnium victum cum acidis condimentis, quod mireris, permittit. In variolis modicum calorem convenire, in hecticis vinum permittit. Sic per reliqua. Tunc diæta aulica ejuſque magna vitia. Ob multa alimenta corporis exercitationem velociorem requiri. Diætetica ſ. ſ. ſanguinis uſum etiam ideo vetitum fuiſſe, quod cum eo beſtiarum vires in hominem tranſcendant, laniorum

num exempla. Diæta ſanctorum parciſſima. Minus morbis obnoxios fuiſſe. Diæta philoſophorum moderata.

Ej. *Hausarzney für die Armen.* Büdingen 1717. 8.

Ej. *Praxeos medicæ therapia generalis & ſpecialis ichnographice delineata.* Hall. 1718. 4. 1722. 8. niſi alius liber & aucta a. J. Jac. Schlierbach ib. 1731. 8. Inſtituta medicorum morbos curantium. Evacuationes per ſingulas vias, ſelectum venarum ob metum tonicum fundamento non deſtitui. Alvum balſamicis ducit, ſalia reliqua incertiora. Inde morbi ſigillatim. Febres, hæ in debili natura alexipharmaca poſtulant. Hæmorrhagiæ. In variolis non vult alvum aperiri, calorem poſcit medium e ſ. p.

Ej. *Specimen hiſtoriæ medicæ ex monumentis* Stahlianis *in ſyllabum aphoriſticam redactum.* Hall. 1719. 4.

Ej. *Vorſtellung vom decoro medico, deſſen geiſtlicher Geſtalt, Pflicht, Arbeit, nach dem Maasſtab des Chriſtenthums eingerichtet.* Büdingen 1719. 8. 1723. 8. *. Carlius de ea ſecta fuit, quam vocant Pietiſtarum, quibus nempe præcipuus finis eſt beata æternitas. Ex hoc animo decorum erga Deum & proximum noſter exigit, potiſſimum adverſus ægrotos, adverſus collegas. In decoro medici partes artis & propædeutica perſequitur, cujuſque utilitatem oſtendit & nonnumquam moderatur. In botanicis non vult virtutes auſtrales undique rejici. Lapidem philoſophicum quærere non diſſuadit, & quæſituris ſua conſilia impertit. In anatomia minime indulgens & humanam accuratiorem rejicit & potiſſimum etiam vivorum animalium ſectionem, præcipua enim optime in cadavere conſpici poſſe. In anatome pathologica recte monet, ne morbi effectus pro cauſa habeatur.

Ej. *Vorſtellung von dreyfacher Einleitung in die Medicin.* Acceſſit editioni 1723. 8. *. Secunda pars agit de Encyclopædiæ medicæ methodo analytica in Noſocomio academico.

De defectu noſodochiorum queritur quæ utique in Germania nimis rara ſunt. Ejuſmodi noſodochii cum theatro anatomico & chemico & horto botanico inſtructionem ad uſus ſtudioſorum medicinæ laudat, certe merito, non enim alia ratione propius ad veram artis peritiam acceditur. Prodiit ſeorſim Budingen 1719. 8.

Ej. *Armenapotheke.* ib. 1721. 8. 1725. 8. 1730. 8. 1748. 8. 1764. 8.

Ej. *Ichnographia praxeos clinicæ, anatomicæ, chemicæ & formularum.* ib. 1722. 8. & aucta a Schlierbach 1737. 8. idem opus cum illo quod 1718. prodiit.

Ej. *Von den ſchädlichen Früchten der vielen Arzney.* Schafh. 1724. 8.

Ej. *Synopſis medicinæ Stahlianæ.* Hall. 1721. 8.

Ej. *Otia medica* 1. *De teſtimonio cœli ac terræ mutuo.* 2. *De ternario naturali.* 3. *De principiis cognitionis.* 4. *De uno.* Buding. 1725. HÆNEL.

Ej. *Zeugniſſe von der Medicina morali.* ib. 1726. 8. *. 1728. 8.

Opuſculorum collectio 1. *Anmerkung vom Gebrauch und Mißbrauch der Geſundbrunnen, eine Unterſuchung des Zaiſenhauſers Brunnens.* Adnotationes ad analyſin hujus fontis a J. A. GESNERO, ni fallor, factam. De elementis aquarum medicatarum. Aer acido univerſali prægnans, inde calcaream terram reſolvit. Poſſe hoc acidum cum multa aqua dilutum ſubeſſe neque ullum ſui indicium dare. Idem acidum ferro ſaturari & ab eadem minera ſulfurea. Vires ipſius aquæ male negligi, quæ magnæ ſint. Aquas ſalubres neque infantibus convenire neque ſenibus.

Betrachtungen der Medicin. Morbi & mortifera ſecundum ſeriem morborum, ut medici cum periculo ægrotorum omnes theorias ſequantur. In febribus bilioſis nimium emeticis tribui & indulgeri. Empyema male perforari. Hæmorrhagias male compeſci, etiam hæmoptoen, cruentum vomitum &c. Arthritidem narcoticis in paralyſin exaſperari. In hydrope purgantibus finem non adtingi.

Der Waſſerengel in einem Unterricht von dem Geſundbrunnen unweit von Büdingen. 1715. Analyſin vires non indicaſſe & tamen multis mortalibus fuiſſe proficuum, in morbis oculorum, aurium paralyſi, ulceribus rebellibus, hydrope, tuſſi convulſiva.

Ej. *Vom Peſtengel oder mediciniſches Votum zu den heutigen Peſtconſiliis beygetragen.* Morbum ipſum a Deo eſſe. Archæum per aſtrorum ſpiritualem influxum terrore confundi, ut tota machina delabatur. Quare curationem eſſe in elevatione & robore reddendo animæ. Sudorem ergo levandum alexipharmacis. Tinctura ſcordii, in temperamentis calidis vero ſales refrigerantes & abſorbentia, nitrum & lap. Canc. Emetica non conferre niſi cum ſaburra adſit, quæ tamen etiam ſalibus digeſtivis evacuari poſſit. Contra vigiles & peſtis per humanas cuſtodias excluſionem, contra interdictionem mercium, contra occluſionem ædium infectorum & in univerſum contra omnem politicam cuſtodiam. Solum prodiit Braunſweig 1721. 8.

Von dem gefährlichen Gebrauch der Säugammen. Lac jam annuum infanti nuper nato nocere. Pultis noxia & mala a repulſo lacte ſequentia, inde hæmoptoe. Nullam eſſe nutricum neceſſitatem, niſi maligna matris valetudo ſit.

Gedanken

Gedanken und Vorſchläge von Univerſalarzney. De duobus præcipuis medicamentis chemicorum, ſedatio archæi & confortatio. Laudes pulveris bezoardici ſedativi deinde pulveris balſamici.

Diætica ſacra. Quæ nempe homini ad pietatem utilis ſit, ſimplex & aquea & parca.

Von der Diätordnung der heiligen Schrift. Sapientia legis moſaicæ, diætæ conſilia, hic multa ex l. de diæta repetiuntur.

Tabellen des Geheimniſſes der Dreyheit, von der Dreyheit der Erden. Nimium hic noſter imaginationi indulget.

Dreyfache Anleitung von der Medicin. Diæta eſt.

EJ. *Elementa chirurgiæ medicæ.* Buding. 1727. 8.

EJ. *Fundamenta pharmaciæ chymicæ ad methodum Stahlianam expoſita.* ib. 1728. 8.

EJ. *de vita eruditi.* Bernburg 1732. 8.

EJ. *Mediciniſche Rathſchläge.* Buding. 1733. 8.

EJ. *Zeugniß von chymiſchen Störgerey, ſonderlich in neuen Exempeln.* 1. *Panacea Talci.* 2. *Antimonii.* 3. *Solari.* 4. *Animali.* 5. *Vegetabili.* 6. *Spiritu mundi & acidis dulcificatis.* Francf. und Leipz. 1733. 8.

EJ. *Diætetica ſacra.* Hafn. 1737. 8. Num eadem?

EJ. *Therapia generalis, ſpecialis & ſpecialiſſima.* Buding. 1738. 8.

EJ. *Hiſtoria medica pathologico therapeutica.* Hall. 1738. 4. peregrinæ morborum curationes.

EJ. *Erfahrungsgrunde von des Blutlaſſens wahren Gebrauche und Mißbrauche.* Flensburg 1739. 8. 1742. 8.

EJ. *Mediciniſch moraliſche Unterweiſung.* Buding. 1744. 4.

EJ. *Medicina aulica in Betrachtungen von der Geſundheitsſorge nebſt einer Einleitung von Blutlaſſen.* Altona 1740. II Theile 8. Frankf. 1743. 8.

EJ. *Hygieine & diætetica ſacra & moſaica.* 1740. 8.

EJ. *Medicina univerſalis in Waſſer und Māſſigkeit.* Koppenh. 1741. 8.

EJ. *Mediciniſche und moraliſche Unterweiſung von der Diät der Gelehrten,* *von*

von dem wahren und falſchen Univerſali, von dem rechten Gebrauch der Univerſalium. Buding. 1744. 8.

Ej. *Einleitung in die Naturordnung in drey Sammlungen.*

Ej. *Mediciniſche Bedenken.* Halle 1747. 8. IV. Partes.

§. MVIII. Varii nuperis linguis scribentes.

Serafino Pagolino *huomini illuſtri di Ravenna.* Bologna 1703. fol.

Andreæ Andalori *il coffeo deſcritto ed eſaminato.* Meſſina 1703. 12. Mongitor.

Hyacintho Gimma *Elogi academici della ſocietá degli ſpenſierati di Roſſano.* Neap. 1703. 4. 2 vol. Si quæ interſunt medica. Video nunc ex recenſione in *Galeria di Minerva* in quaque epiſtola aliquam particulam artis tractari, ut e. g. in Ep. ad Rugotanum de origine morbi venerei, in alia ad Vulpinum de vita humana quæ reſidet in ſanguine ad L. A. Portium de anatomes hiſtoria.

Ej. *Fiſica ſotterranea overo della ſtoria naturale delle gemme, delle pietre & di tutti minerali.* Neapoli 1730. 4. 2 Vol. In phyſicis repetitur. Omnino tamen ad rem medicam ſpectat, qui magnam partem materiæ medicæ tractat & medicamentorum ſimplicium vires medicas aliquas indicat. Ut collectaneum opus tradit vires fere fabuloſas lapidum prætioſorum, lapides peculiariter medicos, lapides animales, hyſtricis, ſerpentis, bezoar, humanos denique & proprium exemplum numeroſorum calculorum felleorum in principe femina. De tabaco ejuſque noxio uſu & vi in medicina.

In Tom II. Animalia petrificata, tunc aquæ minerales & ſimplices.

Ej. *Diſſertationum academicarum* Tom I. *De hominibus fabuloſis, de fabuloſis animalibus.* Neapoli 1713. 4. *Giorn. dei lett.*

Ej. *Idea della ſtoria dell Italia letterata diviſa in due tomi.* Neapoli 1723. 4. *. Omnis generis eruditos viros recenſet, tamen & medicos. Gloriam inventorum paſſim geſtit ad ſuam gentem referre.

Rongeat *Lettre écrite de Londres à un médecin de ſes amis en Hollande.* Londres 1703. 4. Chirurgus Guilhelmi III. hic cum Bidloo expoſtulatur. Morbum ultimum regis ſui deſcribit. Aſthma, œdemata varia. Bidlous abſorbentem pulverem cum Cumino juſſit ſumere deinde exſiccantia circumponere, maximum ſolamen obtinuit. Verum cum rex diæta deteriori uteretur, omnia in deterius verſa ſunt, ſcrotum intumuit cui malo vapores ſpiritus vini oppoſuit.

oppoſuit. Cum his malis Rex venationem non intermittebat, in ea de equo excuſſus claviculam fregit, quam noſter reſtituit, BIDLOUS negavit fractam eſſe, regem itineri & frigori expoſuit. Verum cum callus nunc coaleſceret, febris, diarrhœa, vomitus acceſſerunt, viribuſque conſumtis interiit hic qui inter ſapientes principes eminuit ſoluſque vera commoda Angliæ proſpexit. Inteſtina inflammata, in pulmonibus ſerum purulentum, alter inflammatus, quæ cauſa mortis fuit. Cor haud parvum & robuſtum, ſanguis pauciſſimus.

ANTONIUS MAITRE JAN chirurgus oppidi Mery ſur Seine.

Ejus præcipuum opus quo celebritatem eſt conſecutus. *Traité des maladies de l'œil & des remedes propres pour leur guériſon.* Troye 1704. 4. 1722. 8. Paris 1741. 2 vol. 12. *. In chirurgicis equidem dici debuit, plurima tamen ad clinicam pertinent, quorum curationum munus non ſuſcipit. De cataracta novam ſententiam recepiſſe dictum eſt, malique in lente cryſtallina ſedem poſuiſſe, propriis vero experimentis ſe convicit, in univerſum in exploranda natura minime indiligens. Cataractam ab acore generari non neceſſe fuerit docuiſſe. Ejus mali varietates, etiam auctori propriæ. Medicamenta fruſtra eſſe recte ut puto. Auxilia adverſus mala quæ ſequuntur depoſitionem. Glaucoma, eſſe lentis cryſtallinæ exſiccationem. Nimia lentis moles & convexitas. Maculæ lentis cryſtallinæ quas etiam in animalibus vidit. Ad eas refert maculas in aere obvolitantes. Morbi humoris vitrei, retinæ. Nyctalopia & hemeralopia morbi retinæ. Amauroſis morbus nervi optici. Atrophia oculi univerſalis, confuſio partium hujus organi. Inflammatio oculi, ad eam neceſſaria venæſectio & purgantium medicamentorum uſus ad cacochymiam emendandam, ſymptomata a depoſitione conſequentia hirudinibus curat ad tempora admotis. Ophthalmia. In collyriis non vult parce viride aeris adhiberi. Corneæ tunicæ morbi & palpebrarum.

Editionem belgicam dixi quam J. PALFYN dedit Leid. 1714. 4. *. Germanice Nurnberg 1725. 4.

DU FOUR *Les Aphoriſmes* d'HIPPOCRATE *rangés ſelon l'ordre des parties du corps humain avec les nouvelles explications & pluſieurs obſervations de pratique ſur les maladies* 2de edition. Paris 1703. 12. BUR. Num PHILIPPI du FOUR ignoro.

MONGEN *Le chymiſte phyſicien ou demontrant, que les principes naturels de tous les corps ſont véritablement ceux que l'on decouvre par la chymie.* Paris 1703. 12.

PETRI MARIA MONTI *Huomini illuſtri di Ravenna antica.* Bologna 1703. 4. Inter eos & medici.

De BIGANOI *Tr. de la goute guerie par le remede turc.* Paris 1703. 12. FALC. Agyrta.

Mémoires ſur les cauſes de pluſieurs maladies. Paris 1703. 12.

Du Moulin *du rheumatiſme & des vapeurs.* ib. 1703. 4.

Curioſités de la nature & de l'art apportées des deux Indes. ib. 1703. 12.

Medicorum Indorum mores. Botanicam norunt, chirurgiam exercent, chemiam amant. Quæ anonymus attulit fere medicamenta ſunt. Terra *Patanenſis.* Lapides. Cerebrum petrificatum. Canis carchariæ. Lapis nephriticus &c.

Bresmar *Hydroanalyſe des eaux minerales chaudes & froides d'Aix à la Chapelle.* Lyon 1703. 8.

Chr. Bernard *Preſent ſtate of ſurgery with ſome remarks on the abuſes committed.* London 1703. 4.

The crafts and frauds of phyſik exploded diſcovering the low prices of the beſt medicines. Lond. 1703. 8. *.

T. H. *A compleat treatiſe of urines, ſhewing the right method of urinal prognoſtication, far different from the common practice of Quacks.* London 1703.

Henry Maundrell *Journey to Jeruſalem.* Oxford. 1703. 8. 1714. 8. Mead. Gallice Utrecht 1705. 12. *. Theologi ſtudioſi, paſſim ad materiam medicam ſpectat. De modo quo indelebilia ſtigmata cuti inſculpuntur. De lepra. Arbor ſpinoſa *Zacaham* ex cujus fructu oleum vulnerarium ad ſugillationes ſaluberrimum paratur, etiam Maundrellio teſte.

J. Harris M. D. *Lexicon technicum or univerſal dictionary of arts and ſciences.* Lond. 1703. fol. Habet anatomica.

R. Pitt *Craft and frauds of phyſick expoſed.* ib. 1703. 8. Folkes.

Belgice *Liſt en bedrog der medicynes.* Leid. 1704. 8.

Grounds of phyſick examined. Lond. 1703. 8.

Genees en heelkonſtige redenvœring. Amſterd. 1703. 8.

Roelof Roukema *Heelkonſt.* ib. 1703. 4.

Ej. *Naamboek der beroemde genees en heelmeſters.* ib. 1706. 8.

J. Caspar Schwarz Chirurgus caſtrenſis danicus.

Ej. *Erſte Dutz. von wundarzneyiſchen Anmerkungen von gehauenen Wunden.* Hamburg

Hamburg 1703. 8. Prodiit *Gründliche Abhandlung der Wundarzney.* Theoriam nempe inflammationum & univerſorum pene malorum ſuperſtruit acido ſuperabundanti & craſſiori.

Ej. *Clyſtiren als ein allgemeines Hausmittel in allen Vorfällen ſicher zu gebrauchen. Vom Waſſer und Tabacksgebrauch in einem Geſpräch vorgeſtellt.* Hamburg 1723. 8. Sub ſpecie lepidi dialogi demonſtrare ſuſcipit, fere in omni malo magnam eſſe clyſterum efficaciam. Tabaci uſum ſalutarem, utilem theæ. Dictio humilis & plebeja. Hæc ſua conſilia hiſtoriis curationum confirmat.

Deliciæ medicinæ & chirurgiæ, oder curieuſe Anmerkungen, erſtes Præſent. Leipzig 1703. 8. *. Chirurgus Lipſienſis, cujus nomen ignoro in re ſeria nimium lepidus. Chirurgica diximus. Annotationes practicæ nullo ordine congeſtæ, tamen propriæ, tum ſcriptiones propriæ quas ob efficaciam commendat. Palpitatio diuturna ab aneuryſmate orientis aortæ. Juvenis fumo exſtinctæ candelæ in nares demiſſo ſubito occiſus, mireris tertio demum die convulſum periiſſe. Hæmorrhagia narium vitriolica aqua compreſſa funeſto eventu.

Anderes Præſent. Leipz. 1703. 8. *. Utile exemplum feminæ quæ poſt phrenitidem moribunda ſolito more in ſarcophagum jam jam dimitti debuerat, ſuſpirio vitam ſuperſtitem prodiit & cum ea reconciliata fuit. Ea femina audiebat omnia quæ agebantur, in profunda vero pace qua beatiſſimam ſe credebat, hanc turbare noluit. Venæ inſolitis locis inciſiones, ut in apice naſi ad chloroſin curandam. Sibi parvas venas non placere aperiri nec jugularem. Diabetes cum copioſiſſimo potu, animo enim linquebatur ægrota, niſi enormia pocula ſumeret, eadem inſigni & maligna ſyncope vexabatur, quoties lotium non libere decedebat. Sanata lacte, acido vitriolico & ſimili aqua medicata cum plurimis ceraſis. Repetitus abortus ab uteri vulnere, hoc ſanato ſublatus. Cephalea veſicas trahente emplaſtro ſanata.

Succeſſerunt quæ omnia enumerare non licet, *drittes Præſent* Leipz. 1703. 8. *. *Viertes* 1704. 8. *Fünftes* 1704. 8. *Sechstes* 1704. 8. cui adjectæ ſunt aliquæ encheireſes chemicæ.

Porro *ſiebentes Præſent* 1705. 8. *Achtes* 1705. 8. *Neuntes* 1705. 8. qua opus completur. Cum nono etiam chemici aliqui *proceſſus* editi ſunt.

S. S. D. (SAMUEL STEUERLING) *Relationes curioſæ medicæ, von den bis hieher ſo ſehr verachteten ſignis phyſicis vom Urin.* Gotha 1703. 8. 1718. 8. Auctor chemicus alia medicamenta fere contemnebat. De lotii coloribus, nihil digni. De medicis qui male ex lotio prognoſtica repetierunt, deinde uromantorum, denique magorum, ejuſmodi enim homines noſter admittit. Colorem ſubviridem tribuit nimio acori, ego innocentiſſima de cauſa viridiſſimum vidi.

Flatus quos veſiculæ in lotio indicant. Duos annos ante apoplexiam in lotio ſigna jam apparuiſſe futuri mali. Filamenta quæ a gonorrhœa eſſe noſter ignorat. De ſemine & ſanguine in urina.

In *mantiſſa* memorabilia aliqua. Homini ſano urinam leviſſimam eſſe, & ea ratione pondus augeri, quo morbus ingraveſcat. Pondera ergo jubet examinare. Unum granum morbi initium, quatuor graviſſimum morbum indicare, quinque inſtantem mortem. Cum valetudine levitas redit. Exempla & morborum hiſtorias addit. Aquam fluentem aut lotii pondus habere, aut idem grano excedere aut citra idem ſubſiſtere. Pluvialem aquam duobus fere granis leviorem eſſe, fontanam aquam puram tribus granis urina ſana leviorem eſſe, vinum duobus, ſpiritum frumenti novenis, Alcohol 15 & ultra.

Ej. *Lebenslauf* ſcribente Immanuel Schade. Dresdæ 1758. 4. B. Bun.

Henrich Alexander Nieser *ſicherer Weg vermittelſt einer Tinctur luem veneream ohne Salivation zu curieren.* Berlin 1703. 8. Schulz. 1713. 8. Astr. Cremore fit Tartari, Guajaco, Saſſafras, Salſaparilla, Chinæ radice deſtillata, quod adſcendit cum ſpiritu vitrioli digeritur datur ad 100 guttas.

J. Frid. Joseph Hack *ſittlicher* Hippocrates *den rechten Weg zeigend zum geſunden und langen Leben.* Erfurth 1703. 12. Tr.

J. Matth. Gross ſcripſerat *de quatuor fluviis prope Biſchofsgrün ſcaturientibus.* Nürnberg. 1707. 4. Tr.

Ej. *der bewährte Arzt und der Arzney Urſprung und Nothwendigkeit, und eines rechtſchaffenen Medici eigentliche Beſchaffenheit.* Francf. 1708. 4.

Ej. *Bibliotheca hydrographica c. lexico hydrologico.* Nurnberg 1729. 4. Meth. St. Med. p. 96.

Nutzlicher Coburgiſcher Unterricht für die Hebammen. Hildburgh. 1703. 12.

Die ganze mediciniſche Praxis aus dem Holländiſchen überſetzt. Francf. 1703. 8. auctorem belgicum ignoro.

Kunſt und Wunderbuch oder der curioſe Künſtler. 1. Von Edelſteinen, der Probierkunſt und allerley mechaniſchen Künſten. 2. Von der Deſtillirkunſt der Bereitung allerley Getränke, Farben, Haushaltungskunſten &c. Nürnberg 1703. 4.

Curiöſe Unterſuchung etlicher Mineralien, Thiere und Kräuter. 1703. 8.

§. MIX.

§. MIX. Disputationes.

P. de Man *de variolis.* Leid. 1703. 4. *.

H. Sittert *de hydrope aſcite.* ib. 1703. 4. Hænel.

A. D. Grandmann *de medicamentis uterinis,* ib. 1703. 4.

F. Starke *de ſoporibus.* ib. 1703. 4.

Adolph Wesling *de abortu.* ib. 1703. 4.

Gerard Heusch *de hæmorrhagia.* ib. 1703. 4. *.

J. C. Christiani *de malignitate in febre.* ib. 1703. 4.

C. H. Owens *de dyſenteria.* ib. 1703. 4.

Nic. Fitzmann *de morbis hydropicis.* ib. 1703. 4. *.

Josua Lenge *de peſte.* ib. 1703. 4.

Guilhelmi Waite *de chloroſi.* Utrecht 1703. 4.

J. Regii *Oratio funebris habita in exſequiis* Nicolai Blancaard *Medici.* Franecker 1703. fol. Burm.

Fr. Grubelig *de curis tentativis.* Utrecht 1703. 4.

J. Jac. Wepfer *de dyſenteria præcipue maligna quæ per æſtatem & auctumnum 1712 in Clevia & vicinis regionibus graſſata eſt.* Duisburg 1703. 4. *.

Harald Wallerius *de fallaciis viſionis.* Upſal. 1703. 4. ſi huc facit.

Jacob Jacobæus Oligeri fil. *de arte Chriſti mechanica.* Hafn. 1703. 4.

Mich. Frid. Chemnitius de Stromberg *de eſſera Arabum.* Præſ. C. Bartholino Hafn. 1703. 4.

Petrus Fossius & B. M. Drachart *de curationibus magneticis.* Hafn. 1703. 4.

Chr. Frid. Krorisius *de cephalalgia habituali cum vertigine.* Regiomont. 1703. 4. Pl.

Car. Aug. Roeser *de phantaſia morborum cauſa & medicina.* Regiomont. 1703. 4. *.

Ej. *de phantaſiæ efficacia in corpore humano.* Regiom. 1705. 4. *.

Casp. Merch *de auro & ejus in medicina viribus.* Greifswalde 1705. 4. Non puto eundem eſſe cujus diſputationes ante 50 annos dictæ ſunt.

Ej. *de ſtudii phyſici neceſſitate in medicina.* ib. 1703. 4.

Bernh. Burntorf *de chirurgia infuſoria.* Roſtock 1703. 4.

J. A. Seiler *Tota œconomia hominis naſcendi ſub ſchemate V. caſuum forenſium.* ib. 1703. 4. (Baſileæ Pl.)

J. Georg Steigerthal Prgm. *De præſtantia aquarum mineralium.* Helmſt. 1703. 4. Pirmontanis aquis cachexiam ſanavit. Calidi temperamenti homines a thermis aquis granenſibus male habent. Inter prærogativas fontium medicatorum eſt quod earum aquarum multo major doſis ferri poſſit.

Henrici Bodonii *de non perferendis ſumtibus curationis ultimi morbi.* Lipſ. 1703. 4.

Rezold *de oblivione memorabili.* 1703. 4. Vater.

Frid. Gottl. Struve *de balneis & balneatoribus.* (qui iidem in Germania chirurgi) Jen. 1703. 4.

Caspari Henrici Vesti *de aëre atmoſphærico ejuſque effectu in corpore humano naturali & præternaturali.* Erford. 1703. 4.

Christ. Wilhelm Preisler *de podagra corporis humani conſervatrice.* Marpurg. 1703. 4.

Theod. Phil. Schacht *Febris continua a vermibus exorta.* Gieſſ. 1703. 4.

Ej. *Exercitatio exhibens ægrum memorabilem icteritium phthiſi laborantem.* Herb. 1724. 4.

Ej. *de acidulis Brubacenſibus.* ib. 1720. 4.

Barthold Adam Berenger & auctor J. Simon Bauermüller *de hæmoptyſi.* Herbipol. 1703. 4. Pl.

Ej. *Connubium* Galeno Hippocraticum ſ. *index inſtitutionum medicinæ rationalium.* ib. 1708. 8.

Ej. *de peſte in genere & lue epidemica modo graſſante in ſpecie.* ibid. 1714. 4. Heft.

Ej.

Ej. *de emeticis ſ. vomitoriis eorundemque præparationibus & legitimo exhibendi uſu.* ibid. 1723. 4. Heft.

Car. Henr. Schwarze *de hydrope.* Altdorf. 1703. 4.

Tobias Klett *de trichiaſi ſ. morbo pilorum.* ibid. 1703. 4. cum hiſtoria morbi & exemplo & prælectionibus J. M. Hoffmanni.

Henr. Alb. Cunrad *de mola.* ib. 1703. 4.

Philip Huth *de iſchuria.* ib. 1703. 4. Hænel.

J. G. E. Küffner *de diabete.* ib. 1703. 4. Riv.

Conr. Burghard Vogther *de morbis mœrentium.* ib. 1703. 4.

Ej. *Schediaſma de variolis adultorum.* Ulm. 1712.

Mart. Strooth *de auditu difficili* Præſide Helmont. Hall. 1703.

Ej. *de ſterilitate mulierum.* Lipſ. 1704. lego & 1703. 4.

J. Math. Muller *de inflammatione veſicæ urinariæ.* Altdorf. 1703. 4.

Ej. *Decas caſuum medicorum cum l. de fractura cranii.* Hall. in Schwaben. 1712. 8. & Dec. II. ib. 1718. 8. Pleuritis cum angina complicata, quam cachexia icterica inſecuta eſt, tamen ſanata. Alvus parca demum nulla, cum vomendi conatibus & iſchuria ſanata eſt incredibili vi ſcybalorum expulſa. Poſt fluorem album fungus uteri inſignis. Epilepſia (puto morbus hyſtericus) facile ſanata. Alii morbi convulſivi.

Christ. Frid. Hoechstetter *de ſpina bifida.* Altdorf. 1703. 4. In virgine 20 annorum id malum ſe vidiſſe.

Dav. Jassoy *de lethargo.* Baſil. 1703. 4. Pl.

J. Dan. Kolb *de lethargo.* ib. 1703. 4. Pl.

J. Mich. Brodholz *de lithogeneſi.* ib. 1703. 4. *.

J. Georg Henrici *de morbis endemiis.* ib. 1703. 4. *.

Phil. le Fevre *de bulimo.* ib. 1703. 4. *.

J. Rud. Harder *de anorexia.* ib. 1703. 4. *.

Hartwigs *de colica.* ib. 1703. 4. Pl.

Car.

CAR. MARTEAU & NIC. le TELLIER *an pueri juvenibus majori caloris innati copia pollent.* Paris 1703.

PETR. PERREAU & JAC. BENIGN. WINSLOW *an cerealia & olera agri pariſienſis ſalubria.* ib. 1703.

BERT. DIEUXIVOYE & STEPH. FRID. GEOFFROY *an recens nato lac recens enixæ matris.* ib. 1703.

GUID. CRESC. FAGON & STEPH. FRID. GEOFFROY *an medicus philoſophus mechanico chymicus.* ib. 1703.

JAC. de BOURGES & PETR. AZEVEDO *an infantum nævi ab imaginatione matrum.* ib. 1703. 4.

NIC. RAINSSANT & LUD. GUILLOT *an partus humanus ut plurimum laborioſus.* ib. 1703. 4.

PETR. POURRET & PETR. SARTON *an in raro corporis habitu vita felicior,* ib. 1703. 4.

JAC. FOURNEAU & PLAC. SARACI *an pili ſint partes corporis viventes.* ib. 1703. 4.

FRANC. AIGNAN & LUD. GUILLOT *an dyſenteriæ potiſſimum pituitoſæ ſtatim initio emetica.* ib. 1703. 4.

DIONYS DODART & STEPH. FRID. GEOFFROY *an omnis morbus a coagulatione.* ib. 1703. 4.

PETR. CRESSÉ & NICOL. le TELLIER *an in apoplexia præſtantius ſit emeticum e Vitriolo, quam ex Antimonio.* ib. 1703. 4.

ALEX. MICH. DENYAU & PHIL. FONTAINE *an opium dyſenteriæ ſaluberrimum.* ib. 1703.

ABR. THEVART & PETR. AZEVEDO *an ſola cognitio morbi inventio remedii.* ib. 1703. 4.

CLAUD. QUARTIER & ANTON. PEPIN *an incipienti dyſenteriæ præſentius ab adſtringentibus aut emeticis, quam a venæſectione remedium.* ib. 1703. 4.

J. ADAM GENSEL *Theſes philoſophico medicæ.* Patav. 1703. 4.

§. MX.

§. MX. Simon Paul Hilscher.

Per multos annos profeſſor Jenenſis, numeroſas diſputationes edidit, librum quantum novi nullum.

Ej. *de philtris*. Jen. 1704. 4. *.

Ej. *Idea boni medici forenſis*. ib. 1706. 4. Tr.

Ej. *de frequentiori hominum imbecillium ſalubritate præ robuſtis*. ib. 1712. 4.*

Ej. *de vita in receſſibus valetudinis cauſa quandoque agenda, exemplo priſci Romani noſtrique ævi, occaſione loci Pliniani* L. V. Epiſt. VI. ib. 1725. 4.

Ej. *de legitimo venæſectionis uſu in gravidis*. ib. 1706. 4.

Ej. *de incontinentia urinæ ex partu globulis ligneis curanda*. ib. 1716. 4. Heft. Br.

Ej. *Theoria abortus & partus præcocis*. ib. 1717. 4. Heft.

Ej. *Obſervationes & meditationes quædam practico anatomicæ circa opus generationis in feminis*. ib. 1719. Heft. Br.

Ej. *de recte capiendo ſomno pro tuenda valetudine*. ib. 1728. 4. Heft.

Ej. *de aneuryſmate*. ib. 1728. 4. Heft. Br.

Ej. *de abuſu Coffeæ in ſexu ſequiori*. ib. 1727. 4. Heft.

Ej. *de melancholia*. ib. 1727. 4.

Ej. *de erroribus vulgi Jenenſis circa curam infantum*. ib. 1729. 4. Heft.

Ej. *de ſenſu corporis ſanitatis conſervandæ & reintegrandæ conſiliario* Progr. II. inaug. ib. 1729. 4.

Ej. *de fonticulorum natura uſu & abuſu*. ib. 1729. 4. Heft.

Ej. *de natura & principiis medicorum*. ib. 1730. 8.

Ej. *de mutatione quæ uſum ſacræ cœnæ ſequi ſolet in morbis*. ib. 1730. 4.

Ej. *de cura ſtrumarum contactu regio facta*. ib. 1730. 4. Heft.

Ej. *de medicorum ingreſſu ad ægros valde neceſſario*. ib. 1730. 4. Heft.

Ej. *de dignitate ventriculi in medicina*. ib. 1732. 4. Heft.

Ej.

Ej. *Medicorum proverbium: Aurora muſis amica.* ib. 1732. 4. Heft.

Ej. *de rationali & praxi fundata ſphygmomantia ſive arte pulſum explorandi & ex eo judicandi.* ib. 1732. Heft.

Ej. *de vomitoriorum natura uſu & abuſu.* ib. 1732. 4.

Ej. *de amputatione & raſura capillorum in variolis.* ib. 1732. 4. U. Prgr. Heft.

Ej. *de longævitate hominum antidiluvianorum.* ib. 1732. 4. Heft.

Ej. *de unico in homine reperto rene prægrandem continente calculum.* ib. 1733. 4. Heft. Br. Prg.

Ej. *de officio ægroti circa primam febris acceſſionem.* ib. 1733. 4. Heft. Br.

Ej. *de calculo renum.* ib. 1734. 4. Heft. Br.

Ej. *de recto & non recto vini in febribus uſu.* ib. 1739. 4. Heft.

Ej. *de ſterilitate mulierum.* ib. 1734. 4. Heft. Br.

Ej. *de* Ciceronis *methodo tuendi valetudinem.* ib. 1734. 4. Progr.

Ej. *de lethargo.* ib. 1734. 4. Pl. Br.

Ej. *de principum militiam ſequentium tuenda valetudine.* ib. 1735. 4. Heft.

Ej. *de remiſſione animorum magno ſanitatis in literatis præſidio.* ib. 1735. 4. Heft.

Ej. *de morbo caſtrenſi epidemico ab initio veris a.* 1735. *in caſtris ad Rhenum & in viciniis graſſato.* ib. 1736.

Ej. *de phthiſi.* ib. 1737. 4.

Ej. *de ſtratagematibus medicis.* ib. 1738. 4. Heft.

Ej. *de nimia humorum corporis noſtri viſciditate.* ib. 1738. 4.

Ej. *de doloribus febrium acutarum.* ib. 1738. 4.

Ej. *de diæta vernali.* ib. 1738. 4. Pl.

Ej. *de veris inſalubritate & ſalubritate in genere.* ib. 1738. 4.

Ej. *de veris ſalubritate in ſpecie.* ib. 1738. 4. Heft.

Ej.

Ej. *an in variolarum morbo etiam viſcera interna puſtulis contaminentur.* ib. 1738. 4. Utique de inteſtinis cruſtas decedere.

Ej. *de egregio uſu diſtinctionis cauſæ in poſitivam & privativam in praxi medica.* ib. 1739. 4.

Ej. *de aqua vitali cordiali microcoſmia.* ib. 1739. 4.

Ej. *Æger ſphacelo ſcroti venereo cum febre ſymptomatica acuta laborans feliciter ſanatus.* ib. 1739. 4.

Ej. *de morbillis.* ib. 1739. 4.

Ej. *de apoplexia.* ib. 1739. 4.

Ej. *de peſte.* ib. 1740. 4.

Ej. *Explicatio effati medici: pulſus bonus urina bona & æger moritur.* ib. 1740. 4. Heft. Br.

Ej. *de inſigni faucium tumore & angore moleſtiſſimo circa ſalivationem mercurialem ſymptomate evitando.* ib. 1741. 4.

Ej. *de caſtorei natura & genuino in praxi medica uſu.* ib. 1741. 4. Heft.

Ej. *de primo poſt exantlatos graves morbos in publicum progreſſu.* ib. 1741. 4.

Ej. *de febribus malignis in regione Rœmbildenſi a menſe Decembri a.* 1740. *ad Auguſtum* a. 1741. *graſſatis.* ib. 1741. 4. *.

Ej. *de tumore ventris oblongo poſt partum farciminis ſimili.* ib. 1741. 4. Heft.

Ej. *de læſione uteri ex improvida ſecundinarum extractione.* ib. 1741. 4. Heft. Br.

Ej. *de animi laboribus egregio ſanitatis vitæ longæ hominum præſidio.* ib. 1742. 4.

Ej. & auctoris ut puto C. C. Schmiedel *de exulceratione pericardii & cordis exemplo illuſtrata.* ib. 1742. 4. Heft.

Ej. *Curatio paucitatis lochiorum & dolorum poſt partum in matrona generoſa feliciter peracta.* ib. 1743. 4.

Ej. *de prognoſi ex urinis tenuibus & albis præſertim copioſis in febribus acutis.* ib. 1743. 4. Heft.

Ej. *de plethora multorum morborum & ſymptomatum cauſa.* ib. 1743. 4.

Ej. *de partibus conſtitutivis antimonii ejuſque tincturis.* ib. 1743. 4. Heft.

Ej *de officio medici in febribus acutis apparentibus urinis tenuibus aquoſis & copioſis.* ib. 1743. 4.

Ej. *de notabili obſervatione circa ſuſceptam deſtillationem ſpiritus ſalis communis.* ib. 1743. 4. Heft. Br.

Ej. *de angina.* ib. 1743. 4. *.

Ej. *de medicamentorum diluentium natura & recto uſu.* ib. 1743. 4. Heft.

Ej. *de abortu a plethora facile repetente.* ib. 1744. 4. Heft.

Ej. *de mutuo animæ cum corpore commercio.* ib. 1744. 4. Heft.

Ej. *de permutatione linteorum in morbis acutis.* ib. 1745.

Ej. *Hiſtoria variarum methodorum defendendi homines a variolis iiſdemque medendi.* ib. 1745. 4. *. reſp. A. Raesfed.

Ej. *de oculis ſanitatis & morborum indicibus.* ib. 1745. 4. Heft.

Ej. *Medicum non debere eſſe hæmophobum.* ib. 1745. 4.

Ej. *de diarrhœa.* ib. 1746. 4.

Ej. *de fluxu menſium immodico.* ib. 1746. 4. reſp. A. Neumann.

Ej. *de lipothymia.* ib. 1746. 4. auct. Bouillon.

Ej *Obſerv. de ſene lethifera cachexia correpto.* ib. 1746. 4. Heft.

Ej. *de vitio lactis humani ejuſque medela.* ib. 1746. 4. Heft.

Ej. *de hectica ex hypochondriaco malo orta.* ib. 1747. 4. Heft.

Ej. *de morbis acutis præ chronicis malignitate & lethalitate.* ib. 1747. 4.

Ej. *de podagra retrograda & retropulſa.* ib. 1747. 4.

Ej. *de gravi ſcorbuti ſymptomate ſcelothyrbe dicto memorabili caſu illuſtrato.* ib. 1747. 4. *.

Ej.

Ej. *de inſigni raucitatis remedio.* ib. 1747. 4.

Ej. *de ſcorbuto ejuſque remedio.* ib. 1747. 4.

Ej. *de ſitu corporis inter ſtudendum.* ib. 1747. 4.

Ej. *de tempore partus naturali ac ordinario.* ib. 1747. 4. Heft.

Ej *de vano ætatis humanæ anni* LXIII. *climacterici magni vulgo dicti timore.* ib. 1747. 4 *.

Ej. *de gramine dactylo latiore folio ejuſque ſemine Germanis Schwaden vel Manna dicto.* ib. 1747. 4. Heft. Br.

Ej. *de odontalgia.* ib. 1748. 4. Heft.

Ej. *Medicum non eſſe debere hæmophobum.* ib. 1748. 4. Heft.

Ej. *de æthiope minerali.* ib. 1748. 4. Pgm. I. & II.

Ej *de teneſmo.* ib. 1748. 4. Heft.

§. MXI. Diaria ad a. 1773.

In Philoſ. Tranſact. nr. 290. William Oliver de Calentura febre maligna navali cum delirio ſ. phrenitide. Cum vena incideretur ſanguis maligne & difficillime manavit.

De cortice chinæ chinæ. Fructum arboris caſtaneæ ſimilem eſſe. Primum ſolo cortice deinde fructu ipſius medicos uſos eſſe.

An idem. *Eſſays on the uſe aud abuſe of warm bathing.* Lond. 1751. 4.

Ej. *A practical Eſſay on Fevers, containing remarks on the hot aud cool methods of their cure, wherein the firſt is rejected and laſt recommended, to wich is annexd a Diſſertation on the Bathwaters.* Lond. 1704. 12. Günz.

Ej. *Practical Eſſay on fevers.* Lond. 1704. Heist.

Radulphus Thoresby nr. 291. de pilis per alvum excuntibus.

In Hiſt. de l'Acad. des Sciences 1703. Felibien. De ſurdo & muto ſubito auditum recuperante cum aqua limpida de aure manaſſet.

Parent. Poſt febrem brachia emarcuerunt & ſponte delapſa ſunt vita ſuperſtite.

In ventriculo lacertæ nominatæ jecko & tigridis numeroſi vermes.

Frigus univerſale nullo modo ceſſavit admoto calore.

In *Actis maris Balthici.* 1703. m. April. Calculus in ventriculo gallinæ.

In Novembri FRID. SCHNEIDER. Sudor a morte.

EJ. de putredine verminoſa in febribus malignis.

M. Decemb. GEORG. LOFHAGEN de ſteatomate & paralyſi brachii a ganglio male curato. Manus amputata.

J. CUNRAD TIEFFENBACH de hydatidibus per alvum egeſtis cum aphonia & reſtituta demum valetudine.

§. MXII. J. B. VOLPINI.

Non ſatis ſcio num idem noſter cum ſcriptore ſit B. VOLPINUS cujus elogium HYACINTHUS GIMMA in elogii degli ſpenſierati dederat. Neapoli 1703. 4. Nomen tamen reſpondet.

EJ *Spaſmologia ſ. Clinica contracta.* Liber maculoſiſſime ſcriptus & maculoſiſſime impreſſus, in quo equidem non adeo ſpaſmi ſoli quam univerſi morbi cum ſua curatione dicuntur. TACHENIANUS acidum pro morborum cauſa habet, alcali pro remedio. Venæſectionem undique refutat, aſper & iracundus. In febribus ſanguinis coagulationem adeſſe, non diſſolutionem. Sed etiam ex febrium remediis purgationem validiorem relegat. Corticis peruviani efficaciam augeri vult addita myrrha & centaurio minori. In febribus malignis ſola valere alcalia. Inflammationem fieri ab acri impacto & vaſis criſpatis. In pleuritide venam non ſecat, ſed partem dolentem inungit, papaverinum dat & opiatum laudanum. Ad maniam cum J. MICHAELIS Anagallidem cœruleam laudat. Scriptiones enormiter longæ. In aſthmate iterum hypnotica dat. Plethoram rariſſime locum habere. In colico dolore clyſteres frigidos ſubjecit. A calculi torturis ſe liberatum fuiſſe ait pulvere ſpinarum halecis in fumo aſſatarum. In dyſuria ſphincter veſicæ inciſus, eo effectu ut dolor continuo remitteret, & cum tamen ingens in veſica calculus hæreret plumbea fiſtula in veſicam data conditio ægroti tolerabilis facta eſt. Calculum eſſe ab acido nimis exaltato. Modus calculum explorandi. Venus certum chloroſeos remedium. Hydrargyrus dulcis ad partum promovendum. Cataractam plerumque in humore aqueo reſidere. Locum venæſectionis & purgantium abſtinentiam replere. Ridicule medicamentis imperari ut hanc illamve corporis partem expurgent. Fauces non a bile tingi. In ERASISTRATO derivationem & revulſionem rejicit & univerſam venæſectionem.

Diverſus

Diverſus eſt a JOSEPHO VOLPINO amico VALISNERI quem alias dicemus.

§. MXIII. G. PHIL. NENTER & J. KANOLD.

GEORGIUS PHILIPPUS NENTER Profeſſor Argentinenſis ex ſchola STAHLIANA aliquanto mitior, ut etiam ſpiritus animales ideo mitteret.

EJ. Diſp. inauguralis *de veſicatoriorum uſu*. Argentor. 1704. 4. HEFT.

EJ. *de uſu phyſicæ in medicina*. ib. 1707. 4. HEFT.

EJ. *de ſtatu medicinæ hodierno*. ib. 1713. 4. Satis contemtim de ſtudiis elegantioribus. In catalogo TREWII dicitur cum theoria hominis ægroti ſ. pathologica medica parte generali prodiiſſe diſſertationum faſciculum: *de medico naturæ miniſtro, de ſecretionibus & excretionibus, de affectibus cum hæmorrhagiis uteri connexionem habentibus, de vita & morte*. Argentor. 1716. in meo exemplari nihil horum invenio.

EJ. *Specimina commentarii in* DAN. LUDOVICI *Pharmacopœam moderno ſæculo applicandam*. Argent. 1708. 4. *. Nihil huic ſpecimini addidit, quod utilia multa promittebat, & hic quidem de purgantibus egit, meliores pro eis rationes indicat.

EJ. *Theoria hominis ſani ſ. phyſiologia medica. Præmiſſa eſt introductio de requiſitis boni medici*. Argentor. 1714. 8. 1723. 8. Introductio primum ad medicam artem facit, in ea cura eſt potiſſimum monere ne in phyſicis, botanicis, anatomicis nimis nobis indulgeamus. In pathologia multa ſcholaſtica ſuperflua deſiderat, non probat ideo quando veri morbi, apoplexia v. gr. pro mero ſymptomate deſcribuntur. Contra hiſtoriam morbi queritur negligenter tractari. Inutilitatem phyſices in praxi propria experientia confirmat. Laudes & apologia ſcriptorum STAHLII, quæ male obſcura dicuntur, ipſum autem qui STAHLII auditor, non fuit profeſſorem jam nova luce affulſerunt. Deinde NENTERUS diætetica & de cibo & potu in phyſiologia tradit, ſed etiam affectus animi & reliquas ſex res non naturales tractat.

Succeſſit. *Pathologiæ medicæ pars generalis, præmittitur introductio de nævis pathologiæ modernæ & activo in morbis*. Argent. 1716. 8. Contra ſanguinis acrimoniam, non adeo ab obſtructione hæmorrhagias fieri quam a plethora, arteriæ in locum determinatæ per exempla. Metaſtaſis materiæ in tonſillam magno cum fætore ſolvit febrem petechialem. Contra ætiologiam falſam. Nimium tribui bili vitiatæ. Teſtimonium pro Hallenſibus medicamentis notiſſimis, & nihil intercedere quin medicamentis per experientiam approbatis utatur, etſi compoſitionem ignoret. Inde pathologiam STAHLIANAM, morbus ut naturæ repugnet, corpus ſanum conſervaturæ, Non facile naturalis motus, qui

qui majori ſupprimi debet. Cauſa inde morborum primaria plethora, poſſe tamen etiam eſſe parcitatem ſanguinis. Tunc ſpiſſitudo, cacochymia, quam non rejicit. Inde vitia ſeri & reliquorum in corpore humano humorum. Porro motuum theoria & vitia. Si conſuetudinis hæmorrhoides ex hac conſiderationem graviorem naturæ excitant, quoties ſubprimuntur. Sanguis ad inteſtina & ad cerebrum demum convertitur funeſtamque apoplexiam facit. Demum flatus, vermes, calculi, venena. Alii morbi & eorum cauſæ. Denique perverſa medendi ratio.

Ej. *Fundamenta medicinæ theoretico practicæ*. Argentorat. Tom. I. & II. 1721. 4. TR. Venet. 1735. ſed lego etiam 1753. fol. Ordo & methodus addiſcendæ artis, deinde tabulæ phyſiologicæ, quæ pathologiam tractant, omnia ad STAHLII ſenſum, attamen nonnullis adnotationibus conſperſa. Generalibus & propriis morbis ſigna & prognoſes ex HIPPOCRATE adjectæ. Catalogi medicamentorum ſecundum ſuas indicationes. Multa chirurgica & diætetica. Hæmorrhagiæ & ſanguinis expulſi naturales viæ fuſe. Dolores ſigillatim. Inflammationes, abſceſſus, calculus, quem non negat comminui poſſe, Tom. II. Morbi ſeri. Vomitus, diarrhæa & alii fluxus abdominales, renales, cutanei, catarrhi & icterus huc referuntur, urinæ mala excretio, hydrops, morbi cutanei, Scorbutus, lues venerea. Tunc morbi convulſivi & ſpaſmodici, inde paralytici. Inde febres, utique in calidis & ardentibus calida dat & pellentia. Variolæ, ſalivatione evocata per uſum cinnabaris antimonii, ſalus reſtituta fuit. Purpura alba, hanc ſæpe in corpore humano retineri. Febres intermittentes. Vomitum motum alvum ductam calidis draſticis non undique probat. In quartana cortex peruvianus poſt digeſtiva. Senſuum externorum affectus & iterum melancholia a malo hyſterico ſejuncta. Tarantulæ fabellas fuſe non ſuſpicax pro vero repetit. Morbi mulierum, vermes. Commodum tamen in univerſum & ad uſum junioris medici omnino ſatis utiliter conſcriptum eſt.

J. KANOLD Vratislavienſis clinicus, ex acrioribus affeclis STAHLII eo præſide diſputavit *de abortu & fetu mortuo*. Hall. 1704. 4. *.

Inde diſputationibus nonnullis præfuit, practici fere argumenti.

Ej. *Einiger Medicorum Sendſchreiben von der in Preuſſen* 1708. *in Danzig* 1709. *in Roſenburg* 1708. *in Frauenſtall* 1709 *graſſirten Peſt, von der wahren Beſchaffenheit des Bubonis, des Schweiſſes, und der Peſtgeſchwüre, ſonderlich der Beulen, vom ächten Gebrauch der Vomitoriorum und Sudoriferorum.* Breslau 1711. 4. *. 1713. 4 TR. Collegit KANOLDUS I. Epiſtolam GEORGII KLAUNIG qui 1500. in febre laborantium curam geſſit. Ex medici Gudanenſis teſtimoniis vulgarem quidem alexipharmacorum uſum fuiſſe, operæ vero pretium fuiſſe in ſpiritibus acidis, ſ. ſalis dulci & antimonii clyſſo. Periiſſe qui abominabili conſilio pus de bubonibus deglutiverant, aut oſſa ægrotorum peſte infectorum,

infectorum, etſi hæc oſſa etiam STAHLIUS probaverit. II. Altera epiſtola KLAUNINGII, ſe denuntiaſſe præſentem luem peſtem eſſe, non fuiſſe contagioſam, Medicos omnes peſte laborantium curam recepiſſe, nullum tamen medicum mortuum eſſe. Valida remedia omnia nocuiſſe etiam venæſectionem, felicius fuiſſe eorum fatum, qui vel nulla medicamenta ſumerent, vel certe moderata. Difficilius curari ſanguinei temperamenti homines & cholerici. Se diaphoreticis uſum ſudore potiſſimum per ſtragula & in lecto quiete expreſſo, propinata thea vel calida cereviſia. Alexipharmaca noxia fuiſſe, eſſentia tamen alexipharmaca STAHLII ſpiritu tartari & vitrioli ſpiritu miſta feliciter uſum, Bubonibus neque ignem neque acria ſed mitiora trahentia, impoſuiſſe. III. Epiſtola KANOLDI & KLAUNINGII bona & moderata reſponſa. Emetica potius nocuiſſe, ſic ſpontaneos frequentes vomitus. Eſſe quibus carbones erupuerint. Febrem peſtiferam a meridie exacerbari. Neminem mortem evaſiſſe, cui poſt quintum diem bubo erupuit. Sudores ſolos neminem ſervaſſe, vomitus vero abſque ſudore felicem habuiſſe mali exitum. Sed etiam alios abſque bubonibus. Veſicatoria & inciſiones in bubonibus infeliciſſimæ. Gravidas feminas a peſte prehenſas fere abortiiſſe, etiam ſi nuperrime impraegnatæ fuiſſent. Acida profuiſſe. Petechias non ſolas prodiiſſe ſed fere poſt bubones & carbones. Funeſtæ etiam petechiæ cœruleæ erant. Mortui urbis incolæ & ſubditi 24533. IV. Epiſtola KANOLDI. Peſtem videri per primas vias inficere cumque ſaliva, nicotianæ fumum hic convenire, monita adeo in morbi primis ſymptomatibus mortis eſſe, nauſeam, vomitum, etiam picam. Inciſiones cadaverum. In Roſenberginis ægrotis maculæ petechiales in ventriculo, inteſtinis, peritonæo omento. Ventriculus etiam adroſus magnæque in eo maculæ. Ex his monuit KANOLDUS vomitum debere cieri etiam pro experimento, potiſſimum quando ſaburram nauſea prodeat & indicet. Sudores non indicari, ſæpe nocere, neque princeps eſſe naturæ conamen & bubones impedire ne propellantur. Veram criſin peſtis bubonem eſſe, neminem Roſenbergæ periiſſe, cui bubones tempeſtive erupuerint, maturuerint & aperti fuerint, ſoli & abſque alia criſi ægrotum ſanaverunt, eo felicius quo majores & præcocius erumperent.

Relatio de peſte Roſenbergenſi. Ulcera aut ignes aut fonticulos non tutos præſtitiſſe mortales, periiſſe quaſi ex lipothymia & abſque febre. Sudores profuiſſe fœtidos etiam frigidos cum bubonibus. Carbones eo minus malos eſſe quo ſint numeroſiores. Petechiarum ſemper maximum eſt periculum, abuſu theriacæ ſæpe efflorefcunt. Relatio de peſte Frauenſtadienſi a. 1719. Viginti ægros reſtitutos qui non ſudaverant. Mala tormina abdominis. Exciſos bubones male ceſſaſſe.

EJ. *Hiſtoriſche Relation von der Peſtilenz des Hornviehes, welche a. 1711. und 1712. in Schleſien, wie nicht weniger im Jahr 1710. in Mähren, Pohlen, Ungarn, Oeſtereich, Siebenbürgen graſſirte.* Breslau 1713. 4. Paucæ inciſiones & vix quidquam

quidquam proprii. Ventriculus dura materie plenus. Veſicula fellea ingens, lien ſæpe magnus. Viſcera etiam materie putrida plena.

Contagium ineſſe contendit, id non in aëre efficax habitare, cum peſtis ſæpenumero alteram civitatem tranſiliat intactam, tutoſque manſiſſe qui ab omni commercio cum infectis ſejuncti fuerint.

An nova editio an aliud opus.

Kurze Jahrhiſtorie von der Seuche des Viehs von 1701. *bis* 1717. *vorzüglich von der groſſen Peſtilenz unter dem Horn- und Pferdevieh, von* 1709. *bis* 1717. *aut vielerley correſpondenz und andern Berichten zuſammengetragen.* Bauzen. 1720. 8. 1721. 8.

Ej. *Einiger Marſilianiſchen Medicorum Sendſchreiben von der Peſt in Marſeille, franzöſiſch und deutſch, nebſt* J. Kanolds *einigen Reflexionen, ſonderlich von dem wahren Urſprung der Peſtilenz aus und in Orient.* Leipz. 1721. 8.

Ej. *Reflexionen über einiger Marſilianiſchen Medicorum Schreiben von der Peſt.* Leipz. 1721. 8.

Edidit demum *Breslauiſche Sammlungen der Natur- und Medicingeſchichte.* Breslau 1717. 4. a M. Julio ad a. uſque 1727. eis profuit, ſed de hoc pleniſſimo practicis adnotationibus opere ſuo loco dicendum erit.

§. MXIV. Antonius Maria Valsalva.

Imolenſis (Fori Cornelii civis) Profeſſor Bononienſis.

Medicus qui etiam potiſſimum manu artem exercuit, laborum ſordiumque patientiſſimus, experimenta etiam ad verum commodum facere perſpicax & cautus, in morborum vera cauſa indaganda per inciſiones cadaverum diligens.

Edidit celeberrimum *de aure humano* tractatum, in quo novo exemplo menſuras ad partes ejus organi adtulerat, quo accuratius in re ſubtili verſaretur. Prodiit Bonon. 1704. 4. Venet. 1740. 4. cum Morgagni epiſtolis.

In hoc parvo ſed elaborato opere aliqua ſunt argumenti practici. Frequens ſed curabilis ſurditas ab indurato cerumine. Ramulum nervi qui in odontalgia amburi poteſt accurate deſcribit.

Sanguinem in apoplexia in ventriculum dextrum effuſum ex eo ventriculo rupto per aurem ejuſdem lateris nova per foramina deſcendiſſe & de capite effluxiſſe, ſed ea quidem foramina manifeſte pro arteriis facta ſunt a meningea in tympanum advenientibus. Deleta per cariem tympani membrana & oſſiculis

culis utique ſurditatem futuram eſſe, tunc autem gravem auditum quando deleta membrana oſſicula integra ſuperfuerint, demum illa membrana natura reparata eſt experimento in canibus facto. Decuſſatio apoplexiæ ut ſanguis in dextro latere effuſus ſit quando ſiniſtri artus ſunt reſoluti, & vena non reſoluti lateris aperiri debet. Multæ hic VALSALVÆ ad confirmandam hanc decuſſationem adnotationes allatæ exſtant in Epiſt. XIII. Nervi tantum ligati numquam tamen convaleſcent. Ob tubæ Euſtachianæ inſertionem ſurditas ab ulcuſculis circa uvulam ſubortis. Muſculos etiam ſalpingo-ſtaphylinos eroſos auditus paruiſſe gravitatem.

Inter *tres diſſertationes anatomicæ poſthumæ, quas olim* a. 1715. 1716. & 1719. *in Academia Bononienſi prælectas* MORGAGNI *dedit*. Venet. 1740. 4. *. Secunda huc facit quæ agit de ſuffuſione, qua per inciſiones cadaverum confirmat, cataractam eſſe lentis cryſtallinæ opacitatem (glaucoma ejus indurationem cum viriditate). In eadem etiam diſputatione occaſione annuli ſui nervi optici recenſet aliquos ſingulares morbos, quos per eos annulos explicat, ut imaginaria quæ per viam ſe videnda obtulerint ædificia ſpecioſiſſimæ fabricæ. Cæcitatem etiam ſubitam a lævi morſu galli gallinacei ortam, eam annulo moderatori tribuit convulſo, ramo nervi quinti paris ſupraorbitali valde pollice compreſſo ſubito viſum reſtituit, quod experimentum ſubtiliori anatome certe inſigniter decorum eſt.

In epiſtola etiam quæ cum LARBERI PALFYNO prodiit VALSALVA ſuam adnotationem dat.

Vitam viri habes in Giornale dei litterati XXXV. & cum operibus a MORGAGNO deſcriptam, & demum ab ANGELO FABBRONI a. 1770. & ex eo Extr. des Journ. 1773.

Cum præterea ſchedæ omnes optimi VALSALVÆ MORGAGNO diſcipulo & amico traditæ fuerint, chirurgica aliqua licebit expectaſſe, ut nondum prodierunt.

In MORGAGNI opuſculis miſcellaneis. Venet. 1763. fol. & in parte II. de VALSALVÆ meritis agitur.

§. MXV. VARII.

ANTON. DOMIN. SASSENS *Animadverſiones in pharmacopœam Bruxellenſem editam* 1702. Lovan. 1704. 4.

IDONIS WOLF Chirurgus peregrinator, qui anno 1695. obiit reliquit *obſervationum chirurgico medicarum libros duos*, quos filius J. CHRISTIANUS notis & interſperſis hiſtoriis medicis auxit & edidit Quedlinburg 1704. 4. *. Pleraque

chirurgica ſunt, intercedunt tamen etiam medica. Sudor de ſanguineus capite ab ictu de cute denudato, ſanguine undique obvio de poris exſudante Oſſium emollitio. Salus ab aqua naribus attracta, quam plurimum tenacis pituitæ ſecutum eſt. Hydrocephalus ut emetitus in loco eſſet ſeſquiulmaris cum parte octava. Subnatus tumor aquoſus, inciſus, mors ſecuta eſt. Poſt hemicraniam, cum oculus laboraret, admotis calidis oculus crepuit. Cephalea catarrhalis cum tumore oſſium maxillæ & palati, quæ paulatim aditum ad œſophagum clauderent ut mors per famem ſuccederet. A quartana ipſi auctori ulcera manus. Cephalea ſanata pure & ſanguine de nare & aure lateris adfecti profuſis & una ſublatum ganglion tendini inſidens. In empyi cadavere hepar ſanioſum abſque fellea veſicula, in pectore ſedecim libræ ſeri, quaſi totus pulmo alter evanuerat. In alio hepar permagnum, in veſicula fellea calculus, lien quatuor librarum cum ſemiſſa pondere. Hydrops thoracis. In infante glandulæ meſenterii tumidæ, fœtidiſſima in pectore aqua. Arſenico devorato verſicolor cutis maculis rubris varia etiam nigris, dolores lancinantes a ventriculo per inteſtina deſcendentes diu nulli cedentes medelæ: abdomen ut gravida exiſtimaretur. Cicutæ radices comeſtæ mors die tertio, cum nullum inde malum metueretur. Poſt epilepſiam, in cadavere nihil detectum. Decima octava a morte matris hora infans extra matrem repertus ſed mortuus. Gangræna naſi & faciei, lien duriſſimus, hepar gangrænoſum. Hæc ex L. I. ſecundum omitto, & primam tantum adnotationem addam. Fumi nempe Cinnabarini noxa. Ulcus antiquum ejus uſu elongari, inſequente, ut videtur, cancro faciei.

Petri Mattei Conſentini *Animadverſiones phyſico medicæ in decem dialogos digeſtæ.* Neapol. 1704. Leonhardi a Capoa & Cornelii diſcipulus. Phyſiologici quidem argumenti eſt & ad viſcera chylopoietica & hæmatopoietica ſpectat, admiſta tamen & pathologica. Fermentationum fautor. Se in cane macilento ſcabioſo non aliam morbi cauſam reperiiſſe præter ſucci pancreatici præternaturalem acorem. In vena canis ſanguinem reperit pulcherrimum, inde Sennam animali exhibuit, poſt quatuor horas incidit, ſanguis in vena & in corde obvius obſcurioris coloris fuit, fibrarum loco neſcio quas membranulas reperit & difficilius coagulabatur. Iterum in fele, data aloes drachma, e meſenterio ſuccum nigrum & amarum habuit, in ciſterna acerbum evaporabilem cum fœtore nauſeoſo. Alteri cani cujus ſanguis optimus erat ſeſquidrachmam rhei exhibuit, ſanguis qui floridus fuerat, aquam nigri coloris innatantem habuit ingrati ſaporis. Ex his experimentis, non equidem omnibus ſatis liquidis concludit, purgantium uſu ſanguinem vitiari. Contra ſanguis a nitro, martialibus & antimonialibus nihil paſſus eſt. Plura omitto.

Ratiocinii mechanici abuſus & impotentia. Fryburg. 1704. 8. Auctorem non novi, qui Boerhaavii orationem de uſu philoſophiæ experimentalis refutandam ſibi ſumſit. Geometriam incertam eſſe. Menſes non eſſe a plethora.

Fabricæ

Fabricæ glandularum Bœrhaavianæ opponitur; ſecretiones mechanice fieri non poſſe. Chemiam male deprimi. Fruſtra BOERHAAVIUM in reſtituendo ſuffruto laboraſſe. Pro fermentis, in liquidioribus fermentatis fæces ſubſidere quales per alvum decedant.

J. MARIÆ COTONII V. D. C. V. *Oedipus medicus ſ. in nonnulla vetutatis adagia explicatio* Decas I. Rom. 1704. 4. addit MONGITOR hoc tamen opus nondum publice prodiiſſe.

J. CAROZZI *Anthropologia Tom.* I. *in quo facilior & certior medendi theoria & praxis palam fit abſque electuariis, confectionibus, looch, tabellis, julapiis, ſacharis, ſternutatoriis, magiſteriis, epithematibus, ſacculis, veſicantibus, phlebotomia, tandem ſine quibuſdam decoctis, vinis medicatis, emplaſtris &c.* Meſſanæ 1704. 4.

HENRICI FARNESII (alii ANTONII GATTI neque poſſum de vero auctore judicare, quorum neminem titulus præ ſe fert). *Gymnaſii Ticinenſis hiſtoria & vindiciæ a ſæculo* XI. *ad finem ſæculi* XV. Mediolan. 1704. 8. CONRING.

FLORENTII BOTTI *de pandemathia medica*. 1704. 12.


Profeſſor Duisburgenſis inde Francofurtenſis ad Viadram acer STAHLII adſecla.

Numeroſiſſimas diſputationes dedit.

EJ. *de temperamentorum natura ac diatheſi morboſa.* ib. Hall. 1705. 4. HEFT.

EJ. *Epiſtola in qua refutatur præjudicium medicos omnes Romanos olim abjectæ conditionis & ſervos fuiſſe.* Lipſ. 1705. 4. *.

EJ. *Partum octimeſtrem vitalem eſſe & legitimum.* Hall. 1708. 4. *.

EJ. *de damnis purgantium in diatheſi phthiſico hydropica.* Lipſ. 1708. 4. TR.

EJ.

Ej. *de mutilo medicinæ corpore reſarciendo per chirurgiam & pharmaciam poſtliminio revocandus.* Hall. 1709. 4. & in Valentini *Corp. Med.*

Ej. *de revellentibus ac derivantibus veterum eorumque rationali explicatione.* ib. 1709. 4. Heft.

Ej. *Novum artificium curandi procidentiam uteri veram.* ib. 1710. 4. Heft. Br.

Ej. *de requiſitis medicinæ Profeſſoris.* ib. 1709. 4.

Ej. *de veritate practica diverſionis veterum per revellentia & derivantia earumque operandi ratione mechanica.* ib. 1712. 4. Heft.

Ej. *de medico cathedrali & clinico diverſaque utriuſque curandi ratione.* Franc. & Viadr. 1715. 4. Heft.

Ej. *Hippocrates ab atheiſmi crimine nuper ipſi imputato abſolvitur.* Hall. 1713. 4. Pl. Contra N. H. Gundling.

Ej. *de ſapientiſſima lege Athenienſium qua ſolemniter ſanciti erant ne quæ femina (ſervus) medicinam diſceret Epiſt.* Hall. 1717. 4. Heft. Pl.

Ej. *de frequentia ægrotandi in ſexu ſequiori præ virili.* Francof. 1717. 4.

Ej. *Defenſio pro* Hippocrate *entheo oppoſita declarationi ſententiæ de atheiſmo* Hippocratis N. H. Gundling *denuo ſuſcepta.* Duisb. 1714. 4. Pl.

Ej. *Specimina II. medicinæ forenſis de muliere quæ peperit undecimo menſe.* Francof. ad Viadr. 1719. 4. Heft.

Ej. *de colica ſpaſmodica.* ib. 1719. 4. Heft.

Ej. *Specimen tertium medicinæ forenſis ad Paul. ff. Lib. V. Tit. IV. l.* 3. *ſi quis filium & Ulpian. ff. Lib. XXIX. Tit. III.* 30. 516. *ſuum hæredem.* ib. 1719. 4. Heft.

Ej. *Specimen quartum.*

Ej. *Specimen quintum medicinæ forenſis ad art. XXXV. Conſt. crimin. Carol. V. & I. Digeſt. Libr. XXV. Tit. IV. de inſpiciendo ventre.* ib. 1720.

Ej. *Specimen V & VI. etiam* 1720. 4. Menz.

Ej. *de diverſione humorum per revulſionem ac derivationem eorundem.* ib. 1721. 4. Heft. Br.

Ej.

Ej. *Revellentium ac derivantium genuina operandi natura.* Francof. 1721. 4.

Ej. *de dyſenteria corrupta cum ſalute ægri in integrum reſtituenda.* ib. 1721. 4. Heft.

Ej. *de emanſione menſium.* ib. 1723. 4. Heft.

Ej. *de hæmorrhoidibus turbatis ſuo ordini reſtituendis.* ib. 1723. 4. Heft.

Ej. *de trichoſi.* ib. 1724. 4. Heft.

Ej. *de uſu & abuſu phlebotomiæ in variolis.* ib. 1725. 4. Heft.

Ej. *de amethodia medica in genere.* Frf. ad Viadr. 1726. 4. Pl.

Ej. *de ſedimento urinarum.* ib. 1727. 4.

Ej. *de impoſtura corticis peruviani.* ib. 1727. 4.

Ej. *de epilepſiæ conſenſualis ſingulari ſpecie.* ib. 1727. 4. Pl.

Ej. *de cardialgia ſyncoptica.* ib. 1728. 4.

Ej. *de corticis chinæ chinæ uſu noxio licet recto in febribus.* ib. 1729. 4. Heft.

Ej. *de apoplexia.* ib. 1729. 4. Heft.

Ej. *de uſu & abuſu phlebotomiæ circa æquinoctia.* Francof. 1730. 4. Pl.

Ej. *de lue contagioſa bovillum pecus nunc depopulante.* ib. 1730. 4. cum hiſtoria mali.

Ej. *de pulmonum infantis natatu vel ſubſidentia infallibili indicio cum vel vivum vel mortuum eſſe natum.* ib. 1730. 4. Heft.

Ej. *de membranæ textura uſu & affectionibus tam ſecundum quam præter naturam.* ib. 1739. 4. Heft. Br.

Ej. *Obſervationes aliquot practicæ circa febrem veſicularem.* ib. 1732. 4.

Ej. *de empyemate.* ib. 1732. 4 *.

Ej. *de dyſtocia.* ib. 1732. 4. Heft.

Ej. *de laude febris falſo ſuſpecta.* ib. 1733. 4. Heft.

Ej. *de maturatione humorum in morbis.* ib. 1733. 4. *.

Ej.

Ej. *de officio medici circa ſuperſtitionem ægrotorum.* ib. 1733. 4.

Ej. *de tendinum affectibus.* ib. 1734. 4. Heft.

Ej. *de morbo ructuoſo* Hippocratis. ib. 1734. 4. *.

Ej. *de chirurgiæ cum medicina conjunctione.* ib. 1735. 4. Pl.

Ej. *de ileo ex hernia.* ib. 1735. 4. *.

Ej. *de emeticorum uſu & abuſu in praxi medica.* ib. 1734. 4.

Ej. *de ſingularibus hepatis humani in ſtatu naturali & præternaturali.* ib. 1736. 4.

Ej. *de balſamo Cacao.* ib. 1736. 4. *.

Ej. *de eryſipelate.* ib. 1736. 4. Heft.

Ej. *de cacochymia plethoræ pediſſequa.* ib. 1738. 4. Heft.

Ej. *de febre lactea.* ib. 1738. 4. Heft.

Ej. *de fibræ textura uſu & affectionibus tam ſecundum quam præter naturam.* ib. 1738. 4. Heft.

Ej. *de muſculorum textura uſu & affectionibus tam ſecundum quam præter naturam.* ib. 1739. 4. Heft.

Ej. *de onopordo carcinomatis averrunco.* ib. 1739. 4.

Ej. *de genuina corporis organici motore.* ib. 1740. 4. Heft.

Ej. *Brevis & ſuccincta hiſtoria medica de hernia femorali.* ib. 1740. 4. Heft. Br.

Ej. *de purpura alba confluente.* ib. 1740. 4. Heft.

Ej. *de ſtudio mathematico cum medicina conjungendo.* ib. 1740. 4. *.

Ej. *de febre catarrhali petechizante nunc epidemice graſſante.* ib. 1741. 4. *. cum hiſtoria morbi ad naturam ſcripta.

Ej. *de vera methodo curandi hæmorrhagias ſpontaneas.* ib. 1741. 4. Laudat ſuccum urticæ.

Ej. *de meſenterii adfectibus.* ib. 1742. 4. Heft.

Ej. *de conſenſu & diſſenſu mechanicorum & organicorum modoque illos conciliandi*, ib. 1742. 4. Heft.

Ej. *an in medico practico fortuna requiritur.* ib. 1743. 4. Heft.

Ej. *Hiſtoria anatomica nova & antiqua.* Hall. 1743. 8. *. Accedit obſervationum phyſico anatomicarum & chirurgicarum decas. De hiſtoria diximus in B. anat. T. II. p. 33. Inter diſſertationes eſt inciſio parvi tabidi cum glandulæ meſenterii in ſteatomata abierant & nr. 3. tabes ex hepate enormis molis denique cum hydrope abdominali. Morbus convulſivus diuturnus hyſtericus. Ab emmenagogis draſticis abſceſſus abdominalis. Femina cui ante menſium fluxum de naribus odor nauſeoſo dulcis halebat. Nuperioris anatomes hiſtoriæ editio plenior eſt, prodiit Francof. ad Viadr. 1738. 4. *. Nihil hic expectes peculiaris & proprii, neque erroribus noſter ſibi cavet. Contra Sylvii cenſuras ſe tuetur.

Ej. *Hiſtoria chirurgiæ recentior*, dicta in B. Chir. & antiqua prodiit utraque. Hall. 1713. 8. *.

Ej. *Hiſtoria medicinæ univerſalis qua celebriorum medicorum vitæ & dogmata pertractantur.* Periodus I & II. Hall. 1717. 8. Per. III & IV. ib. 1718. 8. *. Per. V. ib. 1719. 8. *. & ſexta ib. 1720. 8. *. Prima periodo medicinam primævam & hebraicam perſequitur. Periodo II. Chinenſium & Ægyptiorum medicinam, iſtam ex Andr. Cleyer & M. Boym contra Conringium aſperrime defendit. Periodo III. medicina fabuloſa pertractatur cum longiſſima adverſus cenſuram Diarii Hallenſis præfatione. In IV. medicinam dicit philoſophicam quæ Hippocrate terminatur. Quinta compendium medicinæ Hippocratis exponit ex ejus viri ſcriptis collecta, non illa iniqua neque tamen adulatoria. In VI. medicinam continet aduſque artis diviſionem, multum Cælio uſus & Plinio.

Ej. *Inſtitutiones medicinae ſecundum principia mechanico organica reformatae.* Francof. ad Viadr. 1735. 8. *. Ex diſſertationibus coaluit. Primum de artibus quas medico innotuiſſe neceſſe eſt aut decorum. Curioſitatem vult abeſſe & chemia pharmaceutica ſola requiritur. Algebraicas ſubtilitates reſpuit, anatomen practicam admittit. Botanicam curioſiorem cane pejus & angue fugere jubet. Artis medicæ certitudo & dignitas. Phyſicam experimentis chymicis innixam cauſam multorum errorum fuiſſe.

Ej. *Introductio in hiſtoriam literariam ſcriptorum qui Inſtitutiones medicinæ ſ. partem ejus ſcriptis ſuis illuſtrare cordi habuerunt.* Frf. ad Viadr. 1735 4.

Ej. *Introductio in hiſtoriam literariam ſcriptorum qui medicinam forenſem commentariis ſuis illuſtrarunt*, ib. 1723. 4. *.

Deinde

Deinde cepit edere *Selecta medica Francofurtenſia anatomen practicam, chirurgiam, materiam medicam, univerſam medicinam illuſtrantia.* Eam collectionem putavi rectius me dicturum ad annos quibus quodque volumen prodiit.

§. MXXII. Hermann Friderich Teichmeyer.

Socer meus, cujus numeroſi nepotes ſupervivunt. Chemica potiſſimum coluit, pharmaceutica etiam alchemica, profeſſor Jenenſis. Numeroſæ ejus ſunt diſputationes. Primam defendit Præſide J. Wolfg. Wedel *de cubebis.* Jen. 1705. 4. *.

Ej. *de ſcrophulis.* ib. 1708. 4. *.

Ej. *de aſthmate ſanguineo.* ib. 1710. 4. Riv.

Ej. *de novo inſtrumento repurgationis ventriculi.* ib. 1712. 4. *.

Ej. *de atrophia infantum rachitica.* ib. 1715. 4. Hæn. Br.

Ej. *de repellentium uſu damnoſo.* ib. 1716. 4. Hæn.

Ej. *de ſpiritibus acidis.* ib. 1720. 4. Pl.

Ej. *de hydrope pectoris.* ib. 1727. 4. Heft.

Ej. *de apoplexia.* ib. 1728. 4. Heft.

Ej. *de affectione ex muſto fermentante.* ib. 1729. 4. cum propriis exemplis.

Ej. *Hiſtoria morborum hiemis præteriti.* ib. 1729. 4. Heft.

Ej. *de medico bene valente.* ib. 1729. 4. Heft.

Ej. *de polypis in ſpecie cordis.* ib. 1729. 4. Heft. Reſp. Wintersbach.

Ej. *de arcano tartari vel ſale eſſentiali vini.* ib. 1730. 4.

Ej. *de auro.* ib. 1730. 4. Heft.

Ej. *de Caapaba ſ. pareira brava.* ib. 1730. 4. Heft. *.

Ej. *de anodynis quibuſdam ſpiritibus mineralibus.* ib. 1731. 4. Pl.

Ej. *de analogia morborum eorumque curatione methodica per polychreſta.* ib. 1732. Heft.

Ej. *de antimonio ejuſque regulis.* ib. 1733. 4.

Ej. *de arthritide.* ib. 1733. 4.

Ej. *de delirantium furore & dementia.* ib. 1733. 4.

Ej. *de coralliorum rubrorum tincturis.* ib. 1734. 4.

Ej. *de purpura ſ. febre miliari.* ib. 1734. 4. Heft.

Ej. *de cholera.* ib. 1735. 4.

Ej. *de hepatitide.* ib. 1737. 4. *.

Ej. *de noxiis quibuſdam circa medicamenta officinalia.* ib. 1738. 4. Heft.

Ej. *de vomitu gravidarum primis plerumque geſtationis menſibus.* ib. 1738. 4. Heft.

Ej. *de calculi veſicæ exulceratæ adhærentis ſectione & curatione felici.* ib. 1739. 4. Heft.

Ej. *de doloribus colicis.* ib. 1740. 4. Heft.

Ej. *de melancholia atonita raro literatorum affectu.* ib. 1741. 4.

Ej. *de morbo Hungarico ſ. febre caſtrenſi.* ib. 1741. 4. Pl.

Ej. *de cadaveris inſpectione ſ. ſectione legali.* ib. 1742. 4. Heft.

Ej. *de calculis biliariis.* ib. 1742. 4. cum exemplis.

Ej. *de ſale de* Seignette. ib. 1742. 4. Heft. Germanice verſa prodiit cum notis.

Ej. *de ſpaſmo ventriculi.* ib. 1743. 4.

Ej. *de gangræna & ſphacelo.* ib. 1743. Heft.

Ej. *de ſterilitate mulierum.* ib. 1743. 4. Heft.

Ej *Inſtitutiones medicinæ legalis & forenſis.* Jen. 1723. 4. 1740. 4. 1762. 4. ex editione & cum adnotationibus Faselii. Germ. Nurnb. 1769. 4. Commodum compendium & plurimis aliis plenius. Morbi ſimulati, diſſimulati, contagioſi & de cautelis quibus pericula contagii evitantur. Ex ſacharo ſaturni cum volatili corroſivo venenum præparatum, quod canes intra aliquot hebdomades aut menſes abſque vi necat. Cadaverum inſpectio & de vulnerum periculo relationes.

In hocce compendium Ill. Haller Gœttingæ prælegit, ejus collegium a filio calamo exceptum & in vernaculam poſtea verſum prodiit.

Albrecht

ALBRECHT von HALLER *Vorleſungen über die gerichtliche Arzneywiſſenſchaft aus einer nachgelaſſenen lateiniſchen Handſchrift überſetzt.* Bern 1782. 8. 2 vol. quod ſuo loco dicetur. BR.

EJ. *Gedanken über die Frage ob nicht der zarte Mahlſteinſtaub den man täglich mit dem Brodte und andern Mehlſpeiſen genieſst, mit eine Urſache vom Stein und Podagra ſeyn könne.* Jen. 1728. 4.

EJ. *Inſtitutiones medicinæ pathologicæ & practicæ.* Jen. 1741. 4. *. Fuſius compendium. Urina mucoſa fila trahens fœtida. Cum penis vaginam non ſubiiſſet, tamen contracta eſt gonorrhœa.

EJ. *Inſtitutiones chemiæ practicæ & experimentalis.* Jen. 1729. 4. *. Maxima pars operis & utilior eſt de productis chemicis cum monitis clinicis & de efficacia medicamentorum internorum teſtimoniis. Ita KORTHOLTII arcanum ad cancrum, paſſim in Gallia etiam felici eventu tentatum fuiſſe docet, encheireſes deſcribit. Ad finem ſcriptiones ſunt 87.

EJ. *Unterricht von nützlichen Gebrauch und Würkung einiger bewährter medicamenten.* Jen. 1733. 8.

EJ. *Inſtitutiones materiæ medicæ.* Jen. 1737. 4. *. ſecundum ordinem eſt indicationum, auxilium dum profert monita addit practica, chemica etiam & pharmaceutica.

Adjectus eſt lapis lydius materiæ medicæ 8. HERMANN.

§. MXXIII. VARII ad a. 1705.

J. ANTONIUS TERENZANUS profeſſor Piſanus.

EJ. *Exercitationes phyſico medicæ circa valetudinem & res aliquas non naturales.* Piſa 1705. 4.

Lego etiam *Exercitationes circa res naturales fere omnes.* 1708. 4.

EJ. *de morbis uteri opus.* Lucca 1715. 4. Nolim purum ſtylum hic expectes neque proprii quid. Habet tamen & adnotationes aliquas pathologicas atque clinicas & inciſiones cadaverum, has quidem ad ſuas ſententias confirmandas. Menſes nimios cortice peruviano ſtudet compeſcere. Gonorrhœam a fluore albo diſtinguit, quod illa ſit in lacunis oſtium vaginæ circumſtantibus. Sudoribus deinde etiam menſibus ſuppreſſis cutis mire turgida ut tamquam corium ſupra aliud craſſius corium intumeſceret. Cum qualibet febris tertianæ paroxyſmo menſtruus fluxus, elapſo vero menſe cum febris rediiſſet, menſes qui langueſcebant, redierunt in ordinem, quo ad refrigerantibus malum tollere-tur.

tur. Poſt fluorem album dolores & tabes. Uterus intus lacteis vaſculis tumidis rubris & albis repletus & tumidæ glandulæ. In puerperis a febre extinctis vidit membranas uteri tumidas (tumoroſas), hydatidibus etiam & ſphacelo exeſas. In feminis ſalacibus tuba ad uterum uſque inflammata ovarium ſiniſtrum amplo ovo turgidum. Quæ a partu undecimo menſe multum viſcidi humoris reddidit. Morbi uteri per ſingulos.

Ej. *Commentatio ad criſes dieſque criticas acutorum morborum ſpectans.* Piſa 1729. 4.

Ej *Commentatio practica ad retardatas vel præpeditas acutorum criſes juxta genuinam curandi methodum recentiorum.* Lucca 1733. 4. Tr. Diſputatio inauguralis fuit 1715. vel ut puto 1704.

Franciscus Alphonsus Donnolus Lector patavinus.

Ej. *Prælufio de bello civili medico* Padua 1705. Hiſtoriæ aliquæ diſſenſionum quæ paſſim inter medicos ſcriptis agitatæ fuerunt. Miræ laudes Avicennæ, quas meſſes Hippocrates ſeverit, Galenus coluerit, Avicennam in horreo ſervare. Contra inutilia medicorum (mechanicorum) inventa.

Veteres anatomen totam temnuiſſe, ea omnia omiſiſſe ſcribere quæ ſibi inutilia viſa eſſent.

Nuperos multa neceſſaria omittere, potiſſimum ſemejotica. Eorum inventa potius ad ornatum quam ad uſum pertinere. In pharmacia eorum aliqua merita eſſe.

J. Chr. Heyne Sueci. *Tentamen de præcipuis oſſium morbis.* Amſtel. & Gedan. 1705. 4. Morbos omnes oſſium ortum habere a vitiis partium mollium, inflammatione, abſceſſu &c.

Theodor Schoepfer *de jure ſenum.* Quedlinb. 1705. 4. Longævorum fœcundorum exempla etiam fœminæ 70 annos fœcundæ.

J. Anton Soeldner *Methodus medendi per ſimplicia* Leid. 1705. 8. Uffenb.

Francisci Arisi (Arrighi) *Cremona literata.* Cremon. 1705. fol. 1741. fol. 3 vol. Carrer.

J. E. Kuhnii clinici Hamburgenſis *quo medicinæ præſtantia & utilitas multis comprobatur argumentis.* Marburg 1705. 4.

Carolus Galluccius *Medicina completa ad Galeniſtarum mentem, in duos diviſa tomos, in primo totam continens theoriam partemque praxis & in ſecundo totam praxin.* Meſſan. 1705. 4.

Joseph.

Joseph Rodriguez *Apis hyblæa ſ. utilia pharmaca & laborandi perbrevis methodus.* Madrit 1705. 4.

In Horatii de Florianis *epiſtola contra* Sbaragli *oculorum & mentis vigilias ſcripta.* Rom. 1705. 4. aliqua non magni momenti pertinent ad artis hiſtoriam.

Des Gouges *Epiſtola medicinalis hiſtorica in qua argumenta refellentia res effuſas in epiſtola edita a.* 1687. *& addita obſervatio de lue venerea.* Paris 1705. 4. Antiquum morbum eſſe. Eſſe Martialis ficum, morbum Jobi &c.

Arnaud Perpessa *Diſſ. medica de hæmorrhoidum utilitate & noxa ſecundum doctrinam* Hippocratis. Toloſ. 1705. 4.

Ej *Prælectiones medico anatomicæ de iis quæ ſpectant ad fetum humanum in utero humano.* ib. 1716. 8.

Adam Pherrel *de nonnullis oculorum morbis.* Lion 1705. fol.

J Frid. Hamel *Doctrina ad quam dogmata quædam medicinæ ad rationes phyſico medicas ad oſtendendam medicinæ certitudinem examinantur.* Stargard 1705. 4.

§. MXXIV. J. Albertus Fabricius.

Vir doctiſſimus aliis quidem ſtudiis innutritus, dum tamen bibliothecam ſuam *latinam* ſcriberet deinde *græcam*, iſto græcos dein arabicos & arabiſticos ſcriptores magna copia recenſuit. In ſingulis Tomis ſua ſunt opera medica aut ad artem medicam utcunque pertinentia recuſa & pars potiſſimum bibliographica & editiones enumeratæ.

In Tom I. Hamburg 1705. 4. 1718. 4. *. Pseudo Asclepias & Chiron & ei inſcripta σχολια Χειρωνος περι ιχθυων, cum nomine Marcelli Sidetæ ab ipſo Fabricio græce excuſa & nuper recuſa ad hiſtoriam quidem recenſuit. Pseudo Hermes Trismegistus, Poemander fuſe de chemicis & jatromathematicis.

L. II. De philoſophis, quorum aliqui medicinam etiam attigerunt, ut Pythagoras.

L. III 1716. 4. Plato, Aristoteles, Theophrastus, Nicander, Andromachus & ſcriptores theriacorum. Alii philoſophi ad Epicurum.

L. IV. Libri ſacri Novi Teſt. tunc ſcriptores a N. T. ad Constantinum Hamburg. 1717. 4. Diascorides, Aretæus, Rufus. Ubique placebat, quod ad quemque ſcriptorem, cenſum addidit auctorum quos ipſe citavit.

Hic

Hic Plutarchus, Phlegon, Artemidorus & oneirocritici Pausanias, Aurelius, Galenus. Elogium chronologicum a Philippo Labbe ſcriptum. Sextus Empiricus, Diogenes, Oppianus, Coelianus, Athenæus.

Libri IV. pars altera. Hamb. 1723. 4. Alexander aphrodiſeus, Philoſophi Platonici ſæculi III. & IV. Inſertus eſt libellus Pseudo Democriti de ſympathia & antipathia. Lexica medica, Erotianus, alia obſcuriora.

L. V. Hamburg 1723. 4. Nuperiores græci ſed theologi. Inſertus libellus Allatii de Psellis a quo natus eſt Michael Psellus medicus Constantini Porphyrogenetæ ævo.

L. V. P. II. ſ. Vol. VI. ib. 1726. 4. Græci a ſæculo IV. Constantinus Porphyrogeneta, ejus hippojatrica & geoponica.

Vol VII. ib. 1727. 4. Nihil ad nos.

L. V. Pars IV. Volumen VIII. 1729. 4. Neque iſta præter Stobæum, Aetium.

L. V. P. ultima Vol. X. Nihil fere ad nos.

L. V. Pars V. Vol. IX. 1737. 4. Photius, Xenocrates.

L. V. P. VI. ſ. Vol. XI. 1740. 4. prætereo.

Vol. XII. 1742. 4. Hic medici nuperiores. Manuſcripti omiſſi, ſuppoſiti, inediti, editi. Parvus inſertus libellus Dioclis, Alexander, Oribasius. Turbato inde ordine Theophilus Saracenus, Rhazes de peſtilentia. Scriptores gynæciorum, chemici ſcriptores de urinis. Aelius, Promotus.

Vol. XIII. Elenchus medicorum græcorum. ib. 1726. 4. *. Adriani Tiraquelli. Hoc inſigne opus continet cenſum plurium medicorum, græcorum, Arabum & Arabiſtarum cum cujuſque operibus. Sæpe & medicinæ hiſtoria. Multa in Tiraquello vitia ſunt, quorum pluſcula noſter emendavit. Inſerti varii libelli Stephani Theologia Hippocratis. Alex. Africanus de inſignibus medicis arabicis, hiſpanis & africanis, Sextus. De medicina ex animalibus, Sereni Sammonici peroratio. Demum index univerſi operis.

Ej. *Bibliotheca latina.* Hamb. 1721. 8. 3 Vol. Aliquantum minori parte ad nos ſpectat, medicos romanos Celsum, Scribonium, Valerium, Marcellum ad Valesium uſque recenſuit.

Novam

Novam editionem curavit J. AUGUSTUS ERNESTI. Lipſ. 1773. 1774. 8. 3 vol. Recuſum etiam dedit VINCENTII PLACCI *Theatrum anonymorum & pſeudonymorum.* Vitam auctoris & præfationem addidit J. ALB. FABRICIUS. Hamb. 1738. fol.

De ejus vita & ſcriptis eſt commentarius HENR. SAM. REIMARI generi. Hamb. 1737.

§. MXXV. J. LUDOVICUS PETIT.

Ex præcipuis chirurgis Pariſinis, LITTRII diſcipulus, ſub initio hujus ſæculi innotuit, indeque toto ſemiſæculo inter columina artis & novæ academiæ fuit, medicis infenſior. Ingenio valens, ut tamen ſubinde præcipitem ſe in errorem aliquem daret facile evitandum. Chirurgica equidem tractavit, quæ tamen cum pathologicis & clinicis paſſim miſta ſunt.

EJ. *Traité des maladies des os, dans lequel on a repreſenté les appareils & les machines qui conviennent à leur gueriſon.* Paris 1705. 12. Leid. 1708. 8. unico volumine, deinde duobus auctior 1723. 12. 2. vol. *. 1728. 12. *. 1736. 8. *. 1758. 12. Anglice London 1726. 8. Germanice Dreſd. 1711. 8. 2 vol. Berlin 1743. 8. quæ videtur alia verſio eſſe. Belgice Amſterd. 1772. 8. Theoriis hic indulſit ſibique hypotheſes permiſit. In Tom. I. anchyloſin tractat, varias mali cauſas, curationem fere ab embrocha ſperat. Hydrops articularis quem manu curat. Gelatinæ articularis vitia, nimia copia ut caput oſſis de articulatione expellat, luxationem faciat, Acrimonia, Ancyloſis ab intumeſcentia ligamentorum & oſſium.

Sic Tom. II. de carie & exoſtoſi, in priori igne utitur. Tunc oſſium fragilitas, emollitio. Caries, quæ ligni per vermes eroſi formam refert, peſſimi eſt præſagii. Rachitis, quo in malo curationem ſpinæ & oſſium emollitioni tribuit, præter rem habet pro novo malo, quod primus dixerit ipſe. Hæmorrhagiæ & earum medela. Docte de variis exoſtoſibus. Cauſæ variæ, Venus, ſcrofulæ. Paſſim ſub dura membrana cerebri hydatides, aliquæ per orbitam exierunt. Nigredo ſcorbutica a gangrænoſa diverſa.

Ultimæ editioni ANTONIUS LOUIS præmiſit fuſum diſcurſum hiſtoricum & criticum, quem alio loco dicemus.

EJ. *Lettre écrite à l'auteur de l'extrait du traité ſur les maladies des os du Journ. des Sc.* 1724. 8 Maj. Paris 1724. 12. Contra NICOLAUM ANDRYUM acres ſunt epiſtolæ &

Seconde lettre de M. PETIT *à l'auteur &c.* Paris 1724. 12. Humorem etiam podagricum articulos oſſium dimovere ut hiant.

Ej. Poſthumum opus *Tr. des maladies chirurgicales & des operations qui leur conviennent.* Paris 1774. 8. 3 vol. edidit diſcipulus Petiti Lesne, qui in præfatione oſtendit quantum Petitus chirurgus etiam celebrioribus nuperis præſtet. Iterum hæmorrhagiæ, anchyloſis incudis cum ſtapede. Strumæ, duras debere continuo excidi, non ita molles. Tumor deglutionem impediens, demum poſt 23 annos emollitus longa acu triquetra perforatus, ſanatus effluente aqua. Hunc caſum perinde felicem non dudum in viro ampliſſimo vidimus. De puris reſorbtione.

In Tom. II. Demum ad cariem ferrum candens. Venam medinenſem merum eſſe tumorem varicoſum. Venæ & carotides a glandulis tumentibus compreſſæ, inde ulcus cerebri. Hæmorrhoides, inde magna hæmorrhagia demum funeſta. De malis ex venæ parte obſtructa, inde fere hæmorrhoides. In ſcirrho hepatis vena hæmorrhoidaria (interior) late tumida demum ut ereparet & mors ex hæmorrhagia. Hæmorrhoides internas Americanis & Britaniæ inferioris incolis frequentius moleſtas eſſe. Hirudines ad tumidas hæmorrhoides non tutæ. Ex phymoſi collectum unguem Tysonis inde ſpecies gonorrhææ. Ab amputato teſte magna mala in renibus & urina retenta.

Tom. III. Mania a ſcabie retrograda emeticis curata. De animalculis ſcabiei.

In ſupplemento, quod idem Cl. Lesne edidit 1776. 8. nihil valde ad nos facit, niſi aliqua ad vulnera capitis, ad conjuncta mala ex vermibus &c. Multæ adnotationes Petiti paſſim ſparſæ reperiuntur apud Quesnay *in Memoires de l'Academie de Chirurgie* apud Louis, apud Hoin & apud Faudacq.

Potiſſimum vero in diariis tam medicis quam chirurgicis plura Cl. viri reperias. *Hiſt. de l'Academ. des ſciences.* 1744. Iterum venam medinenſem polypum eſſe.

Mem. ib. 1732. Cum arteria tota oſſea eſſet, hæmorrhagia in amputatione ſiſti non potuit.

§. MXXVI. Varii alii.

Thomas Alghisi Chirurgus Florentinus in Noſocomio.

Ej. *Litotomia overo dal cavar la pietra.* Florent. 1707. 4. recuſ. Venet. 1708. 4. *. Calculus fuſo circumnatus & circa candelam. Calculi inter membranas inteſtinorum reperti. Calculi in pulmone cum magna anxietate. Signa, prognoſtica calculi. Symptomata & mala ſupervenientia. Abſceſſus in ſcorto, pectore.

Id. apud Valisneri L. I. p. 371. pueri hiſtoria qui vermes & breves & alios longiſſimos uberrime mingebat.

De

De la Mare *Traité de la police.* Paris 1705. fol. & Tom. II. 1710. fol. Utile opus ob multa edicta regia ad publicam valetudinem tuendam ſancta, circa venena, alimenta, morbos contagioſos. De alimentis, de aëris ſalubritate.

Lettre au profeſſeur de Pharmacie de Paris pour ſervir de reponſe à une lettre de M. Biet, *ſur la theriaque.* Paris 1705. 12. Opium purum numquam ad nos adferre etque ea ratione numquam adhibendum eſſe.

Vallemont *Curioſités de la nature & de l'art.* Paris 1705. 8. & ſæpiſſime alias. Bruxell. 1734. 12. 2 vol. credulus compilator.

Les admirables qualités du Quinquina confirmés par pluſieurs experimens. Paris 1705. 12. Falc.

Claude Irat de Bose *Diſſ. ſur le culte par les ancetres rendu à la Deeſſe Santé avec des medailles & des autres memoires antiques qui ont raport à cette matiere.* Paris 1705. 8. B. Bur.

Jean Pestalozzi *Avis de precaution contre la maladie contagieuſe de Marſeille qui contient une idée complete de la peſte & de ſes accidens avec des moyens preſervatifs & curatifs.* Lyon 1721. 12.

Ej. *Tr. de l'eau de mille fleurs.* Lyon 1705. & 1706. 12.

Ej. *Opuſcule ſur les maladies contagieuſes de Marſeille de 1720. augmenté de la diſſ. qui a remporté le prix de l'Academie de Bourdeaux T. I. avec l'avis de precaution contre la peſte, une idée de cette maladie & ſes accidens, les moyens preſervatifs & curatifs, des formules choiſies, un catalogue des remedes ſimples & compoſées. Sec. edit. augmentée.* Lyon 1723. 12. In borealibus regionibus alexipharmacis pugnandum, in meridionalibus acidis. Medicos Monſpelienſes Chicocneau Deidier Veray intrepidos ad lectos ægrotorum acceſſerunt, feliciter etiam intacti ſecarunt defunctos. Malum per navem Sidoniam advenit, chirurgus negabat peſtem eſſe. Cuſtodes & bajulos fere infeciſſe, peſtis ipſa per urbem propagata ab una ciſta panni bombycini furtim vendita; Pauci vitales evadebant, periebant die tertio, raro die quinto, Anthraces & exanthemata nigra periculi plena. Quadraginta hominum millia inter tres menſes æſtivos perierunt. Multi abſque bubonibus aut carbunculis perierunt. Carbo buboni ſuperveniens malus. Contra ſpiritum vitrioli. Acida non conveniunt. Adverſus lethergum cucurbitulæ ſcrarificatæ. Formulæ, Aqua theriacalis, alia calida, Amuleta ex hydrargyro, bufone ſudorifero. Cenſus plantarum & medicamentorum alphabeticus. Cauſa mali eſt in miaſmate contagioſo. Phthiſin etiam inficere.

Ej. *Suite & confirmation du ſyſteme de la contagion par les levains Diſſert. couronnée à* Bourdeaux 1723. 12. *. Omnino in peſte contagium eſſe.

Ej. *Reflexion ſur les nouvelles reflexions de* M. Monget *ſur la cauſe la propagation & la cure de la peſte.* Contra inſecta. Besancon *ſur la theriaque antidote de la peſte. Relation des unions faites des leproſeries ou hopitaux des pauvres malades par l'Edict du Roi de l'an* 1693. Paris 1705. 4. adparet Lepram in Gallia extinctam fuiſſe.

Lettera ſcritta de Pondichery dal S. Giov. Borghesi *cum obſervationibus anatomicis, medicis, naturalibus in India conſignatis.* Rom. 1705. 8.

Short auſwer to the tentamen medicinale. Lond. 1705. 8.

Colloquia chirurgica or the whole art of ſurgery epitomated. Lond. 1705. 8. eſt J. H. Handley opus.

In *miſcellaneis curioſis.* Lond. 1705. 3 vol. 8. 1706. 8. & 1708. 8. varia huc faciunt.

De Boekzaal der geleerde werreld entslooten med de monden Jun. Jul. 1700. *door* W. Sewel. Amſterd. 1705—1708. 8.

A. 1705. Ill Joseph Addison ſua itinera italica deſcripſit. In ea paſſim aliqua habet medica. Vaporem cavernæ caninæ, non levem eſſe, neque facit ut in menſura barometri hydrargyrus deſcendat. De donis in eccleſiis italicis ob curatos morbos a divis ſuſpenſis. Omnes artus ſe cera expreſſos vidiſſe.

Des D. J. F. Forlasse *unſchäzbare Arzncy wider die Epilepſie von* 31 *Perſonen* 1705. 4. *bewährt gefunden von* D. L. L. B. 1711.

J. Georg Nicol. Diederichs *Nachricht von der Krankheit des ſel.* Hinzen Hamb. 1705. Heist.

Ej. *Nachricht in welcher Ordnung ſeine vier medicamente gegen die Peſt zu gebrauchen.* Hamb. 1711. Heist.

Ej. *Unterſuchung der Seuche, welche in Augsſpurg a.* 1708. *eingeriſſen.* Augsſ. 1714. 4. Heist.

Ej. *Nachricht von anderweil eingeriſſenen Seuchen der Peſt.* Erlang. 1713.

Idem *de erroribus in vero termino partus ejuſdemque cauſis.* Gieſſ. 1707. 4. Heist.

Jac. Biester *wahrhafter Gegenbericht der lezten Krankheit und vermeinten Schlages, wie auch erfolgten Todes aus einem von* D. Dieterichs *curirten Steckfluſſe an* Val. Hinzen Doct. Med. Christ. Dieterichs *Berichte entgegengeſetzt.* Hamb. 1715. 4.

Der

Der dem menſchengeſchlecht, wie auch der Arzneykunſt helfende gelehrte RAMAZZINI *und* G. BAGLIO. Frankf u. Leipz. 1705. 8

J. V. v. R. P. C. *bewährtes und approbirtes Roſsarzneybuch.* Hannover und Wolfenbüttel 1705. 8.

Die Univerſalmedicin. Luneb. 1705. 8.

Der allezeit fertige Speiſemeiſter. Frankf. u. Leipz. 1705. 8.

HIERON. KLEPPERBEINS *tinctura bezoardica* KLEPPERBEINII *oder Beſchreibung einer ganz neu erfundenen Bezoartinctur.* Altd. 1705. 4.

§. MXXVII. DISPUTATIONES.

P. J. WAARMANN *de pleuritide & peripneumonia.* Leid. 1705. 4.

C. SIEBENKEES *de lienteria & cæliaco fluxu.* ib. 1705. 4. *.

N. BUCHNER *de ſcorbuto Daniæ endemio.* ib. 1705. 4.

CHRISTOPH SCHEIDER *de antimonio diaphoretico.* ib. 1705. 4.

B. LEBERECHT GOESCHEN *de vomitu.* ib. 1705. HEFT.

CORN. de CRUYSKERKEN *de polypo cordis.* ib. 1705. 4. *.

CHR. RIEDER *de vermibus.* Utrecht 1705. 4.

THEOPH. MURASKY *de anthropophagia medica, ſ. medicamentis ex homine deſumtis.* Utrecht 1705. 4.

THOMAS HAMBURY *de ſterilitate mulierum.* Utrecht 1705. 4.

GEORG RAST *de ſalivatione mercuriali.* Regiom. 1705. 4.

J. FRID. STARKE *de dyſenteria.* Regiom. 1705. 4.

J. NIC. MARTIUS *de magia naturali ejuſque uſu medico.* Erford. 1705. 4. Leipz. 1715. 4.

EJ. *Unterricht von der magia naturali und derſelben mediciniſchen Gebrauch, beygefügt ein neues Kunſtkabinet und* A. MIRALDI *hundert curieuſe Kunſtſtücke.* Frankf. 1740. 8. 1731. 4.

CHRIST. ROEMER præſide R. P. KNOPPER *de cauſis febrium intermittentium.* Hafn. 1705. 4. A. BALTH.

J. GOTT-

J. GOTTLIEB BOETTICHER *de peſtilentia.* Hafn. 1705. 4.

EJ. *de vera fluidi nervei exiſtentia, ejuſque genuino uſu, nervorum cavitate & eorum effectu in machina humana.* Berl. 1721. 4. PL.

EJ. *de morborum malignorum imprimis peſtis & peſtilentiæ explicatio.* Hamb. 1713. FALC. Hafn. 1736. 1744. 4.

Venenum eſſe naturæ alcalinæ & humores fundere. Calida nocere, pleraſque feminas a contagio infectas abortaſſe, hypochondriacos ſalvos effugiſſe. Contagium omnino ſubeſſe, ſpeciatim in veſtibus diu efficacem ſupereſſe. In primis initiis venam utiliter ſecari, deinde ſudorem cieri.

EJ. *Scrutinium medicum.* Hafn. 1729. 8.

EJ. *Beſchreibung über die in den däniſchen und deutſchen Provinzen graſſierende Peſt, Hornviehſeuche.* Frankf. 1743. 8. PL.

J. JOACHIM SCHOEPFER *de pulmone infantis ſubmergente vel natante.* Roſt. 1705.

EJ. *de partu octimeſtri.* Wittenb. 1742. 4.

JEREM. PAPKEN *de effluviis corporum naturalium ex atomorum doctrina.* Gryphiſw. 1705. 4.

EJ. *de vitio μυωπιας και τȣ πρεσβυτικȣ παθȣς.* ib. 1709. 4.

FRID. MENZ viri docti *de plantis quas ad magiam facere veteres crediderunt.* Lipſ. 1705. 4. *. Varia de AESCULAPIO.

NICOL. MATTH. BACHENDORF *de luis venereæ natura & curatione.* Heidelb. 1705. 8.

ADAM BRETSCHNEIDER *de ægro occaſione mali hypochondriaci melancholico.* Erf. 1705. 4. PL.

SIMON ALBERT BUGNOT *de tabe pulmonali.* Baſel. 1705. 4.

S. BERTHOLET *de diro pectoris hydrope.* Baſel. 1705. 4.

J. JACOB SPLEISS *de febribus in genere & earum curatione per ſudorem in ſpecie.* Baſel. 1705. 4.

J. ROD. STÆGER *de uromantiæ uſu & abuſu.* Baſel. 1705. 4. Præſ. THEOD. ZWINGER.

ID. *de arthritide vaga.* ib. 1705. 4.

BORTHOLD

BARTHOLD ANTHORN ab HARTWISS *de colica*. ib. 1705. 4. PL.

JOH. ANT. MAICHANGUEZ de *pleuritide*. Argent. 1705. 4. PL.

HENR. WELVIS *de pleuritide*. Argent. 1705. 4.

PHIL. FONTAINE & JOH. BAPT. MONGIN *an primorum corporis humani principiorum cognitio medico neceſſaria*. Paris 1705. 4.

AMBR. NICOL. CHEMINEAU & JOH. BAPT. ENGUEHARD *an victus tenuis & ſimplex ſalubris*. ib. 1705. 4.

JOAN. GELLY & CLAUD. du CERF *an cibus multiplex ſimplici ſalubrior*. ib. 1705. 4.

JOH. BAPT. FERMELHUIS & CLAUD. du CERF *an hydropicis corroborantia frequentius quam evacuantia ſunt præſcribenda*. ib. 1705. 4.

LUD. GUILLOT & JOH. BAPT. MONGIN *an hyſtericis volatilia*. ib. 1705. 4.

LUD. GUILLOT & SALV. CLUSARD *an aſthmati ſudorifera*. ib. 1705. 4.

§. MXXVIII. DIARIA ad a. 1705.

In *Phil. Tranſact*. nr. 295. De vermibus in capite ovillo. Annulati forcipibus armati exiguis.

EDW. LISWYD Prægrandes calculi per urethram egeſti.

N. 256. RICHARD WROE Cornua prælonga ex ſcapulis excreſcentia poſt annum fere delabentia ſed renaſcentia.

N. 299. JOH. LAFAYE Inciſio hydropicæ feminæ. Peritonæum muſculis incumbens per extus incumbentes hydatides. Plus aquæ extra peritonæum circumfuſum intus effuſum minus.

N. 300. JOH. GREENHILL Loco expectati hydropis atheromata. Latus tumor magnam partem thoracis explens. Veſicula fellis plena lapillis.

N. 301. REGNART Acicula reperta in gallinæ ventriculo muſculoſo.

N. 302. PHILIPPUS SHIPTON De femina Londinenſi quæ 28 annis concepit, bis interea peperit nunc ſubinde inguinis abſceſſu oſſa infantis evacuavit.

D. SHERMANN De conſtipatione alvi diuturna etiam 20 ad 22 hebdomadum. Demum in nauſeæ paroxyſmo periit. Inteſtina repleta rotundis exiguis glandulis quaſi ſebo plenis. Peritonæum craſſius cum ſimilibus glandulis.

N. 307.

N. 307. Antonii Megaporiti ad A. Valisnerium de furioſa virgine; cui cum annum recte ſe habere videretur, ſanguis per univerſam corporis ſuperficiem manavit.

In *hiſt. de l'Acad. des Sciences.* 1705. Adoleſcens epilepticus, ut etiam quinque integris diebus abſque ſenſu motuque jaceret. Sub dura membrana gelatina effuſa, quæ cauſa mali fuiſſe videtur.

P. Gouy Intolerabilis pruritus ſanatus lactuca in cibum recepta.

§. MXXIX. Ad a. 1706.

J. B. Morgagnus.

Forolivienſis profeſſor anatomes primarius Patavinus, per multos annos amicus meus, ingenii, memoriæ, ſtudii incomparabilis, quem pauci æqualem nemo inferiorem judicaverit, ad reliqua felicitatis perpetuæ teſtimoniis hoc etiam addidit, ut ſaluberrima valetudine ad annum XCI. vitæ ſuæ pervenerit. Junior inter inciſores potiſſimum meruit, ſenior practica aut pathologica potius inſigniſſima opera edidit, alias duodecim volumina codicem Gerardo Parmenſi reliquit.

In prima juventute inclaruit per *Adverſaria anatomica* prima Bonon. 1706. 4. ſex omnino Patav. 1719. 4. ut alterius ſcopi fuerint, tamen pathologica aliqua morboſque varios inſerta habet, ut in ſpeciminibus. De aneuryſmatibus. In iis ſæpe polypi reperti. Cur frequentius in Aortæ arcu aneuryſma oritur. Ob venas occipitales ſalubris in apoplexia ſcarificatio occipitis. Cataractæ veræ ſedes in lente cryſtallina, perforati in depoſitione Hieronymus Fabricius viderat. Clyſmata a flatubus ſæpe impediuntur. Cor ejuſque valvulæ oſſeæ, cor ipſum ruptum. Calculi fellei & per alvum dejecti, inflammabiles & in aqua natatiles, anguloſi. Novi tamen & nigros, granoſa ſuperficie qui flammam non ſervant. Prima ſedes gonorrhææ eſt in majoribus ſinubus urethræ. Aneuryſma in corde. Interior arteriarum ſuperficies fere ſana eſt. In ſubclavia arteria aneuryſma cum polypo. Fuſe de chiaſmo in hemiplegia. Septum narium ſæpe in alterutrum latus curvatum aut craſſius. Nova oſſea in ſenio effuſa concrementa. Paralyſis a colicis doloribus. Cellulæ renum morboſæ. Dolor pertinax urethræ ſuperatus balſamo peruviano & Copaiva.

Ej. Nuper profeſſoris Patavini. *Inſtitutionum medicarum idea.* Patav. 1712. 4. Lipſ. 1735. 8. Brevi compendio conſilia dat ut medicus ad ſolidam artis ſuæ cognitionem perveniat. Hiſtoriam medicamentorum ut fontem hygieines commendat & anatomen practicam. Sed etiam peregrinari vult inque magnis urbibus commorari, caſtra demum ſequi (noſodochia præferas). Bonum clinicum paucorum

paucorum ægrorum vult curam habere, civiumque potiſſimum morbos perſpectos habere. Scribere ſi velit latina lingua utatur.

Ej. In Aurel. Celsum & Ser. Samonicum epiſtolæ in quibus de utriusque auctoris variis editionibus, libris quoque M. S. & commentationibus diſſeritur. Haag. 1724. 4. Patav. 1735. 4.

Ad Vulpium. Conſtituerat ſecum Morgagnus editionem Celsi curare, cui nemo certe magis par fuerit, tum linguæ intima cognitione, tum rerum. Celsi tituli varii & veterum judicia, Quintilianei mitigatio, contra nuperos aliquos apologia. Quæ primus dixerit: clyſteres nutrientes. Oculorum in avibus reſtitutio a fabulis vindicata. Loci aliqui difficiles emendatæ. Editiones comparatæ. Aliquæ fontes. II. De quodam Alexandri Padorni codice cum editis comparato & de aliis Clericorum Florentinorum. IV. ad Macrum de Sereno.

Ej. *Epiſtolæ anatomicæ duæ novas obſervationes & animadverſiones continentes.* Leid. 1728. 4. *. potius 1725. Pleraque anatomica ſunt, inter ea & pathologica aliqua. Multa bona de vermibus. Ductus biliarii vehementer dilatati, in oſtio ſuo nihil mutati, in utroque ductu calculi. De calculis felleis. Aliquos ejus generis lapillos in aqua fundum petere, non ideo nigros omnes. Noſter enim duo genera facit, nigros flavoſque, iſtos dixit perpetuo ſibi natare viſos, ſed & nigri aliqui toto pondere natarunt. Nucleum habere, bilem eſſe, hinc novi cortices Camellarum ſenſim circumjiciuntur. Calculorum in utraque veſica exempla. Neque omnes flavos flammam capere. Calculi in ductibus hepaticis Ignatii Loyolæ a Columbo inventi. Nullum ſe a biliariis calculis abortum vidiſſe ortum. Morbi veſicæ felleæ fuſe. Altera epiſtola acrior eſt. Bianchum meſenterii tumorem pro omenti vitio deſcripſiſſe. Aliqua de urinæ coloribus & elementis. De oſſibus emollitis Fernelii. Subjecta eſt Josephi Pozzis epiſtola, in qua oſtenditur, longam hiſtoriam morbi hepatici a Bianchо opere ſuo inſertam eſſe omnino Cajetani Tacconi, in propria epiſtola excuſam, quæ ſit Jani Planei qui ipſe in alia epiſtola ſibi rem geſtam & animadverſionem vindicat. Addit exemplum tabis ex ulcere epiploi natæ.

Idem cum præceptoris ſui A. M. Valsalvæ opera poſthuma ederet, Venet. 1740. 4. 2 vol. vitam viri Ill. præfixit, deinde ad ejus opus diſtributas epiſtolas octodecim. Hæ omnes fere anatomicæ ſunt, non tamen ut nihil intercedat pathologici. In epiſt. III. dum fabricam glanduloſam viſcerum & Malpighium defendit, multa exempla producit hepatis ex veſiculis conſtantis. Hydatides quæ ſpeciem præ ſe ferebant mollis liquoris. Abſceſſus hepatis in ductum hepaticum apertus & veſiculas demittens. Tubercula verminoſa in œſophagum patentia. A vermibus eroſa arteria magna. Aneuryſmata,

mata, & in moloſſo vidit foramina in magna arteria quibus vermiculi adhærebant. Surditas ex tumoribus ſeroſis in auditorio meatu. Curatio odontalgiæ per tertii rami nervi quinti uſtionem, peſſimæ colicæ per relaxationem, quæ oleo embrochæ fiebat ex conſilio VALSALVÆ. Rupta membrana tympani VALSALVÆ exemplo in cane ſponte reſtituta. In alia rupta membrana oſſicula tamen inviolata. De paralyſi decuſſata fuſius ex variis cerebri malis. Aſthma ex nervorum violationibus. Vermium hiſtoriæ. Latorum vermium deſcriptio, ad internodia non ſeparantur. In cane duos lati lumbrici glomeres vidit. In gallina tamen latos vermes vidit, quorum internodia ſejungebantur & etiam vivæ particulæ per inteſtina aderant, aliquot factæ internodiis. De cataracta, ea quæ chirurgicam manum deſiderat fuſius, propria etiam ad experimenta. Glaucoma. De extractione & de preſſione. Hæc pauca ex multis.

EJ. Nunc denuo epiſtolæ in CELSUM & SAMMONICUM prodierunt Patavii 1750. 8. Quinque epiſtolæ de CELSO. Monita ne editio VULPIANA ipſi tribuatur. Deinde de CELSI hiſtoria. Multæ emendationes in CELSUM. De LINDENIANA editione judicia. Denique epiſtola de SERENO & de ejus vita. Opus ipſum altero tribuit filio. De editionibus SERENI. Contra BURMANNI criticas animadverſiones, cujus in rebus medicis ignorantiam probat. Eædem epiſtolæ cum nova CELSI editione prodierunt tamquam ejus editionis tomus alter.

IDEM octagenarius edidit Venet. 1761. fol. 2 vol. *. Leid. 1768. 4. 4 vol. Ebroduni 1779. 4. 3 vol. cum præfatione S. A. D. TISSOT. *De ſedibus & cauſis morborum per anatomen indagatis* L. V.

Germanice. Altenb. 1771. ad 1776. 8.

Anglice vertente B. Alexandro. 1769. 4. 4 vol. FALC.

Gallice. Paris. 1765. fol. 2 vol.

Inſigniſſimum & utiliſſimum opus noſtri amici in quod longi laboris fructus collegit. Fundamentum poſuit BONETIANUM ſepulchretum. Ei noſter adjecit numeroſas cadaverum ægrotorum inciſiones, multas VALSALVÆ, plures ſuas, critica judicia ad ſuas titulos diſpoſuit. Morbos ſigillatim a capite ad calcem perſequitur, deinde inciſiones corporum ad eos titulos ſubjungit ſuaque inde corollaria deducit. Nimiæ divitiæ faciunt, ne vel tantum ea decerpere vel indicare liceat, quæ utilia dixerit. Ecce pauciſſima ſpecimina. Ex Tom. I. Qui uno oculo literas confuſe videbat, duobus bene ex inæquali robure muſculorum utriuſque oculi. A nimio adipe pulmo compreſſus, ſpiritus difficilis. Cum in VALSALVA morbus hepatis expectaretur pulmo dexter exulceratus fuit. Quinque in falce oſſicula invenit VALSALVA in arthritica muliere. In L. II. Femina poſt vomitum & magnos dolores moritur, cœcum inteſtinum ſtercore plenum. In paralytico inteſtina late inflammata abſque dolore. Ventriculus exulceratus. Arcus aortæ oſſeis laminis varius etiam rami abdominales. In ureteribus calculi in pulmone

pulmone hydatides. Poſt gonorrhæam nullum veſtigium inventum eſt mali cum cadaver incideretur. Hiſterica femina ſubito menſtruata. In tunica vaginali duo calculi.

Ej. *Opuſcula miſcellanea quorum non pauca nunc primum prodeunt tres in partes diviſa.* Venet. 1763. fol. Collecta ſunt medica opuſcula quæ a prima ſua juventute noſter edidit. Eorum omittimus quæ jam dicta ſunt & quæ ad praxin non faciunt.

Ej. *de lumbricis epiſtola ad* VALISNERIUM. Dari equidem latos lumbricos veros, rarius tamen, pleroſque non vera eſſe animalia. Unicum exemplum deſcribit.

Epiſt. ad COCHIUM *de varicibus venæ cavæ*, non raro malo, etſi parum notum eſt.

Ej. Ad J. MORAND de FR. JACOBI BEAULIEU *calculi ſectionibus Patavinis.*

In locum VITRUVII *interpretationes.* Exſtat in POLENI Exerc. II. in VITRUVIUM.

Reſponſ. collegarum nomine circa obſtetricum de virginitate mulieris judicium.

Ej. *Super ſeminis emittendi impotentia reſponſum.* Exemplum in quo nullum vitium externe apparuit.

Tom. II. Ad vitam F. ALBINI epiſtolæ ad GAUBIUM. Sic alia fragmenta biographica de PHILOLOGO ANGELO BOLOGNINO GUILIELMINO, VALSALVA.

De genere mortis CLEOPATRÆ. Argumenta quæ morſum Aſpidis ut cauſam mortis accuſant, multo luculentiora eſſe.

Panegyrici aliqui.

Epiſtolæ quatuor ad libros ruſticorum. Tom. III. ad geographiam antiquam, vita BEAULIEU.

Epiſtola ad D. TRONCHIN *poſt inoculationem ducis Parmenſis ſcripta* a. 1764. redit in Suppl. de GAZETTE ſalut. 1765. 16.

Alia ad LANCISIUM de vermibus in EJUS viri Diſſ. *de triplici inteſtinorum polypo.*

In E. N. C. & aliis Diariis MORGAGNUS aliqua edidit.

Vita viri repetite prodiit a ANGELO FABRONIO in Vita Italorum doctrina excellentium. Integro deinde libro a JOSEPHO MOSSEA. Neapol. 1768. 8.

§. MXXX. Varii.

Ludovici Valetta monachi cæleſtini & ob naturalem cognitionem celebris *de phalangio apulo opuſculum in quo de eo inſecto ejuſque miro veneno diſſeritur.* Neapol. 1706. 4 *. Noſter ipſe Apulus, ad oculorum teſtimonium ſcribit & quæ ab aliis ſumſit, ea multis teſtibus confirmat. Extra Apuliam Phalangium non nocere, neque translatum in aliam regionem, etiam in Apulia ſolis tribus æſtuoſis menſibus nocere, quando inſectum in venerem ferat. Noctu venatur & lædit, inter diu in caverna latet. Quos momordit, ei utique a muſica curantur. Se vidiſſe exanimem pulſata cithara ad ſe rediiſſe, ſenſim ad ſaltandum incitantur & ſaltatio eſt pro antidoto. Non impoſturam eſſe, & ſaltationem moleſtam eſſe & paganariam, fortunæ nocere, ipſumque artuum motum ægrotis gravem eſſe. Ei malo quivis etiam innocens ſubjici. Quod medicus (Cornelius Coesentinus) Neapoli admorſus nihil ſimile paſſus ſit id factum quod animalia tum noxia extra provinciam aſportaverint. Cupidinem ſaltandi adfinem eſſe prægnantium deſideriis. Annuas etiam ad decem & ultra annos recidivas ſuccedere exemplo feminæ, cujus hiſtoriam fuſe narrat, & quæ ſeptimo tunc anno ſaltabat. Delirium paſſa ſe ipſam ſauciaverat. Verum nunc bonus Valetta ſuperſtitionem prodit. Demorſus reſpondet, quonam abiiſſet res furto ſubrepta, idemque abſque ulla noxa exiguo ſigno vulneris adparente ſe tranſverberat. Dæmoniacum ſæpe ſubeſſe perſuadetur.

Ezechiel Spanheim viri eruditiſſimi. Ej. *de præſtantia & uſu nummorum antiquorum.* Lipſ. 1706. fol. etiam ad hiſtoriam medicinæ facit.

J. C. Phoeb *Hygieine.* Lyon. 1706. 8. Falc.

J. Jac. Geoffron *Pulſuum doctrina in quinque libros diviſa.* Genev. 1706. 8. Burm.

Adam Menisiner *Oratio funebris in obitum* R. Eysson. Grœningen. 1706. 4. B. Burm.

S. G. M. M. D. *Novum lumen medicinæ theoretico practicum.* Rudolfſt. 1706. 4. Sr.

Collegii medici Nurnbergenſis Decani *inſtructio pro theriaca & Mithridatio* a Laur. Carol. Leinkers *conficiendo.* Nurnb. 1706. fol.

Balthasar Quistorp *Theriacæ Andromachi compoſitio.* Roſtock 1706. fol.

J. D. Beck *de conjugalis debiti præſtatione.* Nurnb. 1706. 4.

J. Henr. Lederlin *Septem libros priores* Tiberius Hemsterhuys *tres reliquos onomaſtici* Julii Pollucii *gr. & latin. curavit.* Amſterd. 1706. fol. *. cum notulis.

PHILIP PALACIOS *Palæſtra pharmaceutico chymico galenica.* Madrit. 1706. 1725. fol. SEQ.

PETRI ANGELI PAPI *ſacra auctorum recentiorum critica in philoſophia, chemia & medicina.* Rom. 1705. 8. *. Bipartitus ſcholæ GALENICÆ & nuperiorum medicorum Carteſianorum & chemicorum ſectas omnes refellit ut etiam cauſam religionis inmiſceat.

EJ. *Difeſa dell' anima ſenſitiva eſiſtente in armenti automatici.* Rom. 1706.

W. C. RENNIGER *Catalogus medicamentorum in officina pharmaceutica Brunſvicenſi proſtantium.* Brunſw. 1706. fol.

Catalogus medicamentorum in officina pharmaceutica civitatis Hannoveranæ proſtantium. Hannov. 1706. fol.

NIC. HENR. GUNDLING HIPPOCRATES *Cos in P. II.* Francof. 1706. BURM.

EJ. *Declaratio de atheiſmo* HIPPOCRATIS *juſtificatio contra* A. GOELICKE *in T. III.* Francof. 1707. B. BURM.

JOH. HENR CUNRADI *Sileſia togata ſ. ſileſiorum doctrina illuſtrium elogia.* Lipſ. 1706. 4. B. BURM.

§. MXXXI. VARII NUPERARUM LINGUARUM.

J. FRID. ZITTMANN medici inter Saxones caſtrenſis *Medicina forenſis die geöfnete Pforte der medicin und chirurgie anweiſende der Facultät zu Leipzig hochvernünftig ertheilte Ausſprüche und reſponſa über allerhand ſchwehre zweifelhafte und ſeltene von 1650 bis 1700 vorgekommene Fragen und Fälle.* Frankf. am Mayn. 1706. 4. 2 vol. *. Utilis tamen liber. Acta Lipſienſia fuerunt C. JOHANNIS LANGII, reſponſa omnino 578 ſunt. Brevis ſpecies facti, corpus delicti, viſum repertum medici, facultatis Lipſienſis reſponſum, quod plerumque bonum & corditum mihi videtur. Varia autem ſunt argumenti ad officium medicorum. In univerſum non debere medicum ad ſingulam reſponſionem jus jurandum præſtare. Cum RASTIO comite palatino controverſia, qui primum bullam doctoralem ignaro homini impertiebat, de quo noſtri vehementer conquerebantur. An debere creationem ejuſmodi doctoris tolerari. Soſtrum pro divitibus conſtitutum ſeptem ſingulis diebus ad tres imperiales. Balneatorem nihil debere moliri niſi medici juſſu, hinc neque pharmaca interna ægro vendere neque luem veneream curare, niſi medico præſente. Judæus ne ſit pharmacopola. Poſſe vulnus pro abſolute lethali enuntiari, etiam quando viſum repertum non valde accuratum eſt. Abſolute lethalia vulnera parum differre a per ſe lethalibus. Carnifex ne chirurgiam faciat. Non dari certa virginitatis ſigna. Ad venena multa habet.

GEORGII

GEORGII DESNOUES *profeſſeur de Bologne* & GUILIELMINI *profeſſeur de Padue & d'autres ſavans lettres.* Rom. 1706. 8. Neſcio ob quam cauſam patriam cum reliquiſſet, noſter demum alimenta repetiit ab anatomica cera, quam Londini oſtendentem vidi. Hæc epiſtolæ ad medicos Italos varios & varii argumenti dabantur. Hic ille doctum MAGDEBURG citat cum GUERICKIUM vellet, pauca medica habet, judicia fere librorum. Morbus ſingularis hominis cum ſana mente deliratus Deinde judicia de libris novis. Deinde BORGHESII epiſtola Indiæ ſcripta cum GEORGII adnotationibus, in iis de morbis Indiæ varia adnotat.

DOMINICUS MISTICHELLI chirurgus Romanus.

EJ. eſt in literis GEORGII DESNOUES diſſ. *de imaginario leone, quem pro nævo venditarunt.* Totum vitium fetus monſtroſi fuit œdematis genus.

EJ. *Tr. dell apopleſſia la cayione di quel malo con nuovo ed efficace rimedio.* Rom. 1709 4. *. Inter terrores a frequentia mortium ſubitanearum civibus urbanis incuſſum. Poſt phyſiologica & anatomica varia. P. II. agitur de natura cauſis & differentiis apoplexiæ. Multum tribuit meningi quæ ſit cordis æquale libramentum in machina animali. Chiaſmus quem anatomia interpretatur. Apoplexia a fibra laxa, a nimia vel nimis parva fluiditate ſanguinis, a vaporibus narcoticis. Inde ad frequentiam apoplexiæ Romæ a. 1705. & 1706. funeſtam. Apoplexia a condenſatione aëris, a condenſatione nitroſa ſpirituum animalium. Variæ hypotheſes circa frequentiam Romanæ apoplexiæ. Ab Euro (Sirocco). Febres malignæ Romanæ in apoplexiam terminantur. L. II. curatio morbi Chirurgica omitto. Deinde ſuadet ferrea quadrata lamina candente plantas pedum inurere. Veſicatoria loco cauteriorum in uſu eſſe multo debiliora. Medicamenta emetica, purgantia, quæ omitto. Inciſiones cadaverum ſanguis effuſus in cavum calvariæ potiſſimum in occiput. Apoplexia ut putat poſt febres malignas exſtinctas, cum vaſis meningum ſanguine turgidis, ſic vaſis medullam penetrantibus. Aliquot exempla felicis uſtionis in planta pedum.

EJ. *Aggiunto al Tr. dell apopleſſia.* Padov. 1715. 4. *. Majori parte argumenti eſt phyſiologici, pro meningum dignitate & ſpirituum in iis membranis ſecretione. Pathologica deductio ſymptomatum ex ejus theoria. Hiſtoria morbi duplice funeſti. Ignem optimum eſſe remedium.

SALOMON van RUSTINGH *Nieuew gebouw des geneeskonſt gegrunded op reden en ervarenhait, de zekerſte der geneeskig der Ziekten.* Amſterd. 1706. 8. Ingratus lectu, etſi contra ſcholam CARTESIANAM ubique belgicam defendit. Ipſe morbos deducit a defectu & abundantia ignis & hunc viciſſim ab abundantia vel defectu humoris pituitoſi & viſcidi. Febres eſſe (ad BELLINI mentem) obſtructionem partis vaſorum per humorem viſcidum, reliquis rapidius a ſanguine circumeunte percurſis. Diaphoretica medicamenta uti plena ignearum particularum valde

valde laudat. Cupro multum utitur, etiam ſcopo attenuandi humores & obſtructionem ſolvendum Venæſectionem non admittit, cum ſanguine enim periri partem caloris ad alendam vitam neceſſarii. In pleuritide dat emetica, theriacam, decoctum papaveris. In angina abunde ſales volatiles oleoſos & vinum hiſpanicum. In febribus intermittentibus emetica, ſales fixos. In ſcorbuto raphanum ruſticanum, arcanum quod BARBETTE ſuæ familiæ furtim eripuit. In præf. fatetur ſe nullo alio autore conſentire.

BRISSEAU fil. M. D. *Tr. de la cataracte & du glaucome.* Paris 1709 12. Librum inter chirurgicos dixi ad a. 1706. quo Tornai 12. prodierat. *Nouvelles obſervations ſur la cataracte.* Neque repeto experimenta quæ vir induſtrius utiliſſima fecit ad oſtendendum cataractæ quæ deprimitur ſedem eſſe in lente cryſtallina. Humor vitreus totus diſſolutus, lens cryſtallina iridi fortiter adnata, aquoſi humoris nihil reliquum.

EJ. *Lettre touchant les remedes ſecretes.* Paris 1707. 12. FALC.

Obſervations faites par M. BRISSEAU *Profeſſeur à Douay.* Douay. 1716. 12. *. Ignoro num pater ſit num filius, cum vero liber proxime dictus filii ſit, nuperiorem alterum patri eſſe vix probabile videtur. Pertinet ad nos *Obſ.* 3. Poſt longum dolorem intolerabilem, tumor repertus in centro cerebelli, ſæpe ſe in ſuperficie inteſtinorum capillos vidiſſe. Sex obſervationes recuſæ ſunt cum PALFYNI *Anat. chirurg.* ex editione P. BOUDONI prodierat. Paris. 1736. 8.

JEAN PELLETIER *l'Alkaheſt ou le diſſolvant univerſel.* Paris 1706. 12.

EJ. *Suite du Tr. ſur l'alkaheſt, le moyen de volatiliſer les alcalis & de preparer des remedes ſuccedanées ou aprochants de ceux qui ſe preparent du l'Alkaheſt.* Paris 1736. 12.

MARTINO POLI *il triomfo degli acidi vendicati della calumnie di molti medici.* Rom. 1706. 4. BURM. Neque ab acidis morbos eſſe neque ab alcali curationem & acida multis in morbis ſalutariter exhiberi.

EMANUEL MARTIN CAVALO prope Pacem Juliam natus.

EJ. *Arte de curar osbeyo con que ſe declaran quarentes infermedades.*

FRANCISCI NEGRI *Deſcrizzione della Capania.* Rom. 1706. Edidit CIRILLUS CALVOLUS aliqua ad medicamenta adque victus rationem ejus regionis.

GREGORIUS de RADO contra HIER. CHIARAMENTE *de la admirabile faciliiad y effectos de los pulveres y elixir vitæ.* Madrit. 1706. SEGUIER.

JOHANNES FELIX FERNANDEZ CAROVALA Regiæ familiæ medicus.

EJ.

Ej. *Diſcurſo medico chimico qui manifeſte la materia de qua ſe face el elixir de* CHIARAMENTE, *el modo de l'uſar i mode de curar diverſos infermedades.* Madrit 1706. 4. SEQ.

Abbé ROUSSEAU *Preſervatifs & remedes univerſelles tirés des animaux, des vegetaux & des mineraux.* Paris 1706. 12.

BERENGER *le culte ridicule de la vache noire ou diſſertation ſur l'uſage de ſon urine & de l'eau pretendu de mille fleurs.* Lyon 1706. 12. FALC.

Traité de l'eau de mille fleurs remede à la mode. Lyon. 1706. 12. Quæ de vino Rheimenſi & Burgundino lites interceſſerunt in B. BOTAN. diximus.

Explication phyſique & mechanique des effets de la ſaigné par raport à la tranſpiration. Paris 1706. 4.

Nouveaux ſecrets experimentés pour conſerver la beauté des dents & pour guerir pluſieurs ſortes de maladies. à la Haye 1706. 12.

JOHN MARTIN *Treatiſe on the ſafe internal uſe of cantharides in the practice of phyſik.* JOHANNE GREENFIELD vertente. Lond. 1706. 8. GUNZ.

Ej. *A treatiſe of all the degrees and ſymptoms of the venereal diſeaſe in both ſex.* Lond. 1706. 8. AST. 1708. 8. GUNZ.

Abridyed compendium of his treatiſe of the venereal diſeaſe. Lond. 1711. 8. ASTR.

Ej. *New theory of conſumption.* ib. 1722. 8.

JAMES HARVEY *Prognoſtical ſignes of acute diſeaſes.* Lond. 1706. 8. HOTT. 1720. 8.

HOPE *Compleat horſeman or perfect farrier.* ib. 1706. 8.

WILL. READ *Diſeaſes of the eyes.* ib. 1706. 8.

Chirurgia univerſa or operations in ſurgery regularly methoded by PURMANN *with* SOLINGENS *figures and* SPRENGEL *natural cures of all diſeaſes.* ib. 1706.

HENR. BUYSEN.

Ej. *Practyk der medicin.* Harlem 1706. 8. WACHENDORF. 1710. cumque notis ALMELOVENII. 1729. 8. lego.

Ej. *Verhandelinge van de uytwerpingen des menſchlyken lychans.* Amſterd. 1706. 12. Simplex & aphoriſtice præſagia tradit ex ſputis, ſudore, urina, fæcibus alvi, vomitu, excretis &c. J. F.

J. Franc. Kempf *de aquis Tœplicenſibus.* 1706.

D. G. D. M. *die allenthalben ſehr einreiſſende Unwiſſenheit.* Lipſ. 1706. 8. contra medicaſtros.

Nicolai Sebach *Deſcriptio theriacæ cœleſtis, wie ſolcher in Preſence des ganzen Collegii-Medici verfertigt worden.* Roſtock 1706.

Thom. Diet. Oloff *Theriaca cœleſtis, durch einen neuen modum præparandi verbeſſert.* Magdeb. 1706. 8.

Daniel Meier *Arcana.* 1706. 8. Non vidi ſed lego continere. Sibald Müller *vom Brodtbacken.* J. F. H. *Färberey.* Mulleri *liber de pane conficiendo* prodiit. 1716. 4. (1616).

Schwäbiſchhalliſche erneuerte Ordnung der Medicorum, Apothecker, Wundärzte, Barbierer und ſämtlich angehängte Tax. Halle 1706. 8.

Neueröfnetes Schatzkäſtlein in armen Arzneykunſt. Nurnb. 1706. 8.

§. MXXXII. Franciscus Torti.

Mutinenſis jam a. 1706. ſcripſerat *lettere di diverſi autori in propoſo delle conſiderazioni del Marqueſe Teſſi.*

Ej. *Synopſis therapeutices ſpecialis.* Mutinæ 1709.

Ej. *Ad criticam diſſertationem de abuſu chinæ chinæ a medicis mutinenſibus perperam objecto jatro apologetica.* Mutinæ. 1715. 4. & in editionibus poſterioribus Therapeutices.

Ej. *Therapeutice ſpecialis ad febres quaſdam pernicioſas.* Mutinæ. 1712. 4. Gunz. 1730. 4.

Editio VI. & omnes ſequentes auctæ ſunt *littera apologetica* ad Ramazzinum. Venet. 1732. 4. cum vita auctoris a Muratorio ſcripta & aliis opuſculis. Venet. 1743. 4. Francof. 1756. 4.

Ex præcipuis medicis clinicis hujus ſæculi & cui ars plurimum debet, qui utilitatem corticis peruviani ſummam non ſolum in febribus intermittentibus ita firmiter conſtituit ut vix a quopiam poſteriorum in dubium revocata ſit, ſed etiam in omnes periodos etiam imperfectas adque febres ſubintrantes & remittentes veterum corticem digniſſime extendit dum aliquæ ſunt memorabiles remiſſiones. Practica omnia & ad experientiam.

In reſponſionibus primum apologeticis pleniſſimam mihi viſus eſt de adverſario victoriam reportaſſe. RAMAZZINUS corticem peruvianum hactenus ad annum ætatis 79 nunc praxi jam derelicta abſque novo experimento ſibi contrarium ſcripſerat & corticem ab eo in uſum revocatum nunc condemnavit aut caute ad minimam unius drachmæ doſin adque unius paroxyſmi medelam reſtrinxerat, radicalem & integram curationem febris negarat ab eo medicamento expectari poſſe, infauſtos etiam caſus in teſtimonium produxit, in quibus cum magnis ægri malis cortex exhibitus fuiſſet etiam a TORTO, ut etiam de revocanda febre cogitaverit, quam eo cortice curaverat. Reſpondet noſter ſuo & aliorum medicorum Mutinenſium nomine. Opponit noſter bene ſuam plurimam praxin, opponit feliciſſimos dati corticis effectus etiam in pernitioſis intermittentibus, qui ipſe ſex drachmarum doſi ab ejuſmodi minaciſſima febre convaluerit, ſive ſubintrantes graviſſimas frangi peruviani corticis uſu, tunc ſolide eradicari. In ægrotis RAMAZZINI monet, eorum aliquos corticem ne quidem ſumſiſſe, alios nimis parca doſi, aut melius inde habuiſſe. Non ultra duas uncias requiri ut primus paroxyſmus depellatur. Fatetur tamen in nonnullis exemplis corticem aut parum profuiſſe aut ſaltim non ſatis. Satyricum ſcriptum etſi nihil aſperi habet.

Unicum folium pro eadem cauſa prodiit. Mutinæ. 1718. 4.

In Therapeutice ſpeciali FRASSONUM primum ſuum laudat præceptorem a quo innocentiam & efficaciam corticis didicerit & teſtimonium viderit morbos anomalos ſemper debere eſſe febres intermittentes, a viſcido corrupto cum ſanguine commiſto aut in eo congeſto. Doſin corticis ad duas drachmas determinat. Magnam doſin plus poſſe quam aliquot debiles. Vinum ad infuſum præfert, eſt tamen pulvis cum vino deglutiendus. Non debere cortici quidquam addi, quod enim additur ſemper cortice incertius eſſe. Sæpe febres continuas ſe cortice oppreſſiſſe abſque malo. Tumores hydropicos alioſque poſt febres ſuperſtites a cortice potius curari quam corticis eſſe effectus. De febribus malignis toto L. II. agit. deinde remittentes malignas ex ſuo experimento, maxime vero funeſtas eſſe, quæ tertianæ typi ſint. Febres ſymptomatibus inſignibus comitatæ a quibus nomen habent, jecoris vitio, cardialgia, ſudore, ſyncope, ſopore. Peſſimum indicium hic eſt pulſus fere evaneſcens. Aliæ febres malignæ, nullo ſymptomate diſtinctæ, *ſubcontinuæ* ipſi T. audiunt, paroxyſmum quemque poſteriorem paulo priori fortiorem eſſe, cedere vero omnes ſexdrachmis corticis peruviani, quas unica doſi æger ſumere debet. Subcontinua minus corticis requirit. Ægros ab uſu corticis ſubito interiiſſe calumnias vocat, & objectos infelices caſus aliter interpretatur. In caſu urgente infuſum ſeſquiunciæ cum vino feliciter exhibuit. Ingens catalogus ægrotorum ex malignis febribus quos ſuo cortice ſervavit. Num in febribus ſubcontinuis malignis in principio cortice intervenire medico liceat. Reſpondet in febribus corruptivis utique, ſed eæ non facile dignoſcuntur, demum fatetur ſe nondum definire

definire poſſe, quibus in febribus a principio corticem exhibere liceat. Arbor genealogiæ febrium. Ex coagulatione malignitatem explicat, & reſolventia in pertinaci etiam febre locum habere poſſe. Deinde febres definit *continentes* ſibi ſimiles. Quando febris princeps de continua eſt claſſe & intermittens admiſcetur ut in pleuritide viſum eſt, corticem dare non licet. Tunc vero utique quando ad febrem intermittentem veram ſe ſymptomata continuæ addunt. Diſtinguit porro ſubcontinuas cortici obnoxias & remittentes refractorias a MORTONO commiſtas, has enim eſſe eas febres continuas per accidens ut vocat paulo remittentes, Hæmitritæum verum cortex tollit, tunc febres hecticas, eas etiam potiſſimum quæ ex mala victus ratione oriuntur. Corticem clyſteris ſpecie datum eſſe imbecillem. Experimenta cum lumbricis facta, quos vini ſpiritus deinde corticis tinctura vinoſa enecat. Tres epiſtolas ad MURATORIUM animum TORTI declarantes cum voluptate legas. In iis laudat ſuum inventum, negat ante ſe in illis omnibus caſibus ullum artem poſſediſſe, ægrotos letho eripiendi, neminem ſe habuiſſe qui præiverit, & ingens ille ſucceſſus medicis coævis ſtuporem feciſſe. Ultima editio. Venet. 1769. 4. *. paulo plenior eſt.

§. MXXXIII. GEORGIUS CHEYNE.

Qui Bathniæ medicinam faciebat, vir pius, magnæ abſtinentiæ ab animali victu laudatur. Jatromathematicus fere ad BELLINI ſaporem, multa ſcripſit, quorum pauca legi.

EJ. *Phyſiological principles of natural religion.* Lond. 1706. 8. 1715. 8. 1736. 8. *. Exſiſtentiam DEI demonſtrat ex mutuo conſenſu & nexu corporum diverſorum inter ſe quæ omnia in communem finem conſentiunt. Non proprie ad rem practicam facit.

EJ. *An eſſay on the true nature and due method of curating the gout, written for the uſe of Richard with an account of the nature and qualities of bath waters.* Lond. 1722. 8. *. 1725. 8. Ed. VII. aucta. Lond. 1728. 8. PL.

Podagra eſt a vaſis minimis in prima origine anguſtioribus. Adquiſitio podagræ a tartareis & urinoſis ſalibus congeſtis. Cauſa periodorum podagræ, quæ excitantur ad expellendam nimiam ſalium ubertatem. Curanda podagra vaſis dilatatis & ſalibus diminutis. Salium diminutio per febres, diætam tenuem, aquoſam, aquas minerales. Utilitas æthiopis mineralis uberius ſumti. In podagra ad ventriculum retrograda emetica. Balneum frigidum poſt paroxyſmum utile. Morborum novorum curatio per emetica. Iſchuria, morbi adfines.

EJ. *Eſſay on regimen of diæt with four diſcurſes medical moral and philoſophical.* Lond. 1740. 8. PL. 1753. 8. Italice vertente COSMO MEY. Padua. 1765. SMITH.

EJ. *A new theory of acute and slow continued feavres an eſſay concerning the improvements of the theory of medicine.* Lond. 1722. 8. abſque indicio auctoris. Mechanicos laudat ipſe jatromechanicus.

EJ. *The english malady or a treatiſe on nervous diſeaſes of all kinds* edit. IV. Lond. 1739. 8. Placet omnino. 1. Cauſæ univerſales morborum chronicorum. Viſcor & acrimonia in fluidis, laxitas in parte firma, ex iiſdem cauſis nervorum morbi. Cauſam remotam in cibis eſſe potiſſimum in ſalium & oleorum abuſu. Ab increſcente luxuria iſtos morbos etiam factos eſſe frequentiores. Signa toni amiſſi. In L. II. curatio. Scopus eſt fluida diluere, concrementa diſſolvere, fibrarum vim contractilem augere. Quare utitur hydrargyro & antimonio Robur ſperat a peruviano cortice & ferro & opii fæculis quorum tamen effectum fatetur non eſſe diuturnum. Naturæ inſtinctu in febribus cibos averſamur nobis funeſtos futuros. Abſtinere jubet ab animalibus, a quibus noxii ſales generantur. Neceſſariam vero requirit iſtam abſtinentiam in podagra, ſcrofulis, cancro, tabe. Porro motum regularem commendat, qui firmarum partium robur auget. In debilibus frictio. In ſeverioribus nervorum morbis fere ſcirrhum aliquem viſceris alicujus tangi potuiſſe, hinc neceſſarius vomitus & hydrargyrus. De bile ejuſque noxa. Morbi nervoſi peculiatim. Hypochondriacum malum cujus ſedes eſt in tubo alimentario, deinde ex hoc malo viſcera obſtruuntur, inde icterus niger, hydrops. Curati vomitu, cortice, chalybe, calidis, amaris, cardiacis. Veros vapores ſtatuit qui in primo gradu morbi tranſpiratione per cutem impedita in nervos magnos corporis repelluntur, in majori malo convulſiones ab acrimonia. Etiam hic vomitum prodeſſe, tunc gummata amara fœtida. Febricula Manninghamii quam calidis aromaticis ſanat cum diluentibus conjunctis. TAYLOR in ſe ipſo diæta lactea epilepſiam ſuperavit. Inde caſus & hiſtoriæ ægrotorum, quibus fere victus vegetabilis & diæta lactea vitam conſervavit. Caſus CHEYNEI qui ex maxima miſeria hypochondriaca victu vegetabili reſtitutus eſt.

EJ. *An account of himſelf and of his cures.* Lond. 1753. 8.

EJ. *Tr. de natura fibræ ejuſque laxæ ſ. reſolutæ morbis editio prima.* Lond. 1725. 8. maj. Paris 1742. 8. TR. Phyſiologica dixi. In practicis multus eſt in nervorum morbis potiſſimum ab eorum remiſſione & laxitate. Morborum chronicorum tres eſſe cauſas, certam humorum acrimoniam, & diminutam vim fibræ ſolidæ. Inde ſtruit claſſes. Prima a viſcido, quo apoplexia, ſtupor, morbus hypochondriacus pertinent. Secunda in qua motus voluntarius deſtruitur, uti paralyſis. Tertia ſpaſtica. Harum indicationes. Lentorem humorum diluere,

diluere, adtenuare, tunc acrimoniam involvere. Ab eodem lentore in ſanis hominibus morbi acuti, in debilibus chronici, in quibus nervoſis numquam non adeſt lentor humorum. Ex ea cauſa in diæta nimis lauta fit febris nervoſa, hinc diluendum mercurialibus, acrimonia obtundenda ſulfureis, gummi ammoniaco. Roborandum demum cortice peruviano, ferro. Victus ubique reperitur tenuis, vegetabilis. Apoplexia ſeptemtrionalis ab humore lento facta, diverſa ab aliis congeneribus morbis regionum auſtralium. Lacteo victu epilepſia ſanata. Satyriaſis abſque voluptate. Colica pictonum. Rachitis a tono fibræ imminuto. Hypochondriacos omnes ſanari poſſe.

EJ. *Eſſay on health and long life.* Lond. 1725. 8. gallice 1725. 8. germanice Frankf. 1744. 8. vertente Ess.

EJ. *de infirmorum ſanitate tuenda vitaque producenda.* Libro ejuſdem argumenti anglice edito longe auctior & limatior. Lond. 1726. 8.

Liber multo amplior & diverſus a paulo priori. Diætetices bonum compendium, tantum ut voluptatibus humanis non blandiat viamque ad valetudinem integerrimam aſperam demonſtret. Scriptum fere hominibus melioris ſortis, ſuiſque Anglis, carnivoris atque ſtillatitiorum liquorum amantibus. In *præfatione* unicum aërem ſtatuit, qui in diverſis terris aliam & aliam faciem induat & aut in cryſtallos abeat acidos, aut in ſulfur acido adfine & lumini. De ſex rebus non naturalibus. Aërem laudat ruſticanum, gravem, liberum, in eo corporis exercitationes. Contra victum nimis animalem Anglorum. Carnes per ſaginam inſalubres fieri, ſylveſtria animalia ſalubriora eſſe ruſticis & cicuribus. Herbivora carnivoris præſtare, piſces etiam his duriores eſſe (marinos). Non pinguia & minus nigra laudat ex quibus facile gelatina coquitur. Inde cibi ſalubres ſigillatim. Debilibus lac, ova, carnes juniorum animalium albæ neque pingues. Contra liquores ſtillatitios. Alba pellucida materies quæ puri ſimilis, non eſt pus, ſed eſt chylus vel mucus. Per otium etiam decedit. Corpus neque turgente ventriculo exercendum, neque ad laſſitudinem. Balneum frigidum vim abſtringentem exercere, idem circuitum ſanguinis augere & a reſorbtione humidi aëris defendere. Semel intra 24 horas debere alvum exonerari. Urinæ pondus eſſe $\frac{3}{4}$ potus. De perſpiratione, ſalivatione ſalubri. Diæta in morbis, pro temperie ſtricta, laxa pro macilento & pro oleoſo, pro fibra vel irritabili vel inſenſili. Non probat multum ſudorem, neque familiares in Anglia ſubuculas laneas craſſas. In ſenio calida commendat. Opii laudes.

EJ. *Natural method of curing the diſeaſes of the body and the diſordres of the mind depending of the body.* 1. *General reflections on the œconomy of nature in animal life.* 2. *The means of preſerving life and faculties and concerning the nature and cure of acute contagions and cephalic diſordres.* 3. *Reflections on the nature and cure of particular chronical diſtempers.* Lond. 1742. 8. *. Boni ſenis opus nunc ſeptuagenarii

ſeptuagenarii qui ſedecim annis ſolo lacte vixerat cum pane. In *præfatione* totam medicinam reducit ad artem rite evacuandi, deobſtruendi obſtructa, roborandi. Ad eaque idem hydrargyrus, ad ſolida confirmanda diæta. In P. I. laudat temperantiam & diætam tenuem. Vegetabilem victum non neceſſe ad uncias redigere, in animalibus utique exceſſum nocere. Omnium febrium etiam peſtis eandem naturam eſſe, curationem eandem per diluentia, refrigerantia cum lenibus diaphoreticis. Nullum in his malis periculum eſſe, quando aliqua quarta pars ſeri non acris in ſanguine eſt. In omni febre calor & pulſus acutus requirunt diætam tenuem aquoſam, lacteam, laudat & emetica & eorum loco hydrargyrum, crudumque ex deſtillatione adſumendum præfert bis de die. Ad mala hypochondriaca fœtida, hydrargyrus. Cortex peruvianus, fuligo, viſcum. Ita morbos ſigillatim percurrit. In rheumatiſmo guajaci reſina. In ſcrofulis hydrargyrus, diæta lactea. In aſthmate mercurium, in diabete lactis cura, in ictero emetica. Luem veneream eſſe naturæ alcalino cauſticæ, neque apud veteres nullam fuiſſe neque in America ortam. Reſpondet ad objectiones a debilitatione. Debilitatem hæreditariam lacte ſanari ſeminum vegetabilium, emeticis, aut ſimplici imitatione abſque vomitu. Valde rheum laudat, cinnabarin, etiam millepedes, tunc viſcum, corticem, Valerianam, balneum frigidum, hoc quidem tunc demum quando ſanguis attenuatus fuit. Denique motus animalis. Eadem ad phthiſin valent. Ad tabem tamen lactis præcipuæ laudes, tunc ad morbum hyſtericum, paralyſin, podagram, calculum, ad aſthma venereum etiam valet cum vomitu per ſquillam moto, maniam, icterum, lepram, colicam. Inde rationem victus exponit, In ſenio de cibis perpetuo aliquid detrahere jubet. Matrimonium hyſtericis & cholericis non ubique prodeſſe. Senum perſpirationem pannis laneis corrigi. Senum alvus dura.

§. MXXXIV. Disputationes.

Georg Frid. Krausius *de empyemate*. Leid. 1706. 4. Hæ.

Joh. Caspar Sommer *de melancholia imprimis hypochondriaca*. ib. 1706. 4. Hæ.

A. Normann *de ſpecificis quibuſdam in debilitate ventriculi*. ib. 1706. 4. Hæ.

Albertus Noort *de morbis ſoporoſis*. Lond. 1706. 4. *.

C. Th. Michels *de varii alvi Fluxibus*. Leid. 1706. 4.

J. Lud. Loss *de dyſenteria*. ib. 1706. 4. Hæ.

G. Ribbius *de apoplexia*. ib. 1706. 4.

Sam. Frid. Werner. *de rachitide*. ib. 1706. 4. Pl.

Christ.

CHRIST. AUG. STUN *de morbis meſentericis.* Leid. 1706. 4. RIV.

M. HENR. HEDAU *de podagra.* ib. 1706. 4. Sic lego.

PETR. MICH. WOELLNER *de epilepſia ejuſque curatione medicamento ſpecifico eſſentia dulci nominato.* ib. 1706. 4.

CHRIST. BIERWIRTH *de hepatis ſtructura ejuſque morbis.* ib. 1706. 4. *.

L. SAUVAGE *de aſthmate.* ib. 1706. 4. HÆ.

LAMBERT. FRID. MARQUARD *de amore inſano.* ib. 1706. 4. *.

GIDEON GREGORY *de lienis dolore.* ib. 1706. 4. *.

J. PETRUS VITRIARIUS *de phthiſi.* ib. 1706. 4. *.

PHIL. CONRAD COLONIUS *de thermis.* ib. 1706. 4.

EMANUEL GOESCHEN *de nitro.* ib. 1706. 4.

G. H. SCHMIDT *de febre petechiali.* Utrecht. 1706. 4. HÆ.

J. MEYER *de cauſis morborum ut & de pleuritide.* Utrecht. 1706. 4. *.

ANDREAS CASSIUS *de pleuritide exquiſita.* Grœning. 1706. 4. PL.

J. GERH. STRUBE *de theoria ex praxi.* Hafn. 1706.

DAN. WAGNER *de aſthmate* præſide. G. FRANK. Hafn. 1706. 4.

ROEMER ASGAARD *Theſes phyſico medicæ.* Hafn. 1706. 4.

J. UPMARK *de formicis.* Upſal. 1706. 4.

ABB. PINKENAU *de ſuffocatione ex liquore fermentante.* Regiom. 1706. 4. *.

EJ. *de emeticis.* ib. 1706. 4. A. M. BALTH.

EJ. *de fonticulorum uſu tempore peſtis.* ib. 1710. 4.

EJ. *de paralyſi.* ib. 1713. 4. VAT.

TOBIAS KRASKE *de ovo paſchali.* Diſſ. a. 169. 2 Franc. ad Viadr. defenſa demum a. 1706. ubi agitur etiam de ovi uſu medico.

J. TILINZ *de tympanitide.* Francof. 1706.

J. GODOFR. GRUHLMANN *de novo contra calliginem oculorum remedio tamquam ſpecifico Herniaria.* Jen. 1706. 4. JAC.

JAC. BURGMANN *Idea medicaminis perfecti.* Roſtock. 1706. 4.

J. FRID. MAYER bellicoſi theologi ad finem CASPARIS MARLITZ in progr. quærit, *utrum medicus papiſta præſtet lutherano.* Facile intelliges negari Greifsw. 1706.

EJ. *de ſudore Chriſti ſanguineo.* ib. 1706. 4.

PETR. MULLER & RUMPEL *de pecunia doloris vom Schmerzgelde.* Jen. 1706. 4. HEFT.

EJ. *de jure prægnantium.* Jen. 1707. 4. 1732. 4.

RUD. HELD *de certitudine medicinæ.* Helmſt. 1706. 4. MENZ.

ADOLF LUDOLF LOEFLER *de puella Zittavienſi incantata.* Lipſ. 1706. 4.

J. JUST. GRAU *Salubritas Haſſiæ.* Hall. 1706. 4. *.

HENR. PATER *de variolis.* Marpurg. 1706. 4.

JOH. BECK *de conjugalis debiti præſtatione.* Nurnb. 1706. 4.

J. F. HERELIUS *de laſſitudine.* Altd. 1706. 4.

J. FRID. SCHWARZ *de impedimentis ſudationis eorumque medela.* Altd. 1706. 4. BURTH. lego aliud nomen N. FRID. SCHWARZ *de diabete.* Marb. 1706. 4.

FRID. CHRIST. CREGUT *de ægritudinibus infantum & puerorum.* Baſel 1706.

CASP. ZWECKS *de phrenitide.* Baſel 1706. 4. PL.

GEORG NEUBUER *de lue venerea cognoſcenda & præſervanda.* ib. 1706. 4.

NICOL. KITZ *de dyſenteria.* ib. 1706. 4.

CASP. VERI *de hydrargyri vivi viribus & uſu.* ib. 1706. 4. Alvus triduo obſtructa deglutitis 20 unciis reſerrata.

PETR. MANUFORD *de ſex rebus non naturalibus.* ib. 1706. 4.

J. SCHEUCHZERI jam viri egregi *de uſu hiſtoriæ naturalis in medicina.* ib. 1706. 4.

LUD. LUCAS BAUR *de venenis.* Argent. 1706. 4.

FRANC. SACHS *de officio & jure medicorum.* Argent. 1706. 4.

J B. Fermelhuys & PR. Couteaux *an omni alvi fluxui radix Braſilienſis.* Paris 1706.

Claud. Vergne & Joh. Bapt. Enguehard *an varioliſ vomitus.* Paris 1706. 4.

Joh. Bapt. Epiney Peschard & Joh. Frid. Couthier *Utrum æſtuante febrium intermittentium paroxyſmo venæſectio.* ib. 1706. 4.

Mich. Sauvall & Joh. Frid. Couthier *an morbi omnes omnibus ſiant temporibus.* ib. 1706. 4.

Claud. Barlet & Joh. Bapt. Moncin *Tutiorne intemperantia in potione quam in eſca.* ib. 1706.

Alex. Petr. Mattot & Joh. Bapt. Procope *an a moderata exercitatione firmior ſanitas.* ib. 1706. 4.

Cl. Bourdelin Salv. & Cluscard *in nutriendis ægris eſtne conſuetudinis ratio habenda.* ib. 1706. 4.

Cl. du Cerf & Franc. Oliv. de Cuville *an bilis agendi præcipua facultas ab amaro.* ib. 1706.

Joan Bapt. Enguehard & Franc. Pousse *an medicina ſit adjectio deficientium detractio redundantium.* ib. 1706. 4.

§. MXXXV. Diaria ad a. 1706.

In Philoſ. Tranſact. nr. 305. Jacobus Douglas primum adparet doctus medicus Magnus Horatii admirator qui anatomen inter principes coluit, in botanicam ſuam curam diffuſit, chirurgiam illuſtravit, modeſtia ſua omnes ſui animi dotes illuſtravit, præmatura morte abreptus qui juvenem me amavit & inſtruxit.

In numero, quem citavi, Phil. Tranſact. deſcribit feminam cui tumor durus & magnus in collo anteriori prætenui cute tectus exibat ex iſthmo thyrioideæ glandulæ ubique, incipiebant particulæ cartilagineam duritiem induere, qualem vir Ill. etiam in proſtata vidit Tumor ortus erat ex venæ proximæ ruptura. Uterus pariter ſcirrhoſus erat & glandulæ aliquæ jugulares & recti inteſtini, fæces fere in progreſſu impedibant. Ægra nihil valde ſolidi deglutire poterat.

N. 308. Femina craſſo corpore venis cutaneis tumidis, Ovarium alterum in magnum ſaccum abierat. In eo ſacco humor limpidus qui tamen ad ignem cogitur.

EJ. *Bibliographiæ anatomicæ ſpecimen ſ. catalogus fere omnium auctorum qui ab* HIPPOCRATE *ad* HARVEIUM *rem anatomicam illuſtrarunt.* Lond. 1715. 8. Lond. 1734. 8. Vid. Bibl. Anat. II. p. 32. laborioſus utique catalogus etſi multum ANTONIO van der LINDEN uſus eſt.

CAROLUS KEIL deſcripſit in Phil. Tranſact. nr. 306. inciſionem J. BUGLER anno 130 ſuæ ætatis mortui. Macilentus ſenis victu uſus fuerat ſimplici. Lien exiguus, cartilagines coſtarum fragiles, cor magnum, diameter aortæ ſub carotidibus duarum unciarum. Magna pars arteriarum cartilaginea, oſſei quid in dura meninge, cerebrum durius, ventriculi tunica pertenuis. Ex phænomenis noſter cauſam mortis determinat.

In EJUS. *Anatomy of the human body abrigd* cujus aliquot editiones coram ſunt. Lond. 1698. 1742. 12. V. Bibl. Anat. I. p. 796. pauciſſima huc faciunt.

EJ. *Tentamina medico phyſica.* Lond. 1718. 8. *. Leidæ 1725. Varia ad nos ſpectant. Hæmorrhagiarum enormium exempla. Stimulorum poteſtas. Hæmorrhagiarum in hydropicis cauſæ. Idem liber prodiit Medicina ſtatica Britannica recuſa. Experimenta SANCTORIANA in ſe ipſo repetiit, phyſiologice equidem quam etiam pathologice, ut effectum frigoris in perſpirationem oſtendat igniſque in foco accenſi. Triſtiſſimam viri mortem ex cancro os ejus ſenſim depaſcente deſcribit GUILIELMUS BECKET.

ANTON MARCHETTI. In Philoſ. Tranſact. nr. 307. Maritum noſſe coccygem artrorſum ducere & ſic Veneri addere gratiam.

ANTON HEWNDEN chirurgus nr. 308. Tumor occipiti feminæ adnatus plenus hydatididibus & in cyſtide atheromatica & ſteatomatica materies.

In *hiſt. de l'Acad. des ſciences* 1706. Catella poſt 45 dies quos pene abſque alimento vixerat ad ſe rediit. Juvenis a 15 dierum fame & ſiti non eſt exſtinctus.

Lites de cataracta in chirurgicis diximus.

In *Memoires* ejuſdem anni. MARCHANT confirmat per experimenta vires ad epilepſiam utiles Valerianæ.

GEOFFROY Abſceſſus hepatis, calculi in veſicula fellis 33 inflammabiles friabiles, falx duræ meningis fere tota oſſea, pia membrana prædura, cerebrum ſiccum durius, erat phrenitico in homine ſtudioſo utente ardentibus ſpiritibus.

In *Journal des Scavans* 1706. recenſetur *lettres édifiantes & curieuſes Recueil* VI. eodem anno edita de Chinæ ſtatu, auctor eſt HYACINTHUS GIMMA.

In *Galer. di Minerva* T. VI. 1706. duo exempla acus crinalis in veſicam intruſæ & calculoſa cruſta obductæ, & calculus ovato cylindricus moriformis HECTORIS della VALLE.

A

A mora per noctem butyri in æneo vaſe tormina, diarrhæa, febris continua, in altera venenatio lethalis. L. SESTI.

PASQUALE PRATI de corticis chinæ hiſtoria.

SAPORITI alias MESAPORITA celebris alias dicta hiſtoria ad VALISNERIUM.

M. A. NICOLICHI de ſponſis nobiliſſimis eodem tempore ſimili morte correptis ſ. iiſdem horis & temporibus ſimillima paſſis, pariter exſtinctis.

§. MXXXVI. LAURENTIUS HEISTER.

Cum quo diu vixi, amicus meus, Francofurtenſis, vir ſingularis induſtriæ ut non ſolum adminiſtrationes chirurgicas ipſe ſuſceperit ſed præterea inſtrumenta excogitaret & delinearet aut ſculperet, vir plurimi laboris in caſtrenſi medicina exercitatus, inde per multos annos Altdorfinus deinde Helmſtadienſis profeſſor gratioſus & celebris. Majorem equidem in chirurgicis quam in clinicis famam comparavit, practica etiam pauca ſcripſit, præter plurimas adnotationes in EPH. NAT. CUR. diſperſas & a morte viri in collectanea collectas, quæ dicemus, præterea diſputationes, & has quidem numeroſiſſimas & maxima cum cura elaboratas.

EJ. *de hypotheſium medicarum fallacia & pernicie.* Altd. 1710. 4.

EJ. Prgm. *veritatis inveniendæ difficultas in phyſica & medicina.* ib. 1710. 4.

EJ. *de Cataracta* Diſp. I. Altd. 1711. 4. & 8. altera ib. 1712. 4. & 8. tertia ib. 1713. 4. auctæ cum theoria de ſede mali, hiſtoria amauroſeos curatæ per ſalivationem & apologia contra WOOLHUSIUM. Altd. 1715. 4.

EJ. *de lingua ſana & ægra.* ib. 1716. 4.

EJ. *de utilitate anatomes in theologia inſigni.* ib. 1717. 4. HEFT.

EJ. *de glandulis quæ præter neceſſitatem in corpore humano ſtatuuntur.* ib. 1719. 4.

EJ. *de inventis anatomicis hujus ſæculi.* Helmſt. 1720. 4. Wolfenb. 1720. 8. *.

EJ. *de collectione ſimplicium.* Helmſt. 1722. 4.

EJ. *de fortuna medica.* ib. 1722. 4.

EJ. *de morbis adoleſcentium & juvenum* HIPPOCRATIS. ib. 1722. 4.

EJ. *de pulmonum fetus innatatione vel ſubmerſione in aqua nullum certum infanticidii ſignum deſumi poſſe.* ib. 1722. 4.

EJ. *de rachitide.* ib. 1723. 4. *. & prgm. *infantes pro a diabolo ſuppoſitis habitos, vulgo wechſelbælge vocatos, rachiticos fuiſſe.* ib. 1725. 4.

Ej. *de manna & ſpeciatim de proficuo ejus uſu in variolis confluentibus.* Helmſt. 1725. 4. *.

Ej. *de chirurgorum erroribus in curanda lue venerea.* ib. 1725. 4. *. valde laudat Astruc.

Ej *Partus tredecimeſtris pro legitimo habitus.* ib. 1727. 4. Nullum certum tempus poſſe definiri.

Ej *de anatomes ſubtilioris utilitate.* ib. 1725. 4. 1730. 4. Contra Stahlianos.

Ej. *de animi defectione.* ib. 1728. 4. He.

Ej. *de chirurgorum erroribus in curandis morbis venereis.* ib. 1728. 4. *.

Ej. & amici mei Ott. Just. Wreden *de debilitate fibrarum.* ib. 1728. 4.

Ej. *de medicamentis cardiacis.* ib. 1729. 4. *.

Ej. *de medicamentis Germaniæ indigenis Germaniæ ſufficentibus.* ib. 1730. 4. *.

Ej. *de medicinæ utilitate in juriſprudentia.* ib. 1730. 4. *.

Ej. *de medico naturæ domino.* ib. 1730. 4. He.

Ej. *Obſervationes medico miſcellaneæ theoreticæ & practicæ.* ib. 1730. 4. Plures adnotationes habet huc facientes. Aquæ & tumores. Hydrops urina ſanatus. Uteri hydrops cum gemellis. Vermis in abdomine repertus, perruptis inteſtinis. Poſt paracenteſin aqua pauca, hepar parvum, lien major ſcirrhoſus. Gravidæ fetus in pelvim demerſus, placenta poſterius & inferius utero adhærens. Subita mors, cordi pericardium connatum. In infante epileptico pulmo ſcirrhoſus, lumbrici copioſi. In hydropico paſſim ſcrofulæ & glandulæ tumidæ ſcirrhoſæ. Calculi veſicæ fractæ ejectæ.

Ej. *de chirurgia cum medicina neceſſario conjungenda.* ib. 1732. 4.

Ej. *de aquis medicatis pyrmontanis.* ib. 1732. 4.

Ej. *de fallaci pulmonum experimento.* ib. 1732. 4.

Ej. *de medico nimis timido.* ib. 1733. 4. *.

Ej. *de clavo hæmorrhoidali.* ib. 1734. 4. He.

Ej. *de morte* Silii Italici *ex clavo inſanabili.* ib. 1734. 4.

Ej. *Recti prolapſus anatome.* ib. 1734. 4.

Ej.

Ej. *de morbis ex viſcido oriundis.* Helmſt. 1737. 4.

Ej. *de medicinæ mechanicæ præſtantia.* ib. 1738. 4. germanice in *med. Handbuch.* Integer liber ſollicita cura ſcriptus ad evertenda Stahlii placita. Cum Michaele Alberti ſuo ut cathedræ Altdorfinæ æmulo lites aliquas aluerat, inde cum tota ſecta Stahliana.

Ej. *de perturbatione animi atque corporis.* ib. 1738. 4.

Ej. *de aurantiis eorumque eximio uſu medico.* ib. 1741. 4.

Ej. *de calendario artuum.* ib. 1736. 4.

Ej. *de pipere.* ib. 1740. 4.

Ej. *de quartana & hydrope cortice peruviano curatis.* ib. 1740. 4.

Ej. *de medicinæ ſectæ empiricæ veteris & hodiernæ diverſitate.* ib. 1741. 4.

Ej. *de mutationibus corporis humani naturalibus ab ortu uſque ad obitum.* ib. 1744. 4.

Ej. *de peſte, cui præmiſſa explicatio Reliquarii* S. Sebastiano *conſecrati.* ib. 1744. 4. c. fig. æn.

Ej. *de cydoniis eorumque eximio uſu medico.* ib. 1744. 4.

Ej. *de genuum ſtructura eorumque morbis.* ib. 1744. 4.

Ej. *de rheumatiſmo.* ib. 1744. 4. He.

Ej. *de aquæ laudibus nimiis ſuſpectis.* ib. 1745. 4. Pl.

Ej. *de mannæ laudibus in malis variolarum conſtitutionibus.* ib. 1744. 4.

Ej. *Schema novum ſyſtematis circa diviſionem medicamentorum.* ib. 1744. 4. He.

Ej. *Ars gymnaſtica nova.* ib. 1748. 4.

Ej. *de pilis oſſibus & dentibus in diverſis corporis humani partibus præter naturam repertis.* ib. 1743. 4.

Ej. *An medicus adoleſcens ſit optimus.* ib. 1747. 4.

Ej. *de aſthmate ſcirrhoſo hactenus fere neglecto.* ib. 1749. 4. He.

Ej. *de medico vulneratum curante a ſectione cadaveris non excludendo.* ib. 1749. 4. He.

Ej.

Ej. *de nuce Been.* Helmſt. 1750. 4.

Ej. *de venæſectionum abuſu apud Gallos.* ib. 1750. 4.

Ej. *de ſumme neceſſaria inſpectione cordis vaſorumque majorum ſub legali infantum ſectione.* ib. 1752.

Ej. *de apoplexia magis chirurgicis præſidiis quam aliis curanda.* ib. 1742. 4.

Ej. *de inflammatione.* ib. 1753. 4.

Ej. *de ingente brachii inflammatione, gangræna & ſphacelo feliciter curatis.* ib. 1755. 4.

Ej. *de cauſis cur febris petechialis incolas regionis Hadelenſis ſæpius quam Wurſatenſis invadat.* ib. 1755. 4.

Ej. *de fonte medicato prope Helmſtadium nuper detecto ejuſque ſalubri uſu.* ib. 1755. 4.

Ej. & W. F. Cappel *de vomica pulmonum pleuroperipneumoniam excipiente.* ib. 1758. 4. *.

Ej. Prgm. *ad Orationem de incremento anatomes in ſæculo XVIII.* Wolfenb. 1720. 4. ipſa oratio data d. 18. Jul. 1720. ib. 1720. 8. *. in programmate inventa cujuſque in oratione plene ad ejus mentem enarranda, ſed V. Bib. Anat.

Ej. *Compendium anatomicum.* Altd. 1711. 4. Nurnb. 1729. 8. ib. 1741. 8. editiones numeroſiſſimas non repeto. Paſſim intercedunt cadaverum inciſorum memoriæ quibus ex morbis interierunt, ut hepatis grandinoſi, fetus ventralis. Elapſis oſſiculis auditus ſenſum deletum fuiſſe. Contra glandulas elementales Alexandri Littre.

Ej. *Apologia & illuſtratio ſyſtematis ſui de cataracta glaucomate & amauroſi.* Altd. 1717. 8.

Ej. *Vindiciæ de cataracta glaucomate & amauroſi.* ib. 1713. 4.

Ej. *de amauroſi ſalivatione curata.* ib. 1713. 4. Omnia V. in Bib. Chir.

Ej. *Compendium inſtitutionum ſ. fundamentorum medicinæ.* Helmſt. 1736. 4. 1746. 4. Leid. 1749. 8. Aliqua ad medicinæ hiſtoriam & Stahlii ſectam, morborum cenſus a capite ad calcem, ſigna prognoſtica. Sex res non naturales. Conſilia prudentiæ pro medico juniore. Tabulæ ad compoſitionem medicamentorum. De addiſcenda arte. Bibliotheca ſelecta.

Ej. *Chirurgiæ inſtitutiones.* Amſt. 1748. 4. & 1750. 4. *. quæ editio optima eſt. Sæpiſſime

Sæpiſſime recuſæ eædem latine.

Anglice. London 1748. 4. 1750. 4. 1761. 4.

Germanice minus plena ſæpe recuſa eſt. Nurnb. 1763. 4.

Belgice vertente & augente HENRICO UYLHOORN. Amſterd. 1741. 4.

Hiſpanice vertente ANDREA GARZIA VASQUEZ.

Compendium ſ. *kleine chirurgie.* Nurnb. 1744. 8.

Plenum certe & perutile opus cum ut omnium ſyſtematum chirurgiæ pars aliqua medica eſt. Ita eſt L. de tumoribus. De inflammatione agitur, de furunculo, œdemate. Hydrops articulorum, de ſpina ventoſa, cruſta lactea. Fuſe in operationibus de venæſectione & aliis evacuationibus, ſcarificatione, hirudinibus, veſicatoriis, hydrocephalo, oculorum morbis, ſetaceo, ſtruma, paracenteſi pectoris, abdominis. De peſte ejúſque præſervatione, quam cum ipſe non viderit, optimis ex ſcriptoribus deſcriptam dedit. Curationem tamen tantum privatorum deſcribit non publicam.

EJ. *Mediciniſche, chirurgiſche und anatomiſche Wahrnehmungen.* Roſt. 1757. 4. London 1769. anglice vertente SHAWRS & Tom. II. Roſtock. 1770. 4. edente WILHELMO FRIDER. CAPPEL. Redeunt quidem hic adnotationes HEISTERI in aliis diariis jam excuſæ, ſunt tamen etiam aliæ numeroſæ ineditæ, ut tamen eas omnes ſigillatim recenſere nequeam. Plurimæ quidem chirurgicæ ſunt, aliæ anatomicæ, practicarum tamen ſatis ſuperſunt, earum ſpecimina en aliqua. P. I. continet adnotationes aduſque a. 1721. in nr. 680. Ophthalmia veſicatorio vertici capitis impoſito ſanata. Apoplexia, vomitus ſpontaneus aurantii foliis. Frigida manu ſubito ventriculus & in inteſtina inflammata, gangrænoſum omentum. In rachiticis glandulæ tumidæ meſenterii, caput majus. Symptomata ab aëre in cavum peritonæi effuſo. Setaceum in morbo convulſivo inque cephalalgia utile, ſic arteriotome. WILSONI cura oculorum in caſtris. In variolis ante eruptionem venam abunde ſecat, ypecacuanham dat, ſyrupos cum ſpiritibus acidis. Paracenteſi hydrops funditus curatus. In gonorrhæa virulenta dat pilulas ſuas purgantes. Alii morbi caſtrenſes, Mixtura ſimplici multum utitur. In ſcabie amalgamate plumbi & hydrargyri utitur. Epilepſia a vermibus, his per jalapam & hydrargyrum expulſis ſanata. Febris epidemica Altdorfiæ in qua noſter abſtinuit acidis & bezoardicis. Febris cum diuturna hæmorrhagia nociva & ſuppreſſa urina. In lethargico abdomen contractum. A granis quatuor cum ſemiſſe reſinæ jalappæ in puero trienni mors per hypercatharſin, in altero autem ſenſus amiſſus, mollium motus deperditus. Magna hypercatharſis a foliis Sennæ ſanata. In Act. Eruditor. 1729. tuetur ſe contra gallos auctores diarii *Journal des ſcavans.*

Deſignatio ſcriptorum quæ ad annum 1750. edidit, prodiit Helmſt. 1750. 4.

Vitam

Vitam dedit CHRISTOPHOR. ASCANIUS MEHLBAUM. Helmſt. 1758. fol. *. & proprio libello POLYCARPUS LEPORIN. Quedlinb. 1725. 4. Præter lites cum STAHLIANIS & WOOLHOUSIO cum omnibus ſui ſæculi medicis concordia vixit. LINNÆI tamen *novationes* non probabat.

EJ. *Compendium medicinæ practicæ*. Amſterd. 1743. 8. 2 vol. 1762. 8. Venet. 1763. 8.

Practiſches mediciniſches Handbuch. Lipſ. 1744. 8. 1749. 8. vertente FREGO. Medicamenta qualia in Germania vulgo dabantur, abſorbentia plurima, abſque multa theoria, tantum ut STAHLIUS paſſim refutetur. Febres, per ſingulas, febris eſt cordis crebrior a ſtimulo irritatio. In febribus continuis emetica quando in primis viis ſaburra eſt, non in principio ſolum mali ſed ad decimum quartum diem uſque dari, ita lenia purgantia. Febris catarrhalis ſæpius unica doſi ſuperata fuit. In malignis febribus alexipharmaca diaphoretica. In angina venas raninas incidit. Cauſum ſolet ventriculi inflammatio comitari. In febre caſtrenſi Hungariæ hypecacuanha. Pro diſcrimine venarum ſecandarum. Adverſus gangrænam in febre cortex peruvianus. Infantes in utero materno nonnumquam variolas, morbilloſve pati. Pro inoculatione variolarum. Febres petechiales eſſe fere a primarum viarum putreſcente ſaburra. In febre cum inflammatione venæſectio non tamen nimis ſero quando debilitas major urget. Hæmorrhagias non eſſe a ſapiente animæ conſilio. Conchas citratas ſuadet ad juvandum progreſſum calculi. In gonorrhæa ſub morbi declinatione ſacharum ſaturni injicit. Ad ſalivam ciendam amat & intus hydrargyrum exhibere & extus illinere. In dyſenteria nitrum, conchæ citratæ. Simarubam ſe in dyſenteria epidemica utilem expertum. Epilepſiam a vermibus naſci, coercita hydrargyro cum cortice chinæ chinæ conjuncto. Adverſus vermes acida mineralia. Aquæ minerales earumque uſus. Dari utique abſque ferro acidulas, quibus nihilo debilior acor ineſſe videtur, etſi ſales ſint de alcalina indole. Commodum opus etſi nihil valde proprium habet. Maculæ nigricantes oculos obverſantes curantur venæſectione, purgantibus. In febre paralyſis brachii. Hæmorrhagia uterina curata lini decocto, hæc ex 150 prioribus adnotationibus.

In Tom. II. continentur adnotationes 910. Hydrops penis ter paracenteſi tentatus tamen funeſtus. Tumor aquoſus in genu diſſipatus plumbeis, calcareis. Gonorrhæa nitro curata. Amauroſis curata ſalivatione per hydrargyrum. In plethorica menſes per graviditatem. Hydrops per umbilicum evacuatus. In puero ab infecta nutrice venereum malum. Subita mors a potu frigidæ & cor pericardio connexum. Epilepſia infantibus cum vermibus, pulmones indurati. Emphyſema funeſtum, viſcera abdominis inflammata & gangrænoſa. Induratio cutis & adipis. Profuſiſſimus vomitus bilis. Maxima ovaria plena hydatidibus. Quinquagenarii alvus obſtructa ut omnia revomerentur. Ex lapſu pes paralyticus & longior curatus. Motus & loquela ſubito per paroxyſmum ſuſpenſa

HEISTER

HEISTER *Anatomiſch chirurgiſcher Lexicon oder Wörterbuch darin alle zur Wundarzney gehörige Kunſtwörter angezeigt.* Berlin. 1753. 8. puto tantum habere præfationem HEISTERIANAM.

§. MXXXVII. ABRAHAM VATER.

CHRISTIANI filius & ipſe profeſſor in eadem academia, inciſor, multas utiles diſputationes pathologicas & practicas reliquit.

EJ. *de principio vitali.* Wittenb. 1707. 4. &

EJ. *de actionibus vitalibus.* ib. 1709. 4.

EJ. *de incrementis theoriæ medicæ novæ theoriæ febrium continuarum acutarum & lentarum Londini antehac Anglico idiomate editum nunc in latinum translatum cum præfatione.* ib. 1711. 4. HEFT.

EJ. *de balſami Meccæ natura & uſu.* ib. 1720. 4. prgm.

EJ. *Novum bilis diverticulum.* ib. 1720. 4. *. Calculorum veſiculæ felleæ exempla.

EJ. *Hepar in hydrope ſæpius inſons eſſe e ſectione viri ante duas ſeptimanas poſt diuturnum alvi fluxum cruentum tandem hydrope defuncti demonſtrat.* ib. 1720. 4.

EJ. *Methodus nova tranſplantandi variolas per inſitionem, das Blatternbelzen.* ib. 1720. 4. *. Inoculationis hiſtoriam in Germania deſcribit. Peſtis inoculationem proponit, nullis equidem nixus experimentis. Plenius expoſuit rem in libello germanico. *Das Blatternbelzen oder Art und Weiſe die Blattern durch künſtliche einpfropfung zu erwecken.* Wittenb. 1741. 4. Addita hiſtoria inventi ex PYLARINO TIMONIO &c. & methodo curandi. Laudat inventum & commendat.

Vertit etiam BENJ. COLMANNI *Nachricht von der Beſchaffenheit und Succeß des Blatternbelzen in Neuengelland mit* DAN. NEACS *hiſtoriſcher Einleitung ex anglico verſum editam.* Wittenb. 1723. 4. PL.

EJ. *Febris tertiana ob empyema e vomica pulmonis rupta in cavitatem pectoris dextram effuſum indeque pulmonem hujus lateris compreſſum, penituſque ab officio remotum, mortem poſt ſe relinquens.* ib. 1731. 4.

EJ. *Graviditas adparens ex tumore ovarii ſiniſtri enormi tandem in aſcitem terminata.* ib. 1722. 4. Etiam menſibus per annum retentis.

EJ. *Calculi in veſica fellea.* ib. 1722. 4.

Ej. *de mortis ſubitaneæ non vulgaris cauſis & remediis* prgm. 1723. 4.

Ej. *de ſcirrhis viſcerum.* ib. 1723. 4. Tympanitis hiſtoria, hepar prominens, lien duriſſimus & concrementi carnis fere indurati ſimillimus.

Ej. *de affectu magno mortique proximo ſyncope ejuſque cauſis & cura.* ib. 1723. 4.

Ej. *Viſus vitia duo rariſſima, alterum duplicatum alterum dimidiatum.* ib. 1723. 4. *. dimidiata vidit pictor omnia.

Ej. *de ſanitatis præſidiis.* ib. 1724. 4. He.

Ej. *Diſſ. qua olei animalis vires ejuſque efficacia in curanda epilepſia rationibus & experimentis confirmantur.* ib. 1725. 4. Exempla in adultis inque infantibus.

Ej. *de arce podagræ armis chemicis expugnabili.* ib. 1724. 4.

Ej. *de graviditate diſſimulata & diſſimulandi mediis.* ib. 1724. 4. *.

Ej. *Ignem non eſſe incendii febrilis cauſam.* ib. 1724. 4.

Ej. *de Oſſificatione præternaturali* progr. 1726. 4. Oſſea fragmenta cerebri, arteriæ oſſeæ. Oſſa in dura meninge & falce.

Ej. *Obſervationes rariſſimæ calculorum in corpore humano generationem illuſtrantes.* ib. 1726. 4. Recudi feci in ſelectu. Redit etiam in Phil. Tranſact. nr. 394.

Ej. *de paſſionibus colicis prudenter avertendis & curandis.* ib. 1726. 4. *.

Ej. *Analepſis rationalis.* ib. 1727. 4. *.

Ej. *de inteſtinorum invaginatione.* ib. 1727. 4. a nobis recuſa in ſelectu.

Ej. *Sarcomatis e pudendo muliebri ſectione ſublati hiſtoria caſu raro exponitur.* ib. 1728. 4.

Ej. *de oſſium in corpore humano generatione inminutione & abſumtione.* ib. 1728. 4. *.

Ej. *de prudentia & circumſpectione in uroſcopiæ adminiſtratione a medico rationali adhibenda.* ib. 1729. 4.

Ej. *Mola prægnans i. e. ſecundina fetum continens in molam verſa abortus cauſa, examinatis ſimul abortionis cauſis ſingularibus in embryonibus abortivis notatis itemque origine & natura molarum.* ib. 1729. 4.

Ej. *Caſus ſingularis aſthmatis a depreſſione ſterni ex febre purpurata thoracis artificioſa conſtrictione curata.* ib. 1730. 4.

Ej.

Ej. *de uſu corticis peruviani ad ſiſtendam gangrænam.* ib. 1731. 4.

Ej. *Tincturæ antimonii varia præparata ac inde pendens indoles & efficacia.* ib. 1733. 4.

Ej. *de Ipecacuanha virtute febrifuga atque antidyſenterica.* ib. 1732. 4.

Ej. *de morbis ſpaſmodicis a variolis male curatis.* ib. 1732. 4.

Ej. *de hæmoptyſi.* ib. 1732. 4. He.

Ej. *de potus in febribus neceſſitate.* ib. 1732. 4. He.

Ej. *de cholera humida.* ib. 1733. 4.

Ej. *de inflammationis ſanguineæ theoria mechanica.* ib. 1733. 4.

Ej. *de ictero ex contuſione dextri hypochondrii mox orto & per diarrhæam criticam brevi ſoluto.* ib. 1733. 4.

Ej. *Oſteogenia naturalis & præternaturalis.* ib. 1733. 4.

Ej *de efficacia admiranda chinæ chinæ ad gangrænam ſiſtendam, in Anglia obſervata.* ib. 1734. 4. *.

Ej. *de Ruta ejuſque virtutibus.* ib. 1735. 4.

Ej. *Valor & ſignificantia ſignorum infantem recens natum vivum aut mortuum fuiſſe, ad dijudicandum infanticidium examinatur.* ib. 1735. 4.

Ej. *de cuticula pueri Londinenſis.* ib. 1735. 4. tota in magnas verrucas exuberata.

Ej. *de venæſectionis ſalutari intermiſſione.* ib. 1735. 4.

Ej. *de antidoto novo adverſus viperarum morſum in Anglia haud ita pridem detecto.* ib. 1736. *. cum oleo olivarum experimentum a pharmacopola factum & de alio ex India relato.

Ej *de Lauroceraſi indole venenata exemplis hominum & brutorum ejus aqua enecatorum confirmata.* ib 1737. 4.

Ej. *de ſitu naturali & præternaturali inteſtini coli.* ib. 1737. 4.

Ej. *de chordapſo* Celsi *occaſione ventris enormiter contracti in homine ſubita morte extincto obſervati.* ib. 1738. 4.

Ej. *Caſus ſingularis polypi poſt febrem epidemicam ex utero egreſſi phyſiologice & pathologice conſiderati.* ib. 1739. 4.

Ej. *de calculis in locis inuſitatis natis & per vias inſolitas excluſis, occaſione obſervationis ſingularis calculorum lenticularium ex abſceſſu inguinali excretorum.* ib. 1741. 4,

Ej. *de conſenſu partium corporis humani, occaſione ſpaſmi ſingularis in manu ejuſque digitis ex hernia obſervati, expoſito ſimul nervorum brachialium & cruralium coalitu peculiari atque papillarum nervearum in digitis diſpoſitione.* ib. 1741. 4.

Ej. *Veſicatoriorum ad domandas febres malignas virtus & efficacia teſtimoniis præſtantiſſimorum auctorum & propria experientia confirmatur.* ib. 1742. 4.

